...pr̃dicti ad ecclesiã ipsã ꝓ remissiõe ⁊ idulgẽtia huius...
...reddat sba gracie salutatis Ut ipsi ⁊ qlibet eorũ cõfessores ydoneos seculares Vel qu...
...mittẽtes ... ex tres dies an̄ ⁊ totidẽ post cõfessiones dictorũ fideliũ audire ipsisq₃ auditis ipsos xpifideles ⁊ quẽlibet e...
...icationis suspẽsionis ⁊ interdicti ac aliis ecclesiasticis sentẽciis censuris ⁊ penis a iure Vel ab hoie quauis occasione Vel causa latis preuia...
...pctis criminibꝫ delictis ⁊ excessibꝫ quãtũcunq₃ enormibꝫ etiã si talia forẽt ꝑpter que sedes apostolica eẽt merito in genere Vel specie cõsulẽda...
...ntẽ iniũgẽ. Ac Vota quecũq₃ per eos tũc emissa Ultramarino Visitationis liminũ petri ⁊ pauli ac sc̃ti iacobi in cõpostella. Necnon religionis ⁊ co...
...i alia pietatis opera cõmutare Valeat. Necnõ oibꝫ ⁊ sigulis Utriusq₃ sexus cõfratribꝫ cõfraternitatis sãctorũ frãcisci ⁊ ãthonii de padua ... dicta
...illã igressuri. Necnõ quibuscũq₃ pr̃sbiteris ⁊ clericis q̃ per ipotẽtiam negligẽtiaꝫ seu defectũ librorũ diuinũ officiũ recitare omiserint dũmodo de
...fatũ opus cõtribuãt scd̃ꝫ statuta dicte cõfratrie Ut confessor ydoneus quẽ etiam quilibet eorũ duxerit eligẽdum ipsos ⁊ quẽlibet eorũ ab omissione
...aliis peccatis criminibus excessibꝫ ⁊ delictis in nõ reseruatis Videlicet quotiẽs opus fuerit. In reseruatis Vero eidẽ sedi apostolice casibꝫ semel in
...onẽ ipendẽ ⁊ penitẽtiam salutarẽ iniũgere. Necnon idẽ Vel alius cõfessor ydoneus similit̃ p eos eligẽdus plenariã oim̃ peccatorũ remissionẽ etiã
...ceritate fidei Unitate sãcte romane ecclesie ac obediẽtia ⁊ deuotione nr̃a Vel successorũ nostrorũ romanorũ põtificum canonice itrãtium psistẽtibꝫ
...ere Valeat auctoritate pr̃fata eatundẽ tenore presẽtiuꝫ de speciali gratia idulgemus cum associatione siue paticipatione oim̃ bonorũ ecclesie mi...
...is defunctis. Nonobstãtibus quibusuis similiũ Vel dissimiliũ idulgẽtiarum ac desuper cõcessarum facultatuꝫ generalibꝫ Vel specialibꝫ susp...
...Vel sedẽ pr̃dictã ex quacũq₃ causa Vel ratione ⁊ etiã defẽsionis fidei contra xpi nominis hostes etiã cũ quibusuis clausulis etiam derogatoriarum
...⁊ ficẽdis quas quo ad hoc nullatenus se extẽdere debere decernimus ac constitutionibus et ordinationibꝫ apostolicis ceterisq₃ cõtrariis quibuscũq₃
...m minime Valituris. Verum quia difficile foret presẽtes litteras ad sigula loca in quibꝫ expediẽs foret deferre Volumus ⁊ pr̃dicta auctoritate decer...
...manu notarii publici subscripto ac sigillo alicuius epi Vel alterius prelati ecclesiastici munito plena fides adhibeat̃. Et illi stetur in oibꝫ ⁊ p oia sicuti
...t originaliter exhibite Vel ostense. Datum rome apud sãctum petrum Anno incarnationis dominice millesimo quadringẽtesimo octuagesimo sep...
...nr̃i anno tercio. Sic signatum supra plicam. P. Tuba.

...seruus seruorũ dei Ad futurã rei memoriã Thesauri sãctissime passionis dñice quem i ecclesiasticis sacramẽtis recõditum diuine pietatis miseratio
...Vite premiũ erogari disposuit meritis licet insufficiẽtibꝫ in domo dñi dispẽsatores effecti tũc cõmisse dispensationis ministeriũ digne peragere non
...do populo dño acceptabili a nobis prouide emanarũt Ut exinde populus ipse diuine grãe aptior reddatur ac xpifideliũ aiarum salus peramplius p...
...niuersis i suis robore ⁊ Vigore restituimus reponimus ⁊ reintegramus. Dudum siquidẽ p nos accepto qd̃ ad domũ frm̃ ordĩs minorũ parisien̄ ex omni
...rdinis causa studii sacrarũ litterarũ ⁊ philosophie in multitudie copiosa cõfluebãt adeo Ut sẽp in eadem domo pluresq₃ tricenti eiusd̃ ordĩs fres in
...studẽtes resideret qdq₃ ipsius dom⁹ libraria ⁊ refectoriũ a fundamẽtis de nouo cõstrui cepta erãt ac ifirmaria domus eiusd̃ plurimũ caduca et ruino...
...i inibi cõmode recipi et curari nõ possẽt quinimo ꝑpter defectũ ifirmarie hmõi plures ibid̃ fres nõ hñtes debitas necessitates ab hac luce decedebant
...pr̃dicta eẽt debite reparata domusq₃ ipsa penuriã camerarũ ꝓ hitatiõe frm̃ eorũd̃ patiebat̃ propt̃ qd̃ plures ex eisd̃ fratribꝫ in dicta domo ob illius
...extra illã ⁊ iter laicos in eorũ dispẽdium ac religiõis obprobriũ hitare cogebant̃ Ecclesia quoq₃ dicte domus in suis structuris et edificiis ruinã nõ
...us ipsa nullos redditus haberet fres pr̃dicti librariã ⁊ refectoriũ pficere ac ecclesiam et ifirmariam hmõi reparare ⁊ instaurare camerasq₃ inibi necessa...
...asq₃ ex piis fidelium elemosinis nullatenus poterãt quinimo elemosine ipse ⁊ alia eorũd̃ fideliũ pia suffragia ad hec erant plurimum oportuna. Nos
...orũ hmõi pficerẽtur ac ecclia ⁊ infirmaria predicte repararent̃ ⁊ instaurarentur Necnon camere necessarie cõstruerẽtur ⁊ edificarẽtur Ac fideles ipsi
...ad eccliam pr̃dictã cõfluerẽt et ad pfectionẽꝫ reparationẽ restaurationẽ cõstructionẽ ⁊ edificationẽꝫ pr̃dictas man⁹ promptius porrigerẽt adiutrices quo
...rũ salutẽ aiarũ Uberius se sperarẽt adipisci de oipotẽtis dei mia ac beatorũ petri et pauli apostolorũ eius auctoritate cõfisi. Oibꝫ ⁊ sigulis fidelibꝫ
...itẽtib⁹ ⁊ cõfessis q̃ personalit̃ eccliam pr̃dictã a Vesperis ferie sexte an̄ dñicam quartã quadragesime Usq₃ ad occasũ solis eiusd̃ dñice deuote Visita...
...ꝫ ⁊ edificationẽ predictas manus porrigerẽt adiutrices. Et similit̃ qui per nũcios a dilecto filio iohãne sapiẽtis dicti ordĩs pfessore aliquid prout
...nis suis adeo sibi collatis ad perfectionẽꝫ cõstructionẽ ⁊ edificationẽ predictas mitterent plenariã oim̃ peccatorum suorũ indulgentiã ⁊ remissionẽ a
...per quasd̃ primo concessimus. Et Ut fideles pr̃dicti ad eccliam ipsã ꝓ remissione ⁊ indulgẽtia hmõi cõsequẽda pro tp̃e cõfluẽtes ad illã suscipiẽdã seu
...rẽt Ut ipsi ⁊ quilibet eorũ cõfessores ydoneos seculares Vel quorũuis ordinũ regulares eligẽ possẽt q̃ durãte tp̃e dictarũ idulgẽtiarũ et ꝑ tres dies ante
...torum fideliũ audire ipsisq₃ auditis ipos xpifideles ⁊ quẽlibet eorũ Utriusq₃ sexus ab oibꝫ et sigulis excoicationis suspensionis ⁊ interdicti ac aliis ec...
...penis a iure Vel ab hoie quauis occasione Vel causa latis preuia satisfactione. Necnõ a quibuscũq₃ eorũ pctis criminibꝫ delictis ⁊ excessibus quã...
...forẽt propter q̃ sedes aplica eẽt merito in genere Vel specie cõsulenda absolueẽ. Eisq₃ penitẽciam salutarẽ iniungere. Ac Vota quecũq₃ per eos emissa
...minũ petri ⁊ pauli ac sc̃ti iacobi in compostella Necnõ religionis ⁊ cõtinentie Votis dũtaxat exceptis in alia pietatis opa cõmutare Valerẽt. Nec
...cõfr̃ibꝫ cõfraternitatis sãctorũ frãcisci et ãthonii de padua i dicta ecclia instituẽte q̃ tũc erat ⁊ ad illã igrederent̃. Necnon q̃buscũq₃ pbr̃is ⁊ clericis p
...defectũ librorũ diuinũ officiũ recitare omisissẽt dũmodo de bonis adeo sibi collatis ad pr̃fatum opus cõtribuerẽt scd̃m statuta dicte cõfratrie Ut con...
...eorũ duceret eligẽdum ipos ⁊ quẽlibet eorũ ab omissione hmõi Ac ab oibꝫ ⁊ sigulis aliis pctis criminibꝫ excessibꝫ ⁊ delictis in nõ reseruatis Videli...
...atis Vero eidẽ sedi casibꝫ semel in Vita dũtaxat debitã absolutionẽ ipendẽ ⁊ penitẽtiaꝫ salutarẽ iniũgere. Necnõ idẽ Vel ali⁹ cõfessor ydoneus simi...
...oiꝫ peccatorũ remissionẽ etiã in mortis articulo ipsis i sinceritate fidei Unitate sc̃tẽ romane ecclie ac obedietia ⁊ deuotiõe nr̃a Vel successorũ nostro
...onice intrãtium psistentibꝫ auctoritate aplica impendẽ Valeret idulsim⁹ Cũ associatione siue participatiõe oim̃ bonorũ ecclie militãtis Unaq̃ pa...
...deinde cõsiderãtes qd̃ deputatio psonarum ad recipiẽdũ bona per xpifideles mittẽda melius ⁊ salubri⁹ a pluribus q̃ ab Uno solo fieret p alias Vo...
...di ad recipiẽdũ bona p xpifideles mittẽda ⁊ largiẽda hmõi per dilectos filios gardianũ ⁊ fres dicte domus ⁊ nõ dictũ iohãnẽ deputarentur. Post...
...ad id aĩm nr̃m mouẽtibꝫ idulgentiã pr̃dictã ac facultates illã concernen̄ ad Visitantes eccliaꝫ pr̃dictã personalit̃ dũtaxat ⁊ nõ ad mittẽtes aalias
...is p reliquas nr̃as litteras reduximus ⁊ restrinxim⁹ prout in sigulis lr̃is pr̃dictis quarũ tenores ac si de Verbo ad Verbũ psñtibꝫ isererẽtur ha...
...tis plenius cõtinetur. Cum aute sicut accepim⁹ ⁊ ad plenũ informati sum⁹ ex idulgẽtia predicta fructus q̃ sperabat̃ ⁊ pro tã immine...
...tionẽ pr̃dictas nõ successerit ac cause ꝑpter quas indulgẽtia ⁊ facultates predicte p nos cõcesse fuerãt adhuc subesse noscã...
...proprio nõ ad alicui⁹ sup hoc oblate peticionis istanciã sed de nr̃a mera liberalitate ⁊ ex certa sciẽtia litteras priores
...ibꝫ quo ad tẽpus i eis expressum dũtaxat in suũ pristinũ ⁊ eũ in quo anteq̃ restrictio et reductio predicte a nobis ema...
...tium restituim⁹ reponimus ⁊ plenarie reitegramus. Et si forsã aliqui fideles restrictionẽ ⁊ reductionẽ pr̃dictas igno...
...dimus qd̃ idulgẽtia ⁊ facultates huiusmodi ac quecũq₃ alia iuxta ipsarũ priorũ litterarum tenorẽ hactenus ge...
...as nõ aliter suffragentur q̃ suffragarentur si restrictio et reductio pr̃dicte nõ emanassẽt Ut psone ad recipiẽdũ bo...
...prorsus careãt suspitione. Considerãtes q̃ deputatio predicta meli⁹ p plures q̃ per Unũ fiet Ut pr̃dictum est etiã
...icarium pricipalẽ dicte domus ⁊ in theologia magistros in illa degẽtes ac dicti ordĩs professores filios domus
...rãtes. Nonobstãtibꝫ restrictione ⁊ reductione ac aliis pr̃missis cõstitutionibꝫ quoq₃ et ordinationibꝫ aplicis
...ceterisq₃ cõtrariis quibuscũq₃. Verum quia difficile foret psñtes ac priores lr̃as predictas ad sigula queq₃ loca
...arũ trãsũptis manu publici notarii inde rogati subscriptis ac sigillo alicuius epi Vel alterius prelati ecclesia...
...tibꝫ ⁊ aliis prioribꝫ lr̃is pr̃dictis adhiberetur si essẽt originaliter exhibite Vel ostense. Nulli ergo oino hoim
...ssionis Volũtatis ⁊ decreti infringẽ Vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽptare psum...
...um eius se nouerit incursurum. Datum rome apud sanctum petrum. Anno incarnationis dñice millesimo
...nr̃i Anno quinto. Sic signatum supra plicam P. Tuba.

See Gordons List No. 38.



¶ Missale ad usum Sarum incipit feliciter. Et primo dñica prima aduẽtus dñi: ad missam. Introitus

a

Ad te leuaui animã meã: deus meus in te confido non erubescã. neq; irrideãt me inimici mei etenim uniuersi qui te expectant non confũdẽtur. ps. Vias tuas dñe demonstra michi: et semitas tuas edoce me. Repetaꝛ officiũ scz. Ad te leuaui. ⁊c. et postea dicaꝛ. Glia patri et. Sicut erat. Quo dicto: iterũ repetaꝛ officiũ ut prius. Et sic fiat per totũ annuz tam in dñicis/ q̄ȝ in festis sanctoꝝ cũ regimie chori: et in oĩbus missis de beata maria/ nisi in dñica passiõis dñi: et abhic usq; ad cenam dñi/ ad missã de tp̄ali tm̄: tunc post psalmũ repetaꝛ officiũ sine. Gloria patri. Sequaꝛ. kyriel. Nõ dicitur. Glia in excelsis. per totũ aduẽtũ/ de quocũq; dicitꝛ missa: nec a septuagesima usq; ad uigiliã pasche. His pactis/ factoq; signaculo crucis in facie sua: uertat se sacer. ad pp̄lz: eleuatisq; aliquãtulũ brachiis/ iũctisq; manib9 dicat hoc mõ. Dñs uobiscũ. Et chorus respõdeat Et cum spiritu tuo/

sub eodē tono. Et iteruz reuertat se
sacerdos ad altare/et dicat Oremus.
Et quotiēscūqz dr̄ Dn̄s vobiscum.
ad missā/sēper sub eodē tono dr̄ simi
liter et Oremus. nisi in Prefationi
bus/et nisi in missa spōsalium: cū fi
at bn̄dictio sup sponsū et spōsā/ante
Pax dn̄i. tūc eni dr̄ sic. Dn̄s vobiscū
Oremus. Per oīa secl'a seculoꝝ. Rn̄
deat. Amē. et i ꝯsimilib9 ita determi
nando. ¶ Deinde dicat Oratio.

Excita q̄s dn̄e potentiā tuā et ve
ni: vt ab īminētibus peccatoꝝ
nostrorum periculis: te mereamur
protegente eripi/te liberante saluari
Qui viuis et regnas cum deo patre
in vnitate spiritus sancti deus. Per
omnia secula seculorū. Amen. Iteꝝ
dicat secerdos Oremus. vts. Me
moria de sācta maria. Oratio. Deus
qui de beate marie semper virginis
vtero. et cetera. vt infra. Et de quo
cunqz dicitur missa: semper fiat me
moria de sancta maria: cuz predicta
oratione/vsqz ad vigiliam nati. dn̄i.
Cum vero fuerit missa de aliquo san
cto: licet duplex festū fuerit/vel mis
sa Salus populi. tunc fiat memo
ria de aduentu/et de sancta maria.
¶ Notandum ꝙ in omnibus dn̄icis/
et in festis cū regimine chori per totū
annum/hoc generaliter obseruetur:
vt ad missā tot dicunt collecte/quot
dicebantur ad matut. nisi i die nati.
dn̄i. ita tamen ꝙ ad missam/impar
numerus ipsaruz collectarum semp
custodiatur: nisi in ebd̄. natiui. dn̄i
tm̄. Nā si due/vel quattuor oratio
nes habeāt: tunc erit tertia/vel quita
oratio de omnibus sanctis/scz Conce
de quesumus omnipotens deus: vt
intercessio sancte dei genitricis/. per
totum annū: tā per aduētū/ꝙ in pas
chali tp̄e. Tamen quādo in die festo
dr̄ missa in capitulo: si fuerit de ali
quo sancto: mēoria si habeat/et etiaz
memorie de ceteris sctis ad eādē mis
sam ad placitū dicuntur. Sed si fue
rit missa dn̄icalis in capitulo: tūc ad
eandē missā de dn̄ica/fiat mēoria de
trinitate: relique vero mēorie ad ma
gnam missam dicunt. In dn̄icis ve
ro/et in festis cū regimine chori/a pas
cha vsqz ad ascēsionē dn̄i/diebus dn̄i
cis contingētibus: nulla fiat mēoria
ad missam de dn̄ica. ¶ Preterea in
omibus festis. ix. lec. que in ieiuniis
quattuor tp̄m/vel in vigiliis/seu per
totam quadragesimā euenerit: nul
la fiat mēoria de ieiunio ad missam
de festo. Nā post missā de festo: mis
sa solennis fiat de ieiunio vtraqz ad
pricipale altare. ¶ In ferialibus au
tem diebus/et in festis sine regimine
chori. et a Dn̄e ne in ira. vsqz ad pri
mā dn̄icā quadragesime: et a Deus
omnium. vsqz ad aduentum dn̄i ad
missam quinqz dici solent orōnes: vi
delz prima/de die. scd̄a/de sācta ma
ria. tertia de omnibus sāctis. Cōcede
quesumus oēs deus. Et dicit ista p̄
dicta oratio de omnibus sāctis: tā per
aduentū/ꝙ in paschali tp̄e: et etiā ge
neraliter per totū annuz. quarta orō
pro vniuersali ecclesia. orō. Ecclesie
tue dn̄e. ꝛc. quita pro pace. orō. Deus
a quo. ¶ In octa. sancti andree/vel
qn̄ dr̄ missa. Salus populi: tūc erit

scða orõ de aduentu. tertia de sancta maria. quarta de oĩbus sanctis. quita p vniuersali ecclesia. ℭ Itē in feriis et in festis sine regimine chori/et quando dr missa **Salus populi**: ab octa. epy. vsqȝ ad caput ieiunii dicūtur quinqȝ orões: quarū prima de die. scða de sācta maria. orõ. **Deus qui salutis eterne**: vsqȝ ad purificationē. post purificationē vero dr orõ **Concede nos famulos tuos.** tertia de omnibus sanctis vts. quarta pro vniuersali ecclesia. quinta de pace. ℭ Feria. iiii. in capite ieiunii: et in tribus diebus sequentibus/ad missā de ieiunio dicūtur iste quinqȝ orōnes prima de die. scða pro penitentibus orõ. **Exaudi qs dñe.** tertia de sancta maria orõ: **Concede nos.** quarta de omibus sāctis orõ: **Concede qs omipotens deus: vt scē.** quinta pro vniuersali ecclesia oratio. **Ecclesie tue.** Nulla dicit orõ de generalibus vsqȝ ad quadragesimā. Feria secunda prime ebdomað. quadragesime/& abhinc vsqȝ ad cenam dñi/ad missam de ieiunio dicuntur septem oratiões quar prima de die. scða pro penitētibus. tertia de sctā maria. quarta de omibus sanctis. quita p vniuersali ecclesia. sexta pro pace. septima vna de gñalibus feriati. scȝ orõ. **Pietate tua** vel orõ. **Sctē dei genitricis.** vel orõ. **Oim sanctor.** vel orõ. **Ops sempiterne deus q viuor.** ℭ Notandū est q scðm vsū sarū nunq dicunt vltra septē orōnes ad missā: qr deus in orōne dñicali tm̄ cōstituit septē petitiões. In dñicis vero quadragesime vna sola orõ dicitur qð per totā quadragesimā obseruet. In feriis & in festis sn̄ regimine chori: et qñ dr missa **Salus populi.** ab octa. pasche vsqȝ ad ascensionē dñi tres dicunt orōnes tm̄. quar pria de die. scða de resurrectione orõ. **Deus qui per vnigenitū tuum** tertia de oibus sāctis vts. Tm̄ in dñicis qñ de dñica agit: nulla fiat meoria: nisi aliqð festū alicuius sācti euenerit tm̄. In estate vero quādo fit memoria de aliquo sancto in aliquo festo. iii. lc. vt infra octa. vel in festo scti sāpliõis: fiat meoria de sācto pāthaleone. et i cōsimilibus. tūc sit. iii. orõ de sācta maria: quarta de oibus sanctis. et quita p vniuersali ecclesia Itē a **Deus oim.** vsqȝ ad aduētum dñi in feriis et in festis. iii. lc. sine regimine chori: et i octa. et infra octa. qñ chorus nō regit qnqȝ dicūtur orōnes: quarū prima de die. scða de sctā maria. tertia de oibus sāctis quarta p statu eccłie et quita p pace. In festo processi et martiniani fiat in primis meoria de sctō suithuno: deinde de apl'is: et postea de sācta maria: et tunc de oibus sctis. Qñ vero dr missa. **Salus ppli** tunc erit scða orõ de sancta maria. tertia de oibus sāctis. quarta pro vniuersali eccłia. quinta p pace. Incepta vo vltia orōne ante epistolā: subdiaconus p mediū chori ad legēdū epl'am in pulpitū accedat Et legat epl'a i pulpito oi die dñica: et qñcūqȝ chorus regit p totū ānū. et in die cene. et in vigi. pasce & penthe. et in ɔmeoratione aiar. In oibus vo aliis festis & feriis: & i vigiliis et. iii.

temporibus extra ebdo. pethe. ad gra duz chori legat: tã in quadragesima quam extra .xl. Lectio epistole beati pauli apostoli Ad romanos. xiii.

Fratres. Sciẽtes quia hora est iam nos de sõno surgere. Nũc enim propior est nr̃a salus: ꝙ cũ credidimus. Nox precessit: dies aũt appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarũ: ⁊ iduamur arma lucis: sic vt in die honeste ãbulemus. Non in cõmessationibus et ebrietatibus: non in cubilibus ⁊ impudicicijs: nõ in contentione et emulatione. Sed induimini: dñm iesũ xp̃z. Qñ ep̃la. legitur: duo pueri i superpellicijs facta inclinatiõe ad altare ante gradũ chori: in pulpituz per mediũ chori ad grad. incipiendũ se pparent et suum ꝟ. cantandũ. Gr. Uniuersi. Chor9 idem prosequat per totũ vsqz ad finẽ qd per totũ annũ obseruetur ad missam de die: nisi qñ a cãtore incipiat. et in missis q̃ in capitulo dicunt: ⁊ in processione tantũ vbi fit statio. Gr. Uniuersi qui te expectãt non cõfundentur dñe. ꝟ. Uias tuas dñe notas fac michi et semitas tuas edoce me. Post versũ chor9 repetat gr. ¶ Notãdũ est ꝙ per totum annũ repetat gr. post suuz. ꝟ. ad missã de die: nisi in festis duplici. et nisi i quita et sexta feria ebdomad pasche. et in quattuor tẽporibus post lecti. vbi gr. habetur post lec. nec qñ tr. dr. Repetat etiã i die nati. dñi ad secundã missã. et sil'iter in cõmemorati õibus: scz de trinitate. de spiritu sancto et in missa de cruce: et in missa. Sal9 pp̃li. et de pace. et de ceteris commemorationibus: videlicz inter lxx. et pascha tm̃. et in missis de sctã maria vbi nõ potest haberi seq̃tia: nec cantus loco seq̃tie. In missis vero quotidianis de sãcta maria sufficit ꝙ habeatur cãtus loco seq̃tie scz in capella eiusdẽ. De. ꝟ. gr. canitur duo de superiori gradu ad. Alla. cantandũ cappas sericas se induant et ad pulpitũ per medium chori accedant. Dicto vero. ꝟ. gr. pueri iterũ incipiant gr. ⁊ percantet a choro. vt supra dictũ est. Sequat. Alla. Chorus idẽ repetit et psequatur cũ neumate. clerici. ꝟ. Ostẽde nobis dñe misericordiam tuã: et salutare tuũ da nobis ⁊ finiatur ã choro. deinde clerici incipiãt Alla. sine neumate. qd per totũ annum obseruetur qñ dr seq̃tia tm̃. Qñ vero non habet sequentia: tunc dicit neuma a toto choro post repetitionẽ Alla. Finito. Alla. sequat se.

Salus eterna: indeficiens mundi vita. Lux sẽpiterna: et redẽptio vere nostra. Condolens humana: perire secla: per temptantis numina. Non linquens excelsa: adiisti ima: propria clemẽtia. Mox tua spõtanea gr̃a: assumẽs humana. Que fuerant perdita: omnia saluasti terrea. Ferens mũdo gaudia. Tu animas et corpora. Nostra criste expia. Ut possideas lucida. Nosmet habitacula. Aduẽtu primo iustifica. In secundo nosqz libera. Ut cum facta luce magna: iudicabis omnia. Cõpti stola incorrupta: nosmet tua subsequamur mox vestigia: quocũqz visa. ¶ Nulla die dñica per ãnũ dicit

sequentia ad missã quando de dñica agitur: nisi per aduentũ et in tpe paschali: et in sexta die a nati dñi. In festis vero sanctorũ qñ chorus regitur per totũ annũ extra septuagesimaz vsqz ad pascha dicit sequentia: nisi in festis plurimorũ cõfessorũz: et nisi in festo sãcti michaelis i mõte tumba. A septuagesima vero vsqz ad cenam dñi in dñicis et in festis. ix. lec. canit tractus a quattuor clericis de supiori gradu in capis sericis rubeis ad gradum chori: nisi in festo purifi. et annũ. beate marie. Tñ in prima dñica quadragesime et in dñica palmarum in choro alternis vicibus hinc inde cantatur. In fine. Alla. vel sequẽtie vel tractus diaconus anteq̃ accedat ad euangelium pronunciãdũ thurificet medium altaris tm̃: nunq̃ enim thurificetur lectrinuz neqz ad missã neqz ad matu. ante pnunciationẽ euangelii. Deinde accipiat textũ scz librũ euangeliorũ: et humilians se ad sacerdotem stantẽ coram altari: versa facie ad meridiem ita dicat sine nota. Jube domine benedicere. Sacerdos respondeat. Dñs sit in corde tuo et in ore tuo ad pronunciandum sanctuz euangelium dei. In nomine patris. et cetera. Si autem sacerdos per semetipsum celebret: dicat priuatim. Jube domine benedicere et postea dicat ipsemet. Dominus sit i corde meo et in ore meo ad pronunciandũ sanctũ euangeliũ dei. In nomine patris et cetera. ¶ Et sic pcedat diaconus per medium chori: ipsum textum super sinistrã manũ solenniter gestãdo ad pulpitum accedat: thuribulare et ceroferare precedẽtibus. Et si dup. festum fuerit crux precedat que quasi a dextris cõtraria: id est ex opposito erit legentis euangelium: facie crucifixi ad legentem conuersa. Quandocunqz eniz legitur epistola in pulpito: ibidem legatur et euangelium Et cum ad locum legendi peruenerint: textum ipm subdiaconus accipiat: et a sinistris ipsius diaconi quasi oppositus ipsum textũ dum euangelium legitur teneat: ceroferariis diacono assistentibus: vno a dextris et reliquo a sinistris ad eum conuersis: thuribalarius vero stet post diaconum ad eum conuersus: et semper legatur euange. versus aquilonem id est boream. Et si epus exequatur officiuz: omnes ministri in choro ad sequentiã cantandã veniant quando sequentia dicitur: pter principalẽ diaconum: et principalem subdiaconum: et ibi moram faciãt diaconi et subdiaconi in medio chori cũ rectoribus chori: donec pricipalis diaconus a pulpito post lectũ euange. per chorum redeat. Cum autem inceperit euangeliũ post. Dominus vobiscũ. faciat signum super librum: deinde in sua fronte: et postea in pectore cũ pollice. Euangelium.

¶ Secundum Matheum. xxi.

In illo tpe. Cũ appropinquasset iesus hierosolymis et venisset betphage ad montem oliueti: tũc misit duos discipulos dicẽs eis. Ite in castellũ qđ contra vos est: et statiz inuenietis asinã alligatã: et pullũ cũ

ea. Soluite: et adducite michi. Et si quis vobis aliquid dixerit: dicite: qr dñs his opus habet: et confestī dimittet eos. Hoc autē totum factum est: vt adimpleretur quod dictuz est: per prophetam dicentē. Dicite filie syon Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus: sedens super asinam: & pullū filium subiugalis. Euntes autem discipuli: fecerunt sicut precepit illis iesus. Et adduxerunt asinam et pullum: et imposuerunt super eos vestimenta sua: et eum desuper sedere fecerūt Plurima autem turba: strauerunt vestimēta sua in via. Alii autem cedebant ramos de arboribus: et sternebant in via. Turbe autem que precedebant: et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in nomine dñi. Lecto euange. osculetur librum: et accedens subdiaconus statim porrigat ei textum quem ipe diaconus ex directo pectore deferat. Finito euangelio incipiat sacerdos i nmedio altaris. Credo in vnum deum. Deinde cantetur a choro nō alternatim: sed a toto choro. Require infra. ¶ Hec sunt festa in quibus dicendum est. Credo. scdm vsum sarum. Omnibus dñicis diebus per totum annuz ad magnam missam: siue de dñica agitur siue non. In missis tamen vigiliarum et sanctorum .iii. lec. et in missis defunctorum que in capitulo in dñicis dicuntur: non dicitur. Sed si missa dñicalis in capitulo dr: tunc dicitur Credo. Dicetur etiam per octo dies nati. dñi pasche. et penthe. et in omni duplici festo p annū: et in oibus festis apostolorꝝ: et euangelistarꝝ: et in vtroqz festo sancte crucis: et in festo sctē marie magdalene et in vtroqz festo scti michaelis et in missa spōsaliū. Dicetur etiã ad missã de sãcta maria: qñ ad missaz de die dicendum est per totum annum: et in festo alicuius sancti in cuius honore dedicatum est altare vel ecclesia ad altare eiusdem sancti tantum. Post. Credo dicat sacerdos. Dominus vobiscum. Et. Oremus. Offr.

Ad te domine leuaui aīam meã deus meus in te confido non erubescam neqz irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectãt nō confundentur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me qr tu es de⁹ salutaris meus et te sustinui tota die. ℣. Respice in me et miserere mei: domine custodi animã et eripe me: non confundar qñ inuocaui te Isti duo versus dicuntur p ebdomadam alternis vicibus quando de feria agitur et non in die dñica quod p totum annum obseruetur: quando ℣. offertorii habentur. Nunqꝫ dicūtur duo versus cum offertorio i vna feria: nec dicuntur post offr. nisi in feriis per aduentum: & a lxx. vsqz ad cenam domini tantum. Secreta.

Hec sacra nos domine: potenti virtute mundatos: ad suum faciant puriores venire principium Per dominum. Per totum aduentum non dicitur prefatio: nisi quotidiana quando de temporali agitur. Coio. Dñs dabit benignitatē: et terra nostra dabit fructum suū. Post coio.

Suscipiamus dñe miam tuam

in medio templi tui: et reparationis nostre venture solennia cōgruis honoribus precedamus. Per dominū.
Feria secunda qn̄ de feria agitur: ad missam officium. Ad te levavi. ps. Vias tuas. Gloria patri. Repetat̄ offm̄ Ad te. Hoc modo semper dr̄ officiuꝫ ad missā qn̄ chorus non regitur: nisi infra passionem dn̄i. Hec missa dicit̄ per totam ebdomadam: nisi festum ix. lec. vel octavas sancti ādree intercurrant et nisi quando dicitur missa Salus populi. vel aliqua commemoratio sancti loci: vel de sancta maria facienda fuerit. Et semper cum suo. Alleluya. dicitur missa dn̄icalis: quod per totum annum observetur qn̄. Alleluya. dicitur. Dicetur etiam: Allā. ad oēm missā de die per annū. p̄terq̄ a lxx. vsqꝫ ad vigi. pasche. et exceptis vigi. extra dn̄icam et tempus pasche cōtingentibus: exceptis etiam quattuor tēporibus q̄ extra ebdomadā penthe. contigerint.
Feria iiii. Lcō. ep̄le bti iacobi ap̄li. v

Carissimi. Patiētes estote. vsqꝫ ad adventum dn̄i. Ecce eniꝫ agricola: expectat preciosum fructū terre: patienter ferēs: donec accipiat temporaneum et serotinū. Patientes igitur estote et vos et confirmate corda vestra: quoniam adventus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: vt non iudicemini. Ecce enim iudex: ante ianuam expectat. Exempluꝫ accipite fratres carissimi: exitus mali longanimitatis: laboris et pacientie per prophetas: qui locuti sunt: in nomine domini nostri iesu christi.
Iniciū sci euāge. scd̄m Marcū. i.

Principiū evangelii iesu x̄pi filii dei: sicut scriptū est in isaia propheta. Ecce ego mitto angeluꝫ meum ante faciē tuā: qui preparabit viam tuā ante te. Vox clamantis in deserto: parate viā dn̄i: rectas facite semitas eius. Fuit in deserto iohānes baptizās et predicās baptismum penitentie: in remissionē peccatorum. Et egrediebatur ad eum oīs iudee regio: et hierosolymite vniversi: et baptizabantur ab illo in iordanis flumine: confitentes peccata sua. Et erat iohannes vestitus pilis camelorū: et zona pellicea circa lumbos ei⁹. Et locustas/et mel silvestre edebat: et predicabat dicens. Venit fortior me post me: cuius nō sum dignus procūbens/solvere corrigiā calciamētoꝝ eius. Ego baptizavi vos aqua: ille vo baptizabit vos sp̄ū sācto
¶ Si aliquod festum vnde fieri debeat servitium in hac quarta feria cōtigerit: epistola prenotata et evange. legant̄ in quita feria si vacaverit sin autē oīno pretermittant̄ eo anno
Feria. vi. ¶ Lcō Isaie prophē. li.

Hec dicit dominus deus. Audite me qui sequimini quod iustum est: et queritis dominum. Attendite ad petram: vnde excisi estis: ꝯ ad cavernā laci: de qua precisi estis Attendite ad abraham patrem vestrum et ad saram que peperit vos. Quia vnū vocavi eū: et benedixi ei: et multiplicavi eum. Consolabitur ergo dominus syon: et consolabitur

omnes ruinas eius. Et ponet desertum eius quasi delicias: et solitudinem eius/ quasi ortum dñi. Gaudium et leticia/ inuenietur in ea: gratiarum actio/ et vox laudis. Attendite popule meus: et tribus mea me audite. Quia lex a me exiet: et iudicium meum/ in lucem populorum requiescet. Prope est iustus meus: et egressus est saluator meus: & brachia mea populos iudicabunt. Me insule expectabunt: et brachium meum sustinebunt. Leuate oculos vestros in celum: et videte sub terra deorsũ. Quia celi sicut fumus liquescent: et terra sicut vestimentum atteretur/ et habitatores eius sicut hec interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit. Et iusticia mea non deficiet. Audite me: qui scitis iustũ: populus meus/ lex mea in corde eorum. Nolite timere obprobrium hominũ: et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum: sic comedet eos vermis et sicut lanã/ sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea: in sempiternum erit/ et iusticia mea: in generationes generationum.

¶ Secundum Matheum. iii.

In illo tempore. Venit iohannes baptista: predicans in deserto iudee: et dicens. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnũ celorum Hic est enim de quo dictum est: per isaiam prophetam dicentem. Vox clamãtis in deserto: parate viã domini: rectas facite semitas eius. Ipse autem iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum: et zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locusta: et mel siluestre. Tunc exibat ad eum hierosolyma/ et omnis iudea: et omnis regio circa iordanem: & baptizabantur ab eo in iordane: confitentes peccata sua ¶ Si vero. vi. feria non vacauerit: predicta epistola et euangeliũ. omnino pretermittetur: & hoc per totum aduẽtũ: et a Domine ne in ira. vsq; ad quinquagesimã: et ab octa. pasche vsq; ad primam dominicã ante ascensionẽ domini obseruetur. A Deus omniũ. vero vsq; ad aduentum domini: si quarta et quĩta feria non vacauerint: tunc in sexta feria legãtur epistola et euãgeliũ de quarta feria si vacauerit: sin aũt/ omnino pretermittãtur. Nunq̃ enim legantur epistola et euangel'. de quarta feria. in. ii. feria vel in. iii. fer. neq; epistola & euangel'. de. vi. feria in. v. fe. Non enim debet seruitium anticipari secundum vsum sarum.

¶ Dominica secunda aduentus domini. Ad missam Officium.

Populus syon ecce dominus veniet ad saluandas gentes: et auditam faciet dominus gloriã vocis sue: in leticia cordis vestri. ps. Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Repetatur officiũ scilicet Populus. Gloria patri. Oratio.

Excita domine corda nostra ad preparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum purificatis tibi mentibus/ seruire mereamur

Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Ad romanos xv.

FRatres. Quecunq enim scripta sunt ad nostram doctrinã scripta sunt: vt per patientiam et cõsolationem scripturarum/spem habeamus. Deus autem patientie et solatij: det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum iesum christũ/ vt vnanimes vno ore honorificetis deum: et patrem domini nostri iesu christi. Propter quod suscipite inuicem: sicut et christus suscepit vos in honorem dei. Dico enim christum iesum/ministrum fuisse circuncisionis: propter veritatem dei/ad confirmandas promissiones patrũ. Gentes autem super misericordia honorare deum: sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus domine: et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dominum: et magnificate eum omnes populi. Et rursum/ isaias ait. Erit radix iesse: et qui exurget regere gentes/in eũ gentes sperabunt. Deus autem spei: repleat vos omni gaudio/et pace in credendo: vt abundetis in spe: et virtute spiritus sancti. Gr. Ex syon species decoris eius: deus manifeste veniet. ℣. Congregate illi sanctos eius: qui ordinauerũt testamentũ eius super sacrificia. All'a. ℣. Virtutes celi mouebuntur: et tunc videbunt filiũ hoĩs veniẽtẽ in nubib⁹ celi cũ potestate et maiestate magna. Sequentia.

REgnantẽ sempiternã per secla suscepturã: concio deuota concrepa. Diuino sono factori: reddendo debita. Cui iubilant agmina celica: eius vultu exhilarata. Quez expectant omnia terrea eius nutu/examinanda. Districtum ad iudicia. Clementem in potentia. Tua nos salua christe clementia propter quos passus es dira. Ad poli astra: subleua nitida/qui sorde tergis secula. Influat: salus vera/effugans pericula. Omnia: vt sint munda/tribue pacifica. Ut hic tua: salui misericordia. Leti regna: post adeamus supera. Quo regnas: secula per infinita.

Secundum Lucam xxi.

IN illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Erunt signa in sole et luna et stellis: et in terris pressura gentium/pre confusione sonitus maris et fluctuum: arescentibus hominibus pre timore et expectatione/que superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes celorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna/ et maiestate. His autem fieri incipientibus: respicite et leuate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Uidete ficulneam: et omnes arbores. Cum producunt iam ex se fructum: scitis quoniam prope est estas Ita et vos cum videritis hec fieri: scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico vobis: quia non p̃teribit generatio hec: donec oĩa fiant. Celũ

et terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Offertorium. Deus tu cõuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. ostẽde nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti dñe terram tuam auertisti captiuitatem iacob: remisisti iniquitatem plebis tue. ℣. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi. veritas de terra orta est et iusticia de celo prospexit. Secreta.

Placere quesumus domine humilitatis nostre p̃cibus et hostiis: et vbi nulla suppetunt suffragia meritorum: tuis nobis succurre presidiis. Per dominum nostrum iesum christum. Prefatio quotidia. Communio. Hierusalem surge: et sta in excelso: et vide iocunditatem que veniet tibi a deo tuo. Postcommunio.

Refecti cibo potuq; spiritalis alimonie supplices te domine deprecamur: vt huius participatione misterii: doceas nos terrena despicere/et amare celestia. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuũ Qui tecũ viuit et reg. Feria. iiii. Lectio zacharie prophete. viii.

Hec dicit dominus deus exercituum. Reuersus sum ad syõ: et habitabo in medio hierusalem: et vocabitur hierusalem ciuitas veritatis: et mons domini exercituũ/mons sanctificatus. Hec dicit dominus deus exercituum. Adhuc habitabunt senes: et anus in plateis hierusalem: et viri baculus in manu eius/p̃ multitudine dierum. Et platee ciuitatis complebuntur infãtibus: et puellis ludẽtibus in plateis eius. Hec dicit dominus exercituum. Si difficile videbitur in oculis reliquiarum: populi huius in diebus illis/nũquid in oculis meis difficile erit dicit dñs exercituum. Hec dicit dñs exercituũ Ecce ego saluabo populuz meum/de terra orientis: et de terra occasus solis et adducam eos: et habitabũt in medio hierusalẽ et erunt michi in populum: et ego ero eis in deum: in veritate et iusticia dicit dñs omnipotẽs Secundum Matheum. xi.

In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum: et discipulis suis Amen dico vobis: inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista. Qui autem minor est in regno celorum: maior est illo A diebus autem iohannis baptiste: vsq; nunc regnum celorum vim patitur: et violenti rapiunt illud. Omnes enim prophete et lex: vsq; ad iohannem p̃phetauerunt. Et si vultis recipere: ipse est helias: qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat.

Feria sexta. Lcõ Isaie pphẽ. lxii.

Hec dicit dominꝰ deus. Super muros tuos hierusalem constitui custodes: tota die et tota nocte ĩperpetuũ non tacebũt. Qui reminiscimini dñi ne taceatis: et ne detis silentium ei: donec stabiliat: et donec ponat hierusalẽ laudẽ in terra. Jurauit dñs in dextera sua: et in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticuz tuum: vltra cibũ inimicis tuis: et si biberint filii alienigene vinũ tuum: in quo laborasti. Quia q̃ congregabunt illud comedẽt: et laudabunt do

minum: et qui comportant illud bibent in atriis sanctis meis. Trãsite: transite per portas: preparate viam populo planũ facite iter: et eligite lapides et eleuate signum ad populos. Ecce dñs auditum fecit ĩ extremis terre. Dicite filie syon ecce saluator tuus venit: et ecce merces eius cum eo: et opus illius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus: redempti a domino. Tu autem vocaberis quesita ciuitas: et non derelicta.

Secundum Johannem. primo.

In illo tpe. Johannes testimonium perhibebat de dño et clamabat dicẽs. Hic erat quẽ dixi: q̃ post me venturus est: ante me factus est: quia prior me erat. Et de plenitudie eius: nos oẽs accepimus gratiã pro gratia quia lex per moysen data est: gratia et veritas: per iesum cristum facta est. Deum nemo vidit vnq̃. Unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrabit. Dñica tertia aduentus. Ad missam. Officium.

Gaudete in dño sẽper: iterũ dico gaudete: modestia vestra nota sit oĩbus hoĩbus domin⁹ prope est nichil solliciti sitis: sed in omni oratione petitiones vestre innotescant apud deum. ps. Et pax dei que exuperat oẽm sensum: custodiat corda vr̃a et intelligẽtias vestras. Oratio

Aurem tuam quesumus domine precibus nostris accommoda: et mentis nostre tenebras gratia tue visitationis illustra. Qui viuis. et regnas cum deo patre. et cetera.

¶ Ad corinthios. prime. iiii.

Fratres. Sic nos existimet homo vt ministros christi et dispensatores ministeriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. Michi autem pro minimo est vt a vobis iudicer: aut ab humano die: sed neq̃ meipsum iudico. Nichil enim mihi conscius sũ: sed nõ in hoc iustificatus sũ Qui autẽ iudicat me: dominus est. Itaq̃ nolite ante tempus iudicare: quoadusq̃ veniat dominus: qui et illuminabit abscondita tenebrarum: et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit vnicuiq̃ a deo. Gr. Qui sedes domine super cherubĩ: excita potentiam tuam et veni. ℣. Qui regis israel intẽde: qui deducis velut ouem ioseph. Alleluya ℣. Excita domine potẽtiã tuam et veni: vt saluos facias nos. Sequẽtia.

Qui regis sceptra: forti dextra: solus cuncta. Tu plebi tuam ostẽde magnam excitando potentiam. Presta illi: dona salutaria. Quem predixerunt: prophetica vaticinia. A clara poli regia. In nostra iesu: veni domine arua.

Secundum Matheum. xi.

In illo tpe. Cũ audisset iohannes in vinculis opera cristi: mittens duos de discipulis suis: ait illi. Tu es q̃ venturus es: an aliũ expectamus? Et respõdens iesus ait illis Eũtes renũciate iohanni: q̃ audistis et vidistis. Ceci vident: claudi ambulant: leprosi mundantur. Surdi audiũt mortui resurgunt: pauperes euangelizant̃. Et beatus est qui nõ fuerit scandalizatus in me. Illis au-

tem abeūtibus: cepit iesus dicere ad turbas de iohāne. Quid existis in desertū videre? Arūdinē vēto agitatā? Sed qd existis videre? Hominē mollibus vestitum? Ecce q mollibus vestiunt: in domibus regū sūt. Sed qd existis videre? Prophetā? Etiā dico vobis & plusq pphetā. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā: q preparabit viā tuā ante te. Offer. Benedixisti dñe terrā tuam: auertisti captiuitatem iacob remisisti iniquitatem plebis tue. ℣. Operuisti oia peccata eorū: mitigasti omnem irā tuā. ℣. Ostende nobis dñe miam tuam et salutare tuū da nobis. Secreta.

Deuotionis nostre tibi domine qs hostia iugiter immoletur: que et sacri peragat instituta mysterii: et salutare tuum nobis mirabiliter operet. Per dominuz. Prefatio. quotidia. Cōmunio Dicite pusillanimes confortamini/et nolite timere: ecce de⁹ noster veniet et saluabit nos. Postcoio.

Imploramus dñe clementiam tuam: vt hec diuina subsidia a viciis expiatos: ad festa ventura nos preparent. Per dominum nostruz.

¶ Feria quarta quattuor temporū Ad missam Officium.

Rorate celi desup: et nubes pluāt iustū aperiatur terra et germinet saluatorez. ps. Et iusticia oriatur simul: ego domin⁹ creaui eum. Sequatur oratio sine Dominus vobiscum. sed tantū cuz Oremus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt redemptionis nostre ventura solēnitas: & presentis nobis vite subsidia conferat: et eterna beatitudinis pmia largiat. Per eundē.

Lectio Isaie prophete. ii.

In diebus illis. Dixit isaias ppheta Erit in nouissimis diebus pparatus mōs domus dñi i vertice montiū: et eleuabitur super colles. Et fluent ad euz oēs gentes: et ibunt populi multi et dicēt. Venite ascendamus ad montē dñi et ad domū dei iacob: et docebit nos vias suas: & ambulabimus in semitis eius: quia de syō exibit lex et verbuz dñi de hierusalem: et iudicabit gentes et arguet populos multos. Et cōflabūt gladios suos in vomeres: et lanceas suas in falces. Non leuabit gens cōtra gentem gladiū: nec exercebūtur vltra ad prelium. Domus iacob venite et ambulemus in lumie dñi dei nostri. Gr. Tollite portas pricipes vestras: et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montē dñi aut quis stabit in loco sancto eius: innocens manibus et mundo corde. Hic non repetatur gradale sed statim sequatur. Dñs vobiscū. et. Oremus. orō

Festina qs domine ne tardaueris et auxilium nobis superne virtutis impende: vt aduentus tui consolationis subleuentur: qui i tua pietate confidunt. Qui viuis et regnas dum deo patre. et cetera. Hic dicuntur memorie consuete. Epl'a

Lectio Isaie prophete. vii.

In diebus illis. Locutus est dominus ad achaz dicens. Pete tibi signum a domino deo tuo i pfū-

dum inferni: siue in excelsum supra et dixit achaz. Non petã: et nõ tẽptabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nũquid parũ vobis est molestos esse hoibus: qr molesti estis & deo meo. Propter hoc dabit dñs ipse vobis signũ. Ecce virgo concipiet et pariet filium: & vocabitur nomen eius emanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malũ et eligere bonum. Gr. Prope est dñs omnibus inuocãtibus eũ: oibus q̃ inuocãt euz in veritate. V. Laudem dñi loquet os meũ: et bñdicat ois caro nomẽ scm̃ eius. Repetat gr. Secundum Lucã. primo.

In illo tpe. Missus est ãgelus gabriel a deo in ciuitatẽ galilee cui nomen nazareth: ad virginez despõsatã viro cui nomẽ erat ioseph de domo dauid: & nomẽ virginis maria. Et ingressus angelus ad eam: dixit. Aue gratia plena dñs tecũ: bñdicta tu in mulieribus: que cum audisset turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiã apud deũ. Ecce concipies in vtero et paries filium: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob ineternũ: & regni eius non erit finis. Dixit autez maria ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam virũ non cognosco? Et respõdens angelus: dixit ei. Spiritus sãctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoqz & quod nascetur ex te sanctum: vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: & ipa cõcepit filiũ i senectute suã Et hic mẽsis est sextus illi q̃ vocatur sterilis: qr non erit ipossibile apd deũ omẽ verbũ. Dixit aũt maria. Ecce ancilla dñi: fiat mihi secũdũ verbum tuum. Offr. Aue maria gratia plena dñs tecũ: bñdicta tu in mulieribus et bñdictus fructus ventris tui. V. Ideoqz et quod nascetur ex te sãctum vocabitur filius dei. Et dicitur cum suo versu. Secreta

Salutari ieiunio competentes domine hostias immolamus presta vt ad natiuitatem panis eterni his officiis preparemur. Per eundem. Prefatio quotidiana. Cõio. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabit nomẽ eius emanuel. Postcõio.

Salutaris tui domine munere saciati: supplices deprecamur vt cuius letamur gustu renouemur effectu. Per dominum nostrum.

Feria. vi. quattuor tpz. Officiũ.

Prope esto dñe: et omẽs vie tue veritas initio cognoui de testimoniis tuis: qr ineternũ tu es. Ps. Bti immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Oratio.

Excita q̃s dñe potentiam tuam et veni: vt hi qui in tua pietate cõfidunt ab omĩ citius aduersitate liberent. Qui viuis et regnas cuz deo. Lectio Isaie prophete. xi.

Hec dicit dominus deus. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spũs dñi: spũs sapientie et intellectus: spiritus cõsiliũ & for

titudinis: spūs scientie et pietatis: et
replebit eū spūs timoris dñi. Nō se-
cundū visionē oculoꝝ iudicabit: neqꝫ
secundū auditū auriū arguet: sed iu-
dicabit i iusticia pauperes: et arguet
in equitate pro mansuetis terre. Et
percutiet terrā virga oris sui: et spiri-
tu labioꝝ suorum interficiet impiū.
Et erit iusticia cingulū lumborum
eius: et fides cinctoriū renum eius.
Gr. Ostende nobis dñe misericordiam
tuam: et salutare tuū da nobis. V. Bñdixi
sti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob
Repetat grad. Scdm Lucā. i.

In illo tpe Exurgēs maria abi-
it in mōtana cū festinatione i
ciuitatem iuda: et intrauit in domū
zacharie: et salutauit elizabeth. Et
factum est vt audiuit salutationem
marie elizabeth: exultauit infans in
vtero eius. Et repleta est spū scto
elizabeth: et exclamauit voce magna
et dixit. Bñdicta tu inter mulieres:
et benedictus fructus vētris tui. Et
vnde hoc michi: vt veniat mater do-
mini mei ad me? Ecce enim vt fa-
cta est vox salutationis tue i auribus
meis exultauit in gaudio infans in
vtero meo. Et beata que credidisti:
quoniam perficientur ea que dicta
sunt tibi a domino. Et ait maria.
Magnificat anima mea dominuz:
et exultauit spiritus meus: in deo sa
lutari meo. Offer. Deus tu cōuersus
viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te
ostende nobis dñe misericordiā tuā: et salu-
tare tuū da nobis. V. Bñdixisti dñe terraz
tuā auertisti captiuitatē iacob: remisisti iniq
tatem plebis tue. V. Misericordia et veritas
obuiauerunt sibi: veritas de terra orta est: et
iusticia de celo prospexit. Secreta.

Sacrificiis qs dñe salutaribus
his diebus aptemur ppensius:
quibus illud est mysteriū celebrādū:
cui seruit oīs executio mādatorum.
Per dñm. Prefatio quotid. Coio.
Ecce dñs veniet: et oēs sancti eius cum eo:
et erit in die illa lux magna. Postcoio.

Perfice qs dñe miam tuam po-
pulo supplicanti: quē tuoꝝ
refectum largitate donoꝝ et instā-
tius gratiā postulare maiorem: et fi-
ducialius sperare cōcedas. Per dñm

¶ Sabbō quattuor tpm Ad mis.

Ueni et ostēde nobis faciem
tuā dñe q sedes sup cheru-
bin et salui erimus. ps. Qui
regis israel intēde: qui deducis velut ouem
ioseph. Oēs orōnes sn Dominus vo
biscū dicunt: pter vltimā que est āte
eplam: sed tm cū Oremus. Et omēs
lec. cū suis titulis legantur. Oremus

Deus qui cōspicis qr ex nr̄a pra-
uitate affligimur: concede p-
picius: vt ex tua visitatione console-
mur. Qui vi. et reg. cum deo patre.
Lectio Isaie pphete. xix.

In diebus illis. Clamabunt ad
dñm a facie tribulantis: et mit
tet eis saluatorem et ppugnatorem
qui liberet eos. Et cognoscetur dñs
ab egypto: et cognoscent egyptii dñz
in die illa: et colent eum in hostiis et
muneribus: et vota vouebunt dño et
soluēt. Et percutiet dñs egyptū pla
ga: et sanabit eā. Et reuertent egy-
ptii ad dñm et placabit eis: et sanabit
eos dñs deus noster. Gr. Asumo celo

egressio eius et occursus eius vsq; ad summū
eius. ℣. Celi enarrāt gloriā dei: et opa ma-
nuū ei⁹ ānūciat firmamētū. Nō repetat
gr. sed dicat stati Oremus. Oratio.
Concede qs ops de⁹: vt q sub pec
cati iugo ex vetusta seruitute
deprimimur: expectata vnigēiti fi-
lii tui noua natiuitate liberemur.
Qui tecū. Lec. Isaie pphē. xxxv.
Hec dicit dñs. Letabit deserta &
inuia: et exaltabit solitudo: et
florebit quasi liliū Germinans ger-
minabit: et exaltabit letabūda et lau
dans. Gloria libani data est ei: decor
carmeli et sarō. Ipsi videbūt gloriam
dñi: et decorē dei nostri. Confortate
manus dissolutas: et genua debilia
roborate. Dicite pusillanimes cōfor
tamini: et nolite timere. Ecce deus
noster: vltionē adducet retributiōis:
deus ipse vēiet & saluabit nos. Tunc
aperient oculi cecorū: et aures surdo-
rum patebūt. Tūc saliet sicut ceru⁹
claudus/et apta erit lingua mutorū
Quia scisse sūt in deserto aq: & torrē-
tes in solitudine. Et q erat arida in
stagnū: et sitiēs in fōtes aquarū. Ait
dñs ops. Gr. In sole posuit tabernacu
lum suū: et ipse tāq sponsus pcedēs de tha-
lamo suo. ℣. A summo celo egressio eius: & oc
cursus eius vsq; ad summū eius. Oratio.
Indignos nos quesumus dñe
famulos tuos quos actionis
pprie culpa cōtristat: vnigeniti filii
tui aduentu letifica. Qui tecū viuit
Lectio Isaie prophete. xl.
Hec dicit dñs. Super montē ex
celsū ascēde tu qui euāgelizas
syō: exalta in fortitudīe vocē tuā qui
euangelizas hierusalē. Exalta noli
timere: dic ciuitatibus iude. Ecce de⁹
vester. Ecce dñs deus in fortitudīe
veniet: et brachiū eius dñabit. Ecce
merces eius cū eo: & opus illi⁹ corā il-
lo. Sicut pastor gregē suū pascet: in
brachio suo ggregabit agnos: & i sinu
suo leuabit eos/dñs deus nr. Grad.
Dñe deus virtutū cōuerte nos: et ostende
faciem tuā et salui erimus. ℣. Excita dñe
potentiā tuam et veni: vt saluos facias nos
Sequatur Oremus. Oratio.
Presta qs oipotēs deus: vt filii
tui ventura solennitas/et pre
sentis nobis vite remedia conferat:
et premia eterna cōcedat. Per eūdē.
Lectio Isaie prophete. xlv.
Hec dicit dñs xpo meo cyro/cu-
ius apprehēdi dexterā: vt su-
biciam āte faciē eius gentes: et dor-
sa regū vertā. et aperiā corā eo ianu-
as: et porte non claudētur. Ego āte
te ibo: et gloriosos terre humiliabo.
Portas ereas conteram: et vectes fer-
reos cōfringā. Et dabo tibi thesau-
ros abscōditos/et archana secretorū:
vt scias quia ego dñs qui voco nomē
tuum deus israel: propter seruū me-
um iacob/& israel electū meum. Et
vocaui te nomine tuo: assimilaui te
et non cognouisti me. Ego dñs: et
non est alius/extra me non est deus.
Accinxi te et non cognouisti me: vt
sciant hi q ab ortu solis/& qui ab occi-
dēte qm absq; me nō est deus. Ego
dñs/et non est alter. Formans lucē:
et creans tenebras: faciens pacem/&
creans malū. Ego dominus faciēs
oia hec. Rorate celi desuper: & nubes

pluant iustū. Aperiatur terra/ et ger
minet saluatorē: et iusticia oriatur si
mul. Ego dñs creaui eū. Gr. Ex
cita dñe potentiā tuā et veni: vt saluos fa
cias nos. V. Qui regis israel intende: qui
deducis velut ouem ioseph. qui sedes super
cherubin: appare corā effraī: beniamin: et ma
nasse. Sequitur. Oremus. Oratio.

Preces populi tui quesumus
domine clementer exaudi: vt
qui iuste pro peccatis nostris affligi
mur pietatis tue visitatione conso
lemur. Qui viuis et regnas. etc.

Lectio danielis prophete. iii.

Angelus dñi descēdit cū azaria
et sociis eius in fornacem: et ex
Solēne cāticū: hodie resonet in terra. Ad almam martyris: exultet superū caterua. Quid facis turba iocūda: gratulare cum supera Jubilet mens letabūda: psallat cristo vox libera. Colebat festa dñica deuota cātuaria. Intonat iussa tirānica: turbulēta militia. Dire leges et mādata insolerter sūt prolata. Loca xp̄o consecrata: prophanauit vis armata Sed christi sic in vestigio stabāt thome pedes recti: ut nequirent inde flecti. In sui regis obsequio: arbitratus lucrum mori: caput offert percussori. Iste sequens versus ter dicatur. Gaude thoma: de cuius victoria. Ortus christi cumulantur gaudia. Martyris declaratur gloria: crebra per indicia. Curantur per eius suffragia: languidorum milia. Trucidatur flos pastorum inter sanctuaria. Nec diei nec locorum: obstat reuerentia. Stella maris que letaris: te lactasse filium. Nunc precamur assequamur: ut thome consortium. Eius prece gloriosa. Euangelium Homo quidaz nobilis. In cōi fo. vi.

Credo. Offr. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso vitã petiit a te tribuisti ei allelupa. Secreta.

Salutaris hostie munus sacrandũ qs dñe btũs thomas pontifex et martyr nobis ad salutẽ fore deposcat: vt et cõuersatiõis eius experiamur insignia: et intercessionis eius percipiamus suffragia. Per. Cõio.

Magna est glĩa eius in salutari tuo: gloriã & magnũ decorẽ ipones sup eũ dñe. Postcõ.

Adiuuet nos omps & misericors deus: p hec sancta qsũpsimus beati martyris tui atqz põtificis thome intercessio venerãda: q̃ p tui nominis honore: glĩosa meruit coronari martyrio. Per d.

Sexta die a nat. dñi siue dñica fue. siue nõ. Ad missã

Dum mediũ silẽtiũ Offm. tenerẽt oĩa et nox i suo cursu mediũ iter haberet: oĩpotens sermo tuus dñe: de celis a regalibus sedibus vẽit. ps. Dñs regnauit decorẽ indutus est: indutus est dñs fortitudinẽ et pcinxit se. Repetat offm. Deinde dicat Glĩa patri. et Sicut erat. Tertio repetat officiũ. kyrie. Gloria in excelsis. Sãctus & Agnus. sicut in festo simplici. ix. lect. dicuntur hac die siue dñica fuerit siue non. Oratio.

Ops sẽpiterne deus dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in noĩe dilecti filii tui: mereamur bonis opibus abũdare. Qui tecũ viuit. Memoria de nati. de sãcto stephano de sctõ iohãne. de innocẽtibus. et de sctõ thoma tm̃. Ad galathas iiii.

Fratres. Quãto tpe heres paruulus est: nihil differt a seruo cum sit dñs oĩm: sed sub tutoribus et actoribus est: vsqz ad prefinitũ tps a patre. Ita et nos cũ essemus paruuli: sub elemẽtis mũdi huius eramus seruiẽtes. At vbi venit plenitudo tẽporis: misit deus filiũ suum natũ ex muliere factuz sub lege: vt eos q̃ sub lege erant redimeret: vt adoptionez filiorũ reciperemus. Qm autẽ estis filii dei: misit deus spm̃ filii sui in corda vestra: clamãtẽ abba pater. Itaqz iam non est seruus: sed filius. Quod si filius et heres per deũ. Gr. Speciosus forma pre filiis hoim: diffusa est gratia in labiis tuis. ℣. Eructauit cor meum verbũ bonũ: dico ego opa mea regi. lingua mea calamus scribe velociter scribentis.

Alla. ℣. Dñs regnauit decorem induit: induit dñs fortitudinẽ: et pcinxit se virtute.

Hac die semper siue dominica fuerit siue non/dicitur ista sequentia.

Christi hodierna: celebrem9 natalicia. Celica resonent: clare camenas agmina. Nunc regis celebrãdo gratulanter nuptias. Lux noua iã terras illustrat veteres pellens tenebras. Reserat supna gratia diu clausa palatia. Felix mater: et sola ĩtacta virgo et puerpera. Jã nato stas grauida: cum viri sis cubilis nescia. Omis caterua nr̃a: te rogat domia. Soluas quo nostra cuncta peccaminum vincula: virgo sẽpiterne beata. Digna fuisti sola: tollentẽ crimina. Intra tui vteri claustra portare: qui gubernat oĩa supera: infera. Hũc sua laudant facta: gaudentes bona/ qua viuunt super essentia. Nos humilima turba dam9 debita: poscẽtes

eius clementiã. Ut nostras prestãs tempora: nũc quieta det placita frui vita: vtilia donãdo famulis mũera. Ac inter nos discrimina seua soluẽs post funera derelicta: sedẽ ducat mortis ac malorũ ignarã. Ubi ad dexteram patris almã sedet cõregnãs coeternus per oĩa. Potẽter cũcta dispo-nendo cum eo: secla presentia et futura. Beata iustis donãs: oĩbus premia. Preclara: qua lux vere micat: que est salus eterna et nostra gloria.

¶ Secundum Lucam ii.

In illo tpe: Erãt ioseph et maria maẽ iesu: mirãtes sup his q̃ dicebãẽ de illo. Et bñdixit illis simeõ et dixit ad mariã matrez eius. Ecce hic positus est in ruinã et in resurrectionẽ multoꝝ in israel: et i signũ cui cõtra diceẽ. Et tuã ipsius aĩam pertrãsibit gladius: vt reuelenẽ ex multis cordibus cogitatiões. Et erat anna prophetissa filia phanuel de tribu asser. Hec pcesserat in dieb9 multis: et vixerat cũ viro suo annis septem/a virginitate sua. Et hec vidua erat vsq3 ad annos octoginta quatuor: q̃ nõ discedebat de tẽplo ieiuniis et obsecrationibus seruiẽs die ac nocte. Et hec ipsa hora supueniẽs confitebatur dño: et loquebaẽ de illo oĩbus q̃ expectabãt redẽptionẽ israel. Et vt pfecerũt oĩa scdm legẽ dñi: reuersi sũt in galileã in ciuitatem suam nazareth. Puer aũt crescebat et cõfortabaẽ plenus sapiẽtia. Et gr̃a dei erat in illo. Credo. Offꝛ. Deus enim firmauit orbem terre q̃ nõ cõmouebiẽ: parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Accepta domine q̃s sacrificium plebis tue: quã iesu christi filiũ tui dñi nostri iubeas esse cõsortẽ q̃ humanitatis nr̃e dignatus est fieri particeps. Qui tecũ. Cõio. Tolle puerũ et matrẽ eius et vade in terraz iuda: defũcti sũt enĩ qui q̃rebant aĩam pueri. Postcõio.

Sumpto sacrificio q̃s dñe tua generaliter exultet ecclesia: quo ĩfirmitates ei9 sunt assũpte: vt diuine pticeps fieret ipsa substãtie. Per.

¶ In die sancti siluestri Officiũ.

Sacerdotes tui dñe induãt iusticiã/et sancti tui exultent: propter dauid seruũ tuũ non auertas faciem xp̃i tui. ps. Memento domine dauid et omnis mãsuetudinis eius. Gloria. Oratio.

Da q̃s omp̃s deus: vt beati siluestri confessoris tui atq3 pontificis veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutẽ. Per. Memoria de nati. de sãcto stephano de sancto iohanne. de innocẽtibus. et de sancto thoma. Ep̃la. Ecce sacerdos. In cõi folio. x. Gꝛ. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo ℣. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legẽ excelsi. All'a. ℣. Inueni dauid seruum meum oleo sancto meo vnxi eum. Sequẽtia de cõi. Euãgeliũ. Homo q̃dã peregre. In cõi folio. xi. Offꝛ. Inueni dauid seruũ meum et in oleo sancto vnxi euz: manus enim mea auxiliabiẽ ei: et brachiũ meũ confortabit eum. Secreta.

Adesto dñe q̃sumus oblationib9 nr̃is: nec vilis mentis et corporis patiaris subiacere periculis: quos beati siluestri cõfessoris tui atq3 pon

tificis munit gl'iosa ꝯfessio. Per do.
Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē: amē dico vobis sup oīa bona sua constituet eum. Postcōio.
Quesumus oṗs deus: vt hodierne mun⁹ solēnitatis acceptū: intercedente beato siluestro confessore tuo atq; pōtifice: et corporibus nostris salutē prestet: et mētibus. Per.
¶ In die circūcisionis dñi. Officiū.
Puer natus est nobis: et filius datus est nobis: cui⁹ iperiū sup humerū eius: et vocabitur nomē eius magni consilii angelus. ps. Cantate dño canticū nouū quia mirabilia fecit. Gloria. Oratio.
Deus q̇ nobis nati saluatoris diē celebrare cōcedis octauum fac nos q̄s ei⁹ ppetua diuinitate muniri cuius sumus carnalis cōmertio reparati. Qui tecū. Nulla fiat memoria ad hanc missā. Ep'la. Apparuit gr̄a dei. vt in prima missa ī die nati. dni folio. xi. Gr. Viderūt oēs fines terre salutare dei nr̄i: iubilate deo oīs terra. ℣. Notū fecit dñs salutare suū āte cōspectū gētiū reuelauit iusticiā suā. All'a. ℣. Multifariā olim de⁹ loquēs prib⁹ ī pphetis: nouissime diebus istis: locutus est nobis in filio suo
Ecce recolam⁹ laudib⁹ (Seq̄n. piis digna. Hui⁹ diei gaudia: ī qua nobis lux orit̄ gratissima. Noctis interit nebula peūt nr̄i criminis vmbracula. Hodie seculo maris stella ē enixa noue salutis gaudia. Quē tremūt baratra: mors cruēta pauet ip̄a a quo peribit mortua. Gemit capta: pestis antiqua: coluber: liuidus: perdit spolia. Homo lapsus: ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia. Gaudēt in hac die agmīa: angelorū celestia. Qr erat dragma decima perdita et est inuēta. O ples nimiū btā qua redēpta est natura. Deus q̇ creauit oīa: nascit̄ ex femina. Mirabilis natura mirifice induta: assumēs qđ nō erat/manēs qđ erat. Induit̄ natura diuinitas hūana: q̇s audiuit talia dic rogo facta? Querere venerat pastor pius qđ perierat. Induit galeam: certat vt miles armatura. Prostratus in sua propria: ruit hostis spicula auferuntur tela. In quibus fidebat: diuisa sunt illius spolia: capta preda sua. Cristi pugna fortissima: salus nostra est vera. Qui nos summā ad patriam: duxit post victoriam. In qua sibi laus est eterna.
Secundum Lucam ii.
In illo tp̄e. Postq̄ cōsūmati sūt dies octo vt circūciderct̄ puer: vocatū est nomen eius iesus. Qđ vocatū est ab angelo priusq̄ in vtero cōciperetur. Credo. Offr. Tui sūt celi et tua est terra: orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti iusticia et iudicium preparatio sedis tue. Secreta.
Presta q̄s oṗs deus: vt p hec munera q̄ dñi nr̄i iesu xp̄i archane natiuitatis misterio gerimus: purificate mētis ītelligētia cōsequamur. Per eundē. Cōio. Viderunt oīs fines terre: salutare dei nostri. Postcōio.
Presta q̄s dñe: vt quod nostri saluatoris iterata solēnitate percepimus: perpetue nobis saluatiōis conferat medicinam. Per eundem.
¶ In octa. sancti stephani. sancti io-

hānis: et sctōrū innocētiū: siue dñica fuerit siue nō: ad missā oīa fiāt sicut in prima die: preter sequē. et Credo. et prefatio. Et dr cantus sup kyrie. Gloria in excelsis. Sctūs. et Agn⁹ sicut in festo simplici. ix. lc. tamen si dñica fuerit dicit Credo. sed nulla sequentia/ et etiā fiant memorie de sāctis per ordinē. Memoria autem fiat de sancta maria in octa. sancti stephani: et abhinc vsqz ad purifi. tam in festis ꝙ in feriis et in dñicis: nisi in vigilia epy. et in die eiusdē cum or. Deus qui salutis. ¶ In vigilia epy. Ad missam Officium.

Lux fulgebit hodie sup nos: quia natus est nobis dñs/ et vocabit admirabilis deus/ princeps pacis/ pater futuri secli cuius regni non erit finis. ps. Dñs regnauit decorem indutus est: indutus est dñs fortitudinē et precinxit se. Gloria. Hac die si dñica fuerit dicit cātus sup kyrie. Gloria in ex. Sanctus. et Agnus/ sicut in festo simplici. ix. lec. Si vero dñica nō fuerit dr cātus sicut in festo iii. lc. sine regimine chori/ et nō dicitur Glia in excelsis. nec Credo. nec Ite missa est: ꝗa quasi vigilia habet: tamē diaconus ⁊ subdiaconus dalmatica et tunica vtantur. Oratio.

Corda nr̄a qs dñe venture festiuitatis splendor illustret: quo mūdi hui⁹ tenebris carere valeam⁹/ ⁊ pueniam⁹ ad patriā claritatis eterne. Per d. Mēoria de scō thoma vts et de sctō edvvardo rege ⁊ cōfes. Orō

Deus qui vnigenitū filiū tuū dñm nr̄m iesū xp̄m gloriosissimo regi edvvardo i forma visibili demōstrasti tribue qs: vt eius meritis ⁊ precibus: ad eternā ipsius dñi nostri iesu xp̄i visionē ptingere mereamur. Qui te. Non dicunt plures vel pauciores orōnes ad hanc missā: siue dñica fuerit/ siue non. Epl'a. Apparuit benignitas. vts in nocte nati. dñi ad scdā missā folio. xii. Gr. Bñdictus ꝗ venit in noīe dñi deus dñs et illuxit nobis ℣. A dño factum est istud: ⁊ est mirabile in oculis nr̄is. Siue dñica fuerit: siue nō sēp hac die dr All'a. ℣. Dñs regnauit decorē induit: induit dñs fortitudinē et precinxit se virtute. Non dicit sequentia. Secundum matheum ii.

In illo tpe. Defūcto herode ecce angelus dñi apparuit in sōnis ioseph in egypto: dicēs. Surge et accipe puerū et matrē ei⁹: et vade i terrā israel: defūcti sūt eni ꝗ ꝗrebāt aīaz pueri. Qui cōsurgēs accepit puerū ⁊ matrē ei⁹: et vēit in terrā israel. Audiēs aūt: qđ archelaus regnaret in iudea pro herode pr̄e suo: timuit illo ire Et admonitus i sōnis: secessit i partes galilee: et veniēs habitauit i ciuitatez: ꝗ vocat nazareth: vt adimpleretur qđ dictū est per prophetas: qm̄ nazareus vocabit. Offr. Deus ei firmauit orbē terre ꝗ nō cōmouebit: parata sedes tua deus ex tūc: a seculo tu es. Secr.

Tribue qs dñe vt eum presentibus immolemus sacrificiis et sumamus quē venture solēnitas pia munera preloquūtur: dñm nostruz iesum christum filium tuum. Qui tecū. De sācto thoma. Secreta vts Alia secreta de sancto edvvardo.

Sacris altaribus assistētes nos dn̄e q̄s spūs sācti luce pfūde: vt qd̄ tibi i honore beati regis edvvardi deuote offerim⁹: nobis ipso interueniēte fiat remediū salutare. Per dn̄z in vnitate eiusdē. Prefatio quotid. Cōio. Tolle puerū et matrē ei⁹: et vade i terram iuda: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Postcōio.

Da nobis q̄s dn̄e: digne celebrare misteriū: qd̄ in nr̄is saluatoris īfātia miraculis chorus cātib⁹ declarat̄: et corpalib⁹ incremētis manifesta designat̄ hūanitas. Per eundem. Alia postcōio. de sancto thoma vt s. De sancto edvvardo. Postcōio.

Uitalis alimonie conuiuio saginati q̄s dn̄e deus noster: vt bti regis edvvardi cōfessoris tui suffragātibus meritis: celestis cōuiuii mereamur esse pticipes. Per dominū.

¶ In nocte epy. post ix. ℟. cantetur hoc euāgelium. Dominus vobiscū. Et cū spū tuo. Sequētia sācti euangelii secundum Lucam iii.

Factū est autē cum baptizaret̄ om̄is populus: et iesu baptizato et orāte apertū est celum: et descendit spūs sanctus corporali specie sicut columba in ipsū: et vox de celo facta est/ tu es filius meus dilectus: i te cōplacuit michi: et ipse iesus erat incipiens quasi annorum triginta vt putabatur filius ioseph. Qui fuit heli: qui fuit mathat: qui fuit leui. Qui fuit melchi: qui fuit iāne: qui fuit ioseph. Qui fuit mathathie: qui fuit amos: qui fuit naū. Qui fuit hesli: q̄ fuit nagge: q̄ fuit mathath. Qui fuit mathathie: qui fuit semei: q̄ fuit ioseph. Qui fuit iuda: qui fuit iohāna: qui fuit resa. Qui fuit zorobabel qui fuit salathiel: qui fuit neri. Qui fuit melchi: q̄ fuit addi: qui fuit thosan. Qui fuit helmadā: qui fuit her: qui fuit iesu. Qui fuit eliezer: q̄ fuit iorim: qui fuit mathath. Qui fuit leui: qui fuit simeon: q̄ fuit iuda. Qui fuit ioseph: qui fuit iona: qui fuit eliachim. Qui fuit melcha: q̄ fuit menna: qui fuit mathatha. Qui fuit nathan: qui fuit dauid: qui fuit iesse. Qui fuit obeth: qui fuit booz: qui fuit salmon. Qui fuit naason: qui fuit aminadab: qui fuit aram. Qui fuit esrom: qui fuit phares: qui fuit iude Qui fuit iacob: qui fuit ysaac: qui fuit abrahe. Qui fuit thare: qui fuit nachor: q̄ fuit saruch. Qui fuit ragau: qui fuit phalech: qui fuit heber. Qui fuit sale: qui fuit chainā: qui fuit arphaxat. Qui fuit sem: qui fuit noe: qui fuit lamech. Qui fuit mathusale: qui fuit enoch: qui fuit iareth. Qui fuit malaleel: qui fuit chainā: qui fuit enos. Qui fuit seth: qui fuit adam: qui fuit dei. Jesus autem plenus spiritu sancto: regressus est a iordane. Finito euangelio incipiat sacerdos in cappa serica. ps. Te deum laudamus. ¶ In die epyphanie. Ad missam Officium.

Ecce aduenit dn̄ator dn̄s: et regnū in manu eius et potestas et imperium. ps. Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuam filio regis. Gloria patri et filio: et spi. kyrie fons. Oratio.

Deus q̄ hodierna die vnigenitū tuū gētib⁹ stella duce reuelasti cōcede ꝓpici⁹: vt q̄ iā te ex fide cognouimus: vsq ad cōtēplādā speciē tue celsitudinis ꝑducamur. Per eundē.

¶ Lectio Isaie prophete. lx.

Surge illumināre hierusalē quia venit lumen tuū: et gloria dn̄i sup te orta est. Qr ecce tenebre operient terrā: et caligo populos. Sup te aūt orief dn̄s: et gl'ia eius in te videbitur. Et ābulabūt gentes in lumine tuo: et reges in splēdore ortus tui. Leua in circuitu ocl'os tuos et vide: oēs isti congregati sūt/venerūt tibi. Filii tui de longe venient: et filie tue de latere surgēt. Tūc videbis et afflues: et mirabitur et delectabif cor tuū: qn̄ conuersa fuerit ad te multitudo maris fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorū operiet te: dromedarii madian et effa. Omnes de saba venient: aurū et thus deferētes: et laudem domino annūciantes

Gr. Oēs de sabba veniēt aurū et thus deferentes: et laudem dn̄o annūciantes. ℣. Surge et illuminare hierusalē: quia gloria domini sup te orta est. All'a. ℣. Vidimus stellam eius in oriente: et venimus cum muneribus adorare dominum. Sequentia.

Epiphaniā domiō canamus gloriosā. Qua prolē dei vere magi adorant. Immensa caldei: cuius ꝑsecla: venerāf potētiā. Quē cūcti ꝓphete: ꝑcinere vēturū gētes ad saluādas. Cuius maiestas: ita est inclinata vt assumeret serui formā. Ante secula q̄ deus ⁊ tēpora: homo factus est ex maria. Sequēs ℣. dicitur ter.

Balaā de quo vaticinās: exibit ex iacob: rutilans inq̄t stella. Et cōfringet ducū agmina regionis moab maxima potentia. Huic magi munera: deferūt preclara: aurū simul thus et mirrā. Thure deū ꝑdicāt: auro regē magnū: hominē mortalē mirra. In sōnis hos monet angelus ne redeant ad regem commotū: propter regna. Pauebat etenim nimiū regem natū verēs amittere regni iura. Magi sibi stella micante preuia. Pergūt alacres itinera patriam. Que eos ducebat ad propriam linquentes herodis mandata. Qui percussus corde: nimiū pre ira. Extēplo mādat infātulos per cuncta. Inquiri bethleē confinia: et mox priuari eos vita. Omnis nunc caterua: tinnulū iungat: laudibus organi neuma. Mistice offerens regi regum: xp̄o munera ꝑciosa Poscens vt per orbem regna omnia protegat in secula sempiterna.

¶ Secundum matheum ii.

Cum natus esset iesus ī bethleē iude in dieb⁹ herodis regis: ecce magi ab oriente venerūt hierosolymā/dicentes. Ubi est q̄ natus est rex iudeorū. Uidimus eni stellā eius in oriente: et venimus adorare eū. Audiens aūt herodes rex turbatus est: ⁊ oīs hierosolyma cū illo. Et cōgregās oēs pricipes sacerdotū et scribas populi sciscitabaf ab eis vbi xp̄s nasceretur. At illi dixerūt ei. In bethleē iude Sic enim scriptū est ꝑ ꝓphetā. Et tu bethleem terra iuda nequaꝙ minima es in pricipib⁹ iuda. Ex te eni exiet dux: q̄ regat populū meū israel.

Tunc herodes clam vocatis magis diligēter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittēs illos in bethleē: dixit. Ite et interrogate diligenter de puero: et cū inueneritis renūciate michi: vt et ego veniēs adorē eū. Qui cū audissent regē abierunt. Et ecce stella quā viderāt in oriente antecedebat eos: vsqꝫ dū veniens staret supra vbi erat puer. Vidētes aūt stellā: gauisi sūt gaudio magno valde. Et intrātes domū: inuenerunt puerū cū maria matre eius: et ꝓcidētes adorauerūt eū: et aptis thesauris suis: obtulerūt ei mūera/aurū/thus/ et mirrā. Et respōso accepto i sōnis: ne redirēt ad herodē: ꝑ aliā viā reuersi sūt i regionē suā. Offer. Reges tharsis et insule munera offerēt: reges arabū et saba dona adducent. et adorabūt eū oēs reges terre: oēs gentes seruiēt ei. Secreta.

Ecclesie tue q̄s dn̄e dona ꝓpicius intuere: q̄bus nō iā aurū thus ⁊ mirrā ꝓferr̄: sed qd̄ eisdē muneribꝰ declarat̄: imolat̄ et sumit̄ iesus xp̄s dn̄s noster. Qui tecū. Prefatio. Qr cū vnigenitus. Hec p̄fatio d̄r ꝑ totas octauas et i octauis. et Cōmunicātes similiter. Cōio. Vidimus stellam eius in oriente: et venimus cum muneribus adorare dominum. Postcōio.

Presta q̄s oīpotēs deus: vt que solēni celebramus officio: purificate mētis intelligētia consequamur. Per do. Quotidie infra octa. dicit̄ eadē missa: sed sine sequentia et Credo. Tamen in dn̄ica dicit̄ Credo. sed nulla sequētia. ¶ Dn̄ica itra octa. ad missam dicitur cātus super kyrie. Gloria in excelsis. Sāctus et Agnus. per ordinē sicut infra octa. cum regimine chori habet̄: cetera sicut in die preter sequētiam cum hoc Euāge. Secundū iohannē

In illo tp̄e. Vidit iohānes iesū venientem ad se: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit pctā mūdi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factus est: quia prior me erat et ego nesciebā eū. Sed vt manifestetur in israel: ꝓpterea veni ego in aqua baptizās. Et testimonium perhibuit iohannes dicēs. Quia vidi spiritū descēdētē quasi colūbā de celo et māsit super eū: et ego nesciebā eū. Sed qui misit me baptizare in aqua ille michi dixit. Super quem videris spiritum descendentē et manentem super eum: hic est qui baptizat i spiritu sācto. Et ego vidi/et testimonium perhibui: quia hic est filius dei. Quod si dn̄ica infra octa. nō euenerit: tunc in. iiii. feria infra octa. legatur hoc predictū euāgelium. Tertia die infra octa. fiat memoria de martyribus luciano sociorūqꝫ eius: cum oratione de cōi plurimorū martyrū.

¶ In octa. epyphanie Officiū.

Ecce aduenit dominator dominus et regnū in manu eius et potestas ⁊ imperiū. P̄s. Deus iudiciū tuū regi da: et iusticiam tuam filio regis. Gloria patri. Oratio.

Deus cuius vnigenitus i substātia nostre carnis apparuit: presta q̄s: vt per eum quem similem nobis foris agnouimus/intus reformari mereamur. Qui tecum viuit.

¶ Memoria de sācto hylario. Orō.

Adesto domie supplicationibus nostris: & intercessiōe beati hylarii confessoris tui atq; pōtificis cuius depositionē celebramus: ꝑpetuā nobis miam benignus impēde. Per dominū. Memoria de sancta maria Deus q̄ salutis. Lcō Isaie ꝓphē xi.

Dn̄e deus meus honorificabo te laudez tribuā noi tuo: q̄ facis mirabiles res. Cōsiliū tuū antiquū: verū fiat. Dn̄e excelsū est brachium tuū deus sabaoth: corona spei: q̄ ornata est glīa. Exultet desertū et exultent solitudines iordanis: & populus meus videbit altitudinē dn̄i et maiestatē dei: et erit cōgregatꝰ & redēptus ꝑ deū. Et veniet in syō cum gloria: & leticia sēpiterna/ sup caput eius laus & exultatio. Et aperiā in montibus flumina: in mediis cāpis fōtes disrūpā: et terrā sitiētē sine aqua infundā Ecce puer meus exaltabit̄ et eleuabitur: et sublimis erit valde. Haurietis aquas i gaudio de fontibus saluatoris: & dicetis in illa die confitemini dn̄o: et inuocate nomē eius. Notas facite in populis virtutes eius cātate dn̄o q: mirabilia fecit. Annūciate hec in vniuersa terra: dicit dn̄s oīps. Gradā. Omnes de sabba veniēt aurum et thus deferētes: et laudē dn̄o annūciātes. ℣. Surge et illuminare hierl'm: q̄a gloria dn̄i sup te orta est. All'a. ℣. Vidimus stellam eius in oriente: et venimus cū mūeribꝰ adorare dn̄m. Non d̄r sequētia licet dn̄ica fuerit. Secundum matheum iii.

In illo tēpore. Venit iesus a galilea in iordanē ad iohannem vt baptizaret̄ ab eo. Johānes autem ꝓhibebat eum dicēs. Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad me. Respōdens aūt iesus: dixit ei. Sine modo: sic enī decet nos implere oēm iusticiā Tūc dimisit eum. Baptizatus autē iesus: confestim ascendit de aqua: et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritū dei descendētē sicut colūbā et veniētē sup se. Et ecce vox de celis dicēs. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene cōplacui. Offr̄. Reges tharsis et insule mūera offerēt: reges arabū et sabba dona adducēt. et adorabūt eū oēs reges terre: omnes gentes seruient ei. Secreta.

Hostias tibi dn̄e pro nati filii tui apparitiōe deferimus suppliciter exorātes vt sicut idē nostroꝝ auctor est mūerū: ita ip̄e sit misericors & susceptor iesus xp̄s dn̄s nr̄. Qui tecū Alia secreta de sancto hylario.

Sancti hylarii precibus tibi dn̄e q̄sumus grata reddat̄ oblatio ꝑ cuius est depositiōe imolāda. Per. Prefatio. Q: cū vnigenitus. et Cōmunicātes. vt in die. Cōio. Vidimꝰ stellā eius in oriente: et venimus cum muneribus adorare dominum. Postcōio.

Celesti nos q̄sumus dn̄e lumine semper & vbiq; preueni: vt misterium cuius nos participes esse voluisti: et puro cernamus intuitu & digno percipiamus effectu. Per dn̄m. Alia postcōio de sancto hylario.

Sumpsimus dn̄e pignus redēptionis eterne: sit nobis q̄s interueniente beato hylario confessore tuo atq; pontifice vite presētis auxilium pariter et future. Per dominū

Dñica prima post octa.epyphanie. Ad missam Officium.

In excelso throno vidi sedere virum quē adorat multitudo angelorū psallētes in vnum: ecce cuius imperii nomen est ineternū. ps. Jubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia. Oratio.

Vota q̄s dñe supplicantis populi celesti pietate prosequere vt et que agēda sūt videāt: et adimplenda que viderint conualescant. Per.

Epl'a Ad romanos. xii.

Fratres. Obsecro vos p miam dei: vt exhibeatis corpora vestra: hostiā viuētē sanctā: deo placentem: rationabile obsequiū vestrum. Et nolite cōformari huic seculo/sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis q̄ sit volūtas dei bona et beneplacēs et pfecta. Dico enī per gratiā q̄ data est michi oībus q̄ sūt inter vos non plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē: et vnicuiq3 sicut deus diuisit mēsurā fidei. Sicut enī in vno corpore multa mēbra habemus: oīa autē mēbra nō eū dē actū habent/ita multi vnū corpus sumus in xp̄o. Singuli autem alter alterius mēbra. In xp̄o iesu dño nr̄o.

Gr. Bñdictus dñs deus israel: qui facis mirabilia magna solus a seculo. ℣. Suscipiant mōtes pacē populo tuo: et colles iusticiā. All'a. ℣. Jubilate deo oīs terra: seruite dño in leticia. Nulla die dñica p ānū dicit' sequētia ad missam qñ de dñica agit': nisi in aduētu et in tp̄e paschali ꝛ nisi in dñica infra ebdomadā natiuitatis domini. Secundū Lucam ii.

Cum factus esset iesus annorū duodeci: ascēdētib9 illis hierosolymā scd̄m cōsuetudinē diei festi: cōsūmatisq3 diebus cū redirēt remāsit puer iesus ī hierusalē: et nō cognouerūt parētes eius. Existimātes āt illū esse ī comitatu: venerūt iter diei: et reqrebāt eū: inter cognatos et notos. Et nō inueniētes: regressi sunt in hierl'm requirentes eū. Et factū est post triduū: inuenerūt illū in templo sedentē in medio doctorū: audiētem illos et interrogātē eos. Stupebant autē oēs q̄ eū audiebāt sup prudentia et respōsis eius. Et videntes admirati sūt. Et dixit mater eius ad illū. Fili: quid fecisti nobis sic: Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est q̄d me querebatis: Nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse. Et ipsi non intellexerūt verbū: q̄d locutus est ad illos. Et descendit cum eis et venit nazareth et erat subditus illis. Et mater eius conseruabat oīa verba hec: conferens in corde suo. Et iesus pficiebat sapiētia: etate et gratia apud deū et hoīes. Offer. Jubilate deo omīs terra: iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia. intrate in cōspectu eius in exultatione: quia dominus ipse est deus. Secreta.

Oblatum tibi dñe sacrificiū viuificet nos q̄s semp ꝛ muniat Per dñz. Prefatio quotid. Cōio. Fili quid fecisti nobis sic ego et pater tuus dolentes querebamus te: et quid est quod me q̄rebatis: nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse. Postcōio.

Tua nos dñe sancta libantes: et perfecte capiamus purgationis effectũ: et cõtinuũ diuine defẽsionis auxiliũ. Per dñz. Si tẽpus adeo breue fuerit ab octa. epyphanie vsqz ad septuagesimã qđ tres misse dñicales: scz In excelso throno. Ois terra. et Adorate nõ possint singule in singulis cantari ebdomadis: tũc due vel tres misse si temporis breuitas expetierit in vna eadẽqz ebdoma. cantent. Et si aliquod festũ triũ lectionũ ibidem cõtigerit totũ fiat seruitiũ de festo vsqz ad missã: et ad illã missã que erit de tẽporali fiat scđa orõ de ipso festo. tertia de sãcta maria. quarta de oibus sãctis. quita p vniuersali ecclesia. Cetere vo misse q sequunt eo ãno/ oio pretermittant. Hoc etiã bñ obseruetur qđ nũq ante primã dñicã post octa. epy. cãtet missa. In excelso throno. nisi qñ nulla dñica inter oct. epyphanie et septuagesimã cõtige. tunc eni in feriis primo loco post oct. epy. cantet: et due misse: scz Omis terra. et adorate in feriis sequẽtibus eiusdẽ ebdo. canten: et tũc nichil fiat de festis triũ lectionũ q ibidem cõtingere possũt. Cũ aũt plixũ fuerit tempus officiũ Adorate. p tres dñicas cãtet. Si vo tres fuerint dñice inter octa. epy. et septuagesimã: ita q tria officia pdicta cãtet: tũc in feriis post tertiam dñicã si vacauerint/ dñr eple et euãgelia de. iiii. et. v. dñica in missis de die. ¶ Feria. iiii. Ad romanos. x.

Fratres. Voluntas qđẽ cordis mei: et obsecratio ad deũ fit p illis in salutẽ. Testimoniũ eni perhibeo illis q emulationẽ qđẽ dei habẽt: sed nõ scđm sciẽtiã. Ignorãtes enim iusticiã dei: et suã qrẽtes statuere iusticie dei nõ sũt subiecti. Finis eni legis xpus: ad iusticiã omni credenti.

Euãgeliũ. Secundu matheũ iiii.

In illo tpe. Cũ audisset iesus qđ iohannes traditus esset secessit in galileam. Et relicta ciuitate nazareth: vẽit et habitauit in ciuitate capharnaũ maritima i finibus zabulõ et neptalim: vt adimpleretur qđ dictũ est per ysaiã pphetã. Terra zabulõ et terra neptalim: via maris trans iordanem galilee gentiũ populus qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnã. Et sedentibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Et exinde cepit iesus predicare: et dicere. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum.

¶ Feria. vi. Ad romanos. xiii.

Fratres. Omnis aĩa potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est eni potestas nisi a deo. Que autẽ sunt: a deo ordinata sunt. Itaqz qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi sibi damnationẽ acquirunt. Nam qui principantur non sunt timori boni operis: sed mali. Vis autẽ non timere potestatez: bonum fac/ et habebis laudem ex illa. Dei eni minister: est tibi in bonum. Si autẽ male egeris time. Nõ enim sine causa: gladium portat. Dei eniz minister est: vindex in iram ei: qui malum agit. Ideoqz necessitate subditi estote: non solum propter irã: sed etiã propter cõsciẽtiã

Ideo et tributa pstatis. Ministri eni
dei sunt: in hoc ipsum seruientes.

Euãge. Secundum Lucam iiii.

In illo tpe. Egressus est iesus i
btute spũs in galileã: et fama
exiit p vniuersã regionez de illo. Et
ipse docebat in synagogis eoꝝ: et ma
gnificabat ab oibus. Et venit naza
reth/ vbi erat nutritus: ꝛ intrauit se
cũdũ cõsuetudinez suã: die sabbati in
synagogã et surrexit legere. Et tra
ditus est illi liber isaie pphete. Et vt
reuoluit librũ: iuenit locũ vbi scriptũ
erat. Sps dñi sup me, ppter qd vnxit
me: euãgelizare pauperib9 misit me
sanare contritos corde. Predicare ca
ptiuis remissionẽ: et cecis visum: di
mittere confractos in remisionẽ: pdi
care ãnũ dñi acceptũ: et diẽ retributi
onis. Et cũ plicuisset librũ reddidit
ministro: et sedit. Et oim in synago
ga oculi: erãt intẽdẽtes in eũ. Cepit
autẽ dicere ad illos: qa hodie impleta
est hec scriptura in auribus vestris.
Et oẽs testimoniũ illi dabãt: et mi
rabant in bbis gratie q procedebant
de ore ipsius. Per totã ebdomadã di
citur missa dñicalis nisi festũ inter
currat vnde fiat seruitiũ: et nisi quã
do missa. Salus populi. vel quãdo
dicit de festo loci vel de sãcta maria.

Dñica .ii. post octa. epy. Officiũ

Omnis terra adoret te deus
et psallat tibi: psalmũ di
cat noi tuo altissime. ps.
Jubilate deo omnis terra: psalmũ dicite no
mini eius date gloriã laudi eius. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus:
q celestia simul et terrena mo
deraris: supplicatiões populi tui cle
menter exaudi et pacẽ tuam nostris
cõcede temporibus. Per dñm no. ꝛc.

Ad romanos. xii.

Fratres. Habentes donatiões
secundũ gratiam que data est
nobis differentes: siue prophetiã se
cundum rationem fidei: siue miste
rium in ministrãdo: siue qui docet in
doctrina. Qui exhortatur in exhor
tãdo: qui tribuit in simplicitate: qui
preest in sollicitudine: qui miseretur
in hilaritate. Dilectio: sine simulati
one. Odientes malum: adherentes
bono. Caritatem fraternitatis inui
cem diligentes. Honore inuicem pre
uenientes. Sollicitudine non pigri.
Spũ feruẽtes: dño seruientes. Spe
gaudẽtes: in tribulatione patientes.
Orationi instantes: necessitatibus
sanctorũ cõmunicãtes: hospitalitatẽ
sectãtes. Benedicite persequentibus
vos: benedicite et nolite maledicere.
Gaudere cum gaudẽtibus: flere cũ
flentibus. Idipsum inuicẽ sentiẽtes.
nõ alta sapiẽtes: sed humilibus con
sentientes. Gr. Misit dñs verbũ suum
et sanauit eos: et eripuit eos de interitu eorũ
V. Confiteãtur dño mĩe eius: et mirabilia
eius filiis hominũ. Alla. V. Laudate deũ
omnes angeli eius: laudate eum omẽs vir
tutes eius. Secundũ Johannẽ ii.

In illo tẽpore. Nuptie facte sũt
in chana galilee. Et erat ma
ter iesu ibi. Vocatus est autẽ iesus et
discipuli eius ad nuptias. Et defici
ente vino: dicit mater iesu ad eum.
Vinum non habẽt. Et dicit ei iesus
Quid michi et tibi est mulier? Non

dũ venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcũqȝ dixerit vobis: facite. Erant aũt ibi lapidee hydrie sex posite scdm purificationẽ iudeorꝝ capiẽtes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis iesus: implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas: vsqȝ ad sũmũ. Et dicit eis iesus. Haurite nũc: et ferte architriclino. Et tulerũt Ut aũt gustauit architriclinus aquã vinũ factũ: et nõ sciebat vnde esset: ministri aũt sciebant qui hauserant aquã: vocat sponsũ architriclinus et dicit ei. Ois homo primũ bonũ vinũ ponit. Et cũ inebriati fuerint tũc id qđ deterius est. Tu autẽ seruasti vinum bonũ: vsqȝ adhuc. Hoc fecit initium signorꝝ iesus in chana galilee ⁊ manifestauit gloriã suam. Et crediderũt in eum: discipuli eius. Offer. Jubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa terra: psalmum dicite noĩ eius: venite et audite: et narrabo vobis oẽs qui timetis deũ quãta fecit dñs aĩe mee. All'a. Secreꝝ

Ut tibi grata sint dñe munera populi tui supplicãtis: ab omni q̃sumus eum contagiõe peruersitas emunda. Per dñm. Cõio. Dicit dñs implete hydrias aqua et ferte architriclino: et dum gustasset architriclinus aquam vinũ factum dicit sponso: seruasti vinum bonum vsqȝ adhuc: hoc signum fecit iesus primum coram discipulis suis. Postcõio.

Augeatur i nobis domie q̃s tue ṽtutis operatio vt diuinis vegetati sacramẽtis: ad eorꝝ ꝓmissa capiẽda: tuo semꝑ mũere preparemur. Per dñm nostrum iesum christũ. ⁊c.

¶ Feria. iiii. Ad thimotheum i.

Carissime. Fidelis sermo: et oĩ acceptione dignus. Quia xp̃s iesus venit in hũc mũdũ: pctõres saluos facere quorum primus ego sum Sed ideo miam consecutus sũ vt in me primo ostẽderet xp̃s iesus omnẽ potentiã: ad informationẽ eorũ: qui credituri sũt illi: in vitam eternam. Regi aũt seculorũ immortali inuisibili: soli deo honor et gloria in secl'a seculorꝝ. Amẽ. Scdm marcum vi.

In illo tẽpore. Egressus iesus abiit in patriã suã: et seq̃bant illũ discipuli sui. Et facto sabbato: cepit in synagoga docere. Et multi audiẽtes: admirabãt in doctrina eius dicẽtes. Unde huic hec oĩa: et q̃ est sapientia q̃ data est illi: et ṽtutes tales que ꝑ manus eius efficiũtur. Nõne hic est faber filius marie frater iacobi et ioseph ⁊ iude et symonis: Nõne et sorores eius hic nobiscũ sũt: et scandalizabant in illo. Et dicebat eis iesus. Quia nõ est ꝓpheta sine honore: nisi in patria sua: et in domo sua et i cognatiõe sua. Et nõ poterat ibi ṽtutem vllã facere nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabãt propter incredulitatẽ eorum.

¶ Feria. vi. Epl'a. Ad roma. xiiii.

Fratres. Scio et cõfido in dñio iesu: quia nichil cõmune per ipsum: nisi ei qui existimat quid cõmune esse: illi cõmune est. Si eni propter cibum frater tuus scãdalizatur aut cõtristat: iam non secũdũ caritatẽ ambulas. Noli cibo tuo illum perdere ꝓ quo xp̃s mortuus est. Nõ ergo blasphemetur bonũ nostrũ. Nõ

est enim regnuz dei esca et potus: sed iusticia/ pax/ et gaudiũ in spũ sancto. Qui enim in hoc seruit cristo: placet deo: et ꝓbatus est hoibus. Itaqȝ q̃ pacis sũt sectemur: et q̃ edificatiõis sũt: inuicẽ custodiamus. Noli ꝓpter escã destruere opus dei. Oia q̇dẽ munda sũt: sed malũ est hoi q̃ per offẽdiculũ manducat. Bonũ est nõ manducare carnẽ: et nõ bibere vinũ: neqȝ in quo frater tuus offendit/ aut scãdalizat/ aut ifirmat. Tu fidẽ quã habes: penes temetipsũ/ habe corãz deo. Btũs qui nõ iudicat semetipsũ: in eo quod probat. Qui aũt discernit: si manducauerit: dãnatus est: q̇a nõ est ex fide. Omne autẽ quod non est ex fide/ peccatum est. Secundũ Lucam iiii.

In illo tẽpore. Descendit iesus i capharnaũ ciuitatem galilee: ibiqȝ docebat illos sabbatis. Et stupebãt in doctrina eius: q̇a in potestate erat sermo ipsius. Et in sinagoga erat homo habens demoniũ immũdum: et exclamauit voce magna dicens. Sine. Quid nobis et tibi iesu nazarene? Venisti ꝑdere nos? Scio te quia scis sanctus dei. Et increpauit illum iesus dicẽs. Obmutesce et exi ab eo. Et cum proiecisset illud demonium in medium exiit ab illo/ nichilqȝ illum nocuit. Et fctũs est pauor in oĩbus: et colloq̃bantur ad inuicem dicẽtes. Qd̃ est hoc verbũ: q̇a in potestate et virtute: imperat spiritibus immũdis/ et exeũt. Et diuulgabatur fama de illo: in omnez locum regiõis. Dñica. iii. post octa. epy. Ad missam. Officium.

Adorate deum omnes angeli eius audiuit et letata est syõ: et exultauerũt filie iude. ps. Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. Oratio.

Omnipotens sẽpiterne deus infirmitatẽ nostrã ꝓpicius respice: atqȝ ad protegendũ nos dexteram tue maiestatis extẽde. Per dñz.

Ad romanos xii.

Fratres. Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddẽtes. Prouidẽtes bona: non tãtũ corã deo/ sed etiã corã oĩbus hoĩbus. Si fieri potest qd̃ ex vobis est cũ oĩbus hoĩbus pacẽ habẽtes. Nõ vosmetipsos defẽdẽtes charissimi: sed date locũ ire. Scriptũ est eni. Michi vindictã: et ego retribuã dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illũ. Si sitit: potũ da illi. Hoc ei faciẽs: carbones ignis cõgeres sup caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Gr. Timebũt gẽtes nomen tuum dñe et oẽs reges terre gloriam tuam. ℣. Quoniã edificauit dñs syõ et videbitur in maiestate sua. Alla. Vsus Dominus regnauit exultet terra letentur insule multe. Scd̃m matheum viii.

In illo tẽpore. Cũ descẽdisset iesus de monte: secute sunt eũ turbe multe. Et ecce leprosus veniens: adorabat eũ dicens. Domine: si vis potes me mundare. Et extẽdẽs iesus manũ: tetigit eum dicens. Volo. Mundare. Et confestim: mũdata est lepra eius. Et ait illi iesus. Vide nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti: et offer munus tuum

qd̄ p̄cepit moyses in testimoniū illis. Cū aūt introisset capharnaū accessit ad eū cēturio rogās eū et dicēs. Dñe: puer meus iacet i domo paraliticus et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniā et curabo eū. Et respōdēs cēturio: ait. Dñe nō sū dign9 vt intres sub tectū meū: sed tātū dic v̄bo et sanabit̄ puer meus. Nā et ego hō sū sub potestate ꝯstitutus: habēs sub me milites: Et dico huic vade: et vadit. Et alio veni et venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiēs autem iesus miratus est: et sequētibus se dixit. Amē dico vobis: nō inueni tantā fidē in israel. Dico autē vobis quod multi ab oriente et occidēte venient: et recūbent cū abrahā et ysaac et iacob i regno celorū. Filii aūt regni eiicient̄ in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentiū. Et dixit iesus centurioni Vade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora.

Of. Dextera dñi fecit virtutē dextera domini exaltauit me: nō moriar sed viuā: et narrabo opera domini. Secreta.

Vite ppetue misteria venerāda recolimus te dñe depcātes: vt et deuotis eadē sacrificiis: et dignis opibus assequamur. Per. Prefatio quotid. Cōio. Mirabant̄ omnes de his que procedebant de ore dei. Postcōio.

Quos tantis domie largiris vti misteriis: presta q̄s: vt effectibus eorum nos veraciter aptare digneris. Per dominum nostrum.

Feria.iiii. Ad romanos xv.

Fratres. Obsecro vos p dñm nostrū iesū xp̄m: et p caritatē spiritus sācti: vt adiuuetis me in orationibus vestris ad deū: vt liberer ab infidelibus q̄ sūt in iudea: et obsequii mei oblatio accepta sit i hierosolima sāctis: vt veniā ad vos in gaudio per voluntatē dei: vt refrigerer vobiscū. Deus autem pacis: sit omnibus vobis. Amen. Secundū marcū iii.

In illo tēpore. Intrauit iesus in sinagogā: et erat ibi homo habens manū aridā et obseruabāt eum si sabbatis curaret: vt accusarēt illū. Et ait homini habenti manum aridam. Surge in medium: et dicit eis. Licet sabbatis benefacere/an male: animā saluā facere/an perdere: At illi tacebant. Et circūspiciēs eos cū ira: cōtristatus sup cecitate cordis eorum: dicit hoi. Extende manū tuā: et extēdit. Et restituta est man9 illi.

Feria.vi. Ad corinthios i.iii.

Fratres. Nescitis: quia tēplū dei estis et spūs dei habitat in vobis: Si quis autē tēplū dei violauerit: disperdet illū deus. Templū enī dei sāctū est: qd̄ estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiēs esse in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiēs. Sapiētia enī hui9 mūdi stulticia est apud deū. Scriptū est enim Cōprehēdā sapiētes: in astutia eorū. Et iterū. Dñs nouit cogitationes sapiētiū: qm̄ vane sunt. Nemo itaq3 glorietur in hoibus. Oia enim vestra sunt siue paulus: siue apollo: siue cephas: siue mūdus: siue vita: siue mors: siue presentia: siue futura. Oia enī vestra sūt: vos autē xp̄i: xp̄s autem dei. Secundū matheū iiii.

IN illo tpe. Circuibat iesus totã galileã: docẽs in sinagogis eorum: et predicãs euangeliũ regni: et sanans oẽm languorẽ: et omnẽ infirmitatẽ i populo. Et abiit opinio eius in totã siriam. Et obtulerũt ei oẽs male habentes variis lãguoribus et tormentis cõprehensos: et qui demonia habebãt/et lunaticos/et paraliticos: et curauit eos. Et secute sunt eũ: turbe multe. ¶ Dñica.iiii. post octa.epy. Ad missam Officiũ.

Adorate deũ oẽs ãgeli eius: audiuit et letata est syõ: et exultauerũt filie iude. ps. Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. Gloria. Oratio.

Deus q̃ nos in tãtis periculis cõstitutos pro humana scis fragilitate nõ posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis: vt ea que pro pctis nostris patimur/te adiuuãte vincamus. Per dñm. Epistola.

¶ Ad romanos xiii.

FRatres. Nemini q̃cq̃ debeatis/nisi vt inuicẽ diligatis. Qui eñi diligit primũ: legẽ impleuit. Nã nõ adulterabis: nõ occides: nõ furaberis: nõ falsũ testimoniũ dices: non cõcupisces rẽ primi tui. Et si qd est aliud mãdatũ: in hoc vbo instaurat. Diliges primũ tuũ sicut teipsũ. Dilectio primi: malũ nõ opat. Plenitudo ergo legis: est dilectio. Grad. Timebũt gentes nomen tuũ dñe: et oẽs reges terre gloriam tuam. ℣. Qm edificauit dñs syõ: et videbit in maiestate sua. All'a. ℣. Dñs regnauit exultet terra: letẽtur insule multe. Secundũ matheum viii.

IN illo tẽpore. Ascẽdẽte iesu i nauiculã: secuti sũt eum discipuli eius. Et ecce motus magn⁹ factus est in mari: ita vt nauicula operet fluctib⁹. Erat aũt illis: vẽtus cõtrarius. Ipse vero dormiebat. Et accesserũt ad eũ discipuli eius: et suscitauerũt eũ dicentes. Dñe salua nos perimus. Et dicit ei iesus. Quid timidi estis modice fidei. Tũc surgẽs imperauit ventis et mari: et fctã est trãquillitas magna. Porro homies mirati sunt: dicentes. Qualis est hic q̃a venti et mare obediũt ei. Offr. Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me: non moriar sed viuam: et narrabo opera domini. Secreta.

COncede q̃s omipotens deus: vt huius sacrificii mun⁹ oblatũ fragilitatẽ nostrã ab omni malo purget et muniat. Per dñm. Prefatio quotid. Cõio. Mirabantur oẽs de his q̃ procedebant de ore dei. Postcõio.

MUnera tua nos deus: et a delectatiõibus terrenis expediãt: et celestibus semper instruant alimẽtis. Per dominum nostrum.

¶ Feria.iiii. Ad chorinthios i.vii.

FRatres. Bonũ est hoĩ/mulierem nõ tangere. Propter fornicationẽ autẽ vnusq̃sq; vxorẽ suam habeat: et vnaq̃q; mulier virũ suum habeat. Vxori vir debitũ reddat: silr autem et vxor viro. Mulier sui corporis potestatẽ nõ habet/sed vir. Similiter aũt et vir sui corpis potestatẽ nõ habet/sed mulier. Nolite fraudare inuicẽ: nisi forte ex cõsesu ad tps: vt vacetis oratiõi. Et iterũ reuertimi-

ni in idipsũ ne temptet vos sathanas propter incõtinẽtiã vestrã. Euãge. Secundum Lucam ix.

In illo tpe. Factũ est ãbulantibus discipulis i via: dixit qdã ad iesum. Sequar te: quocũqz ieris. Dixit illi iesus. Uulpes foueas habẽt: et volucres celi nidos: filius autẽ hois nõ habet vbi caput suũ reclinet. Ait ãt ad alterũ. Seqre me. Ille aũt dixit. Dñe/pmitte mihi primũ ire: et sepelire patrẽ meũ. Dixitqz ei iesus. Sine vt mortui sepeliãt mortuos suos: tu aũt vade: et ãnũcia regnũ dei. Et ait alter. Sequar te dñe sed primũ pmitte michi renũciare his q̃ domi sunt. Et ait ad illũ iesus. Nemo mittens manũ suam ad aratrum: et aspiciens retro: aptus est regno dei.

¶ Feria. vi. Ad chorinthios i. vii.

Fratres. Unusq̃sqz in qua vocatione vocatus est: in ea permaneat. Seruus vocatus es: nõ sit tibi cure. Sed et si potes fieri liber magis vtere. Qui eni in dño vocat⁹ est seruus: libert⁹ est dñi. Similiter qui liber vocatus est: seruus est cristi Precio empti estis: nolite fieri serui hoim. Unusquisqz in qua vocatiõe vocatus est frater/in hac permaneat apud deũ. Secundũ marcum x.

In illo tpe. Offerebãt iesu paruulos: vt tãgeret illos. Discipuli ãt cõminabãr offerẽtib⁹. Quos cũ videret iesus indigne tulit: et ait illis. Sinite puulos venire ad me: et ne phibueritis eos. Taliũ eni est regnũ dei. Amẽ dico vobis: q̃sq̃s nõ receperit regnũ dei velut paruulus nõ intrabit in illõ. Et cõplexãs eos et imponẽs man⁹ sup illos: bñdicebat eos.

¶ Dñica. v. post octa. epy. Officiũ

Adorate dñm oẽs ãgeli eius audiuit et letata est syõ: et exultauerũt filie iude. ps. Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. Gloria. Oratio.

Familiã tuam q̃s domine continua pietate custodi: et que in sola spe gratie celestis innitit̃: tua sẽper ptectione muniatur. Per dñm.

¶ Epl'a Ad colossenses iii.

Fratres. Induite vos sicut electi dei scti et dilecti viscera mie: mãsuetudinẽ: benignitatẽ: hũilitatẽ modestiã: patiẽtiã: supportãtes inuicem: et donãtes vobismetipsis: si q̃s aduersus aliquẽ habet q̃relã. Sicut et dñs donauit vobis: ita et vos. Super oĩa aũt hec caritatẽ habete: qđ est vinculũ pfectiõis. Et pax xpi exultet in cordib⁹ vestris: in qua et vos vocati estis in vno corpe et grati estote. Uerbũ christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia docẽtes et commonẽtes vobismetipsos in psalmis et hymnis et canticis spũalibus in gratia: cãtãtes in cordibus vestris deo. Omne aũt qđcũqz facitis in verbo aut in opere oĩa in noĩe dñi nostri iesu christi facite: gratias agẽtes deo et patri. Per iesum christum dominum nostrum. Gr. Timebunt gentes nomen tuum domine: et oẽs reges terre gloriam tuam. ℣. Quoniam edificauit dñs syõ: et videbit̃ in maiestate sua. Alla. ℣. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Secundũ matheũ xiii.

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipu lis suis parabolā hāc. Simile factū est regnū celorū homini q̄ semi nauit bonū semen in agro suo. Cū autē dormirēt homīes: venit inimi cus eius: et superseminauit zizania in medio tritici: et abiit. Cū autem creuisset herba: et fructū fecisset: tūc apparuerūt et zizania. Accedentes tem serui patrisfamilias: dixerūt ei. Dñe: nōne bonū semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus hō hoc fecit. Serui autē dixerūt ei. Uis: imus et colligimus ea? Et ait. Nō. Ne for te colligētes zizania: eradicetis simul cū eis et triticū. Sinite vtraq; cresce re vsq; ad messē: et in tp̄e messis dicā messorib9. Colligite primū zizania et alligate ea in fasciculos: ad cōburē dum. Triticū aūt: cōgregate in hor reū meū. Offr. Dextera dñi fecit vir tutem: dextera dñi exaltauit me: non moriar sed viuā: et narrabo opera dñi. Secreta.

SUscipe q̄s dñe tuorum oblatio nes precesq; seruorum vt sub tue protectionis auxilio: et collata nō perdant: et que expetunt apprehen dāt. Per do. Prefatio quotid. Cōio. Mirabantur omnes de his que procedebāt de ore dei. Postcōio.

DEus q̄ nos sacramēti tui ptici patiōe cōtingis ʋtutis ei9 effe ctus in nr̄is cordib9 opare vt muneri diuino quod sumpsimus per ipsum munus aptemur. Per dominum.

¶ Feria. iiii. Ad thimotheū i. ii.

CArissime. Obsecro primū oīm fieri obsecrationes: orationes postulationes gratiarū actiones pro oībus hoībus. Pro regibus et oībus q̄ in sublimitate sūt cōstituti: vt q̄etā et trāquillā vitā agamus: in oī pietate et castitate. Hoc enī bonū est: et acce ptū corā saluatore nr̄o deo. Qui oēs hoīes vult saluos fieri: et ad agnitio nē veritatis venire. Unus enī deus: vnus et mediator dei et hoīm: hō xp̄s iesus. Qui dedit semetipsū redēptio nē p oībus: cuius testimoniū tp̄ibus suis cōfirmatū est: in quo positus sū ego predicator et apl'us. Ueritatem dico nō mētior: doctor gētiū in fide et veritate. Secundū matheū xxi.

IN illo tp̄e. Dixit iesus turbis iudeorū. Homo q̄dā habebat duos filios: et accedēs ad primū dixit Fili vade hodie operare i vineā meā. Ille aūt respōdēs: ait. Nolo. Postea aūt penitētia motus: abiit. Accedēs autē ad alterū: dixit similiter. At ille respōdēs ait. Eo dñe. Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatē pa tris? Dicūt ei. Primus. Dicit illis ie sus. Amē dico vobis: q̄a publicani et meretrices precedēt vos in regno dei Uenit enim ad vos iohannes in via iusticie et non credidistis ei. Publica ni et meretrices crediderunt ei. vos autem videntes nec penitētiam ha buistis postea: vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat.

¶ Dñica in septuagesima Officiū

CIrcūdederūt me gemitus mortis: dolores inferni cir cūdederūt me: et in tribu latione mea inuocaui dominū: et ex audiuit de templo sancto suo vocem

meã. ps. Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamẽtũ meum et refugium meũ et liberator meus. Gloria. Ab hac die vsqꝫ ad vigiliã pasche non dicit Gloria in excelsis, de quocũqꝫ dr missa nisi eps in cena dñi celebrauerit. Oratio.

Preces populi tui qs dñe clemẽter exaudi: vt q iuste pro pctis nostris affligimur: pro tui nominis gl'ia misericorditer liberemur. Per.

¶ Ad corinthios i. ix.

Fratres. Nescitis qꝛ hi q in stadio currũt: oẽs qdẽ currũt: sed vnus accipit brauiũ? Sic currite vt cõprehẽdatis. Ois eni q in agone cõtẽdit: ab oibus se abstinet. Et illi qdẽ vt corruptibilẽ coronã accipiant: nos aũt icorruptã. Ego igit sic curro: nõ quasi in incertũ. Sic pugno: nõ quasi aerẽ verberãs. Sed castigo corpus meũ: et i seruitutẽ redigo: ne forte cũ aliis pdicauerim ipse reprobus efficiar. Nolo ãt vos ignorare fratres: qm patres nostri oẽs sub nube fuerũt: et oẽs mare trãsierũt: et oẽs in moyse baptizati sũt in nube et in mari. Et omes eandẽ escã spũalẽ mãducauerunt: et oẽs eũdẽ potũ spũalẽ biberũt. Bibebãt aũt de spũali: cõsequẽte eos petra: petra aũt erat xps. Gr. Adiutor in opportunitatibus in tribulatiõe sperẽt in te q nouerũt te qm nõ derelinqs querẽtes te dñe. V. Qm non in finẽ obliuio erit pauperis: patientia pauperũ nõ peribit ineternum: exurge dñe nõ preualeat homo. Non repetat grad. quãdo dicit tr. vts. Tractus

De pfũdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Fiant aures tue itẽdẽtes in orõnẽ serui tui. Si iniqtates obseruaueris dñe: dñe qs sustinebit. Quia apud te ppiciatio est: et propter legẽ tuam sustinui te dñe. Secundũ matheum xx.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ celorũ hoi patrifamilias q exiit primo mane cõducere oparios i vineã suã. Cõuẽtiõe ãt fctã cũ operariis ex denario diurno misit eos in vineã suã. Et egressus circa horã tertiã: vidit alios stãtes i foro ociosos: et dixit illis. Ite et vos in vineã meã: et qd iustũ fuerit dabo vobis. Illi autem abierũt. Iterũ aũt exiit circa sextã et nonã horam: et fecit similiter. Circa vndecimã vero exiit: et inuenit alios stantes: et dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Qr nemo nos cõduxit. Dicit illis. Ite et vos in vineã meã. Cũ sero ãt factũ esset: dicit dñs vinee/procuratori suo. Voca operarios et redde illis mercedẽ incipiens a nouissimis vsqꝫ ad primos. Cũ venisset ergo: q circa vndecimã horã venerãt/acceperũt singulos denarios. Veniẽtes aũt et primi: arbitrati sũt qd plus essẽt accepturi. Acceperũt aũt et ipsi singulos denarios Et accipiẽtes murmurabãt aduersus patrẽfamilias: dicẽtes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: et pares illos nobis fecisti: q portauimus põdus diei et estus. At ille rñdẽs: vni eorũ dixit. Amice nõ facio tibi iniuriã. Nonne ex denario cõuenisti mecũ? Tolle qd tuũ est et vade. Volo ãt et huic nouissimo dare sicut et tibi. Aut nõ licet michi qd volo facere? An oculus tuus

nequã est/qꝛ ego bonus sũ. Sic erũt nouissimi primi: et primi nouissimi. Multi enĩ sũt vocati: pauci vero electi. Offr. Bonũ est cõfiteri dño: et psallere noĩ tuo altissime. ℣. Qm̃ magnificata sũt opa tua dñe: nimis pfũde fctẽ sũt cogitatiões tue. ℣. Ecce inimici tui dñe peribũt: et disp̃gent oẽs q̃ opant iniq̃tatẽ. Secreta.

Muneribus nr̃is q̃s dñe p̃cibusq3 susceptis: ⁊ celestibus nos mũda misteriis et clemẽter exaudi. Per. Prefatio quotid. Cõio. Illumĩa faciẽ tuã sup seruũ tuũ: saluũ me fac in tua mia dñe nõ cõfũdar qm̃ inuocaui te. Postcõio

Fideles tui deus p tua dona firmentur: vt eadẽ et percipiẽdo requirãt: et q̃rẽdo sine fine pcipiant. Per. Sciẽdũ est q seruitiũ hui⁹ diei nõ differat ppter aliq̃d festũ: nisi cuꝫ purificatio beate marie vel dedicatio ecclie ĩ hac die cõtigerit. tũc enĩ differat vsq3 ad. iiii. fe. ⁊ tr. De profũdis pretermittat qm̃ in ferialib⁹ diebus nõ d̃r tr. ãte. iiii. feriã ĩ capite ieiunii nisi tm̃ ĩ missis p defũctis: nec etiã in festis sine regie chori. Quocunq3 vero aliq̃d festũ ĩ hac dñica vel ĩ aliqua dñica vsq3 ad passionẽ dñi contigerit sẽp differat licet dupl. festũ fuerit: ⁊ fiat seruitiũ de ipsa dñica: nulla facta de festo mẽoria: nisi sit festũ. iii. lect. q̃d nõ differt: sed tũc de eo fiat mẽo vsq3 ad. xl. tm̃. A quarta ãt feria in capite ieiunii vsq3 ĩ crastinũ octa. pasche nichil fiat ad missam de festis. iii. lc. nec etiã mẽoria. ¶ Feria. iiii. Epistola. Ad corinthios ii. iiii.

Fratres. Si opertũ est euãgeliũ nostrũ: in his q̃ pereunt est optũ. In q̃bus deus huius scl'i: excecauit mẽtes infideliũ: vt nõ fulgeat illuminatio euãgelii gl'ie xp̃i: q̃ est imago dei. Nõ enĩ nosmetipsos p̃dicam⁹ sed iesũ xp̃m dñm nostrũ: nos aũt seruos vestros p iesũ. Qm̃ deus q̃ dixit de tenebris lucẽ splẽdescere/illuxit in cordib⁹ nr̃is: ad illumĩationẽ scientie claritatis dei: in facie iesu xp̃i. Habemus aũt thesaurũ istũ abscõditũ ĩ vasis fictilibus vt sublimitas sit ṽtutis dei et nõ ex nobis. In oĩbus tribulationẽ patimur sed non angustiamur. Aporiamur/sed non destituimur. Persecutionẽ patimur/sed nõ derelinquimur: humiliamur: sed nõ cõfũdimur. Deiicimur: sed non perimus. Semp mortificationẽ iesu xp̃i ĩ corpore nr̃o circũferentes: vt et vita iesu in cordibus nostris manifestet. Sẽp enĩ nos q̃ viuimus: in mortem tradimur propter iesũ: vt et vita iesu manifestet in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita aũt in vobis. Scd̃m marcum ix.

In illo tp̃e. Egressus iesus ibat p galileã: nec volebat quẽq̃ scire. Docebat ãt discipulos suos ⁊ dicebat illis. Qm̃ filius hoĩs tradet ĩ manus hoĩm: et occidẽt eũ: et occisus tertia die resurget. At illi ignorabãt verbũ et timebãt eũ interrogare. Et venerũt capharnaũ. Qui cũ domi essẽt ĩterrogabat eos. Quid in via tractabatis. At illi tacebãt. Siq̃dẽ inter se ĩ via disputauerãt: q̃s eẽt illoꝝ maior. Et residẽs vocauit duodecĩ: et ait illis. Si q̃s vult prim⁹ esse: erit oĩm nouissimus: et oĩm minister. Et acci-

piens puerū statuit eū in medio eorū
Quē cū cōplex9 eēt: ait illis. Quisqs
vnū ex huiusmodi pueris receperit i
noīe meo/me recipit. Et q̄cunqz me
susceperit: nō me suscipit/sed eū q̄ me
misit Qui hab3 aures audiēdi audiat

¶ Feria. vi. Ad corinthios ii. iiii.

Fratres. Habētes spm̄ fidei: si
cut scriptū est. Credidi ꝓpter
qd̄ locutus sū: et nos credim9 ꝓpter
qd̄ et loq̄mur: sciētes qm̄ q̄ suscitauit
iesū: et nos cū iesu suscitabit/et cōsti=
tuet vobiscū. Oia eni propter vos vt
grā abūdās p multas grarū actiões:
abūdet in gloriā dei: ꝓpter qd̄ nō defi
cimus. Sed licet is: q̄ foris est nr̄ hō
corrūpat: tn̄ is q̄ intus est/renouatur
de die in diem. Id eni qd̄ in presēti est
momentaneū et leue tribulatiōis no
stre supra modū in sublimitate eter=
nū glie pondus operat in nobis non
cōtēplātibus nobis q̄ vident: sed q̄ nō
vident. Que eni vident temporalia
sunt: q̄ autē non videntur: eterna sūt

Secundum Matheum xii.

In illo tpe. Dixit iesus phariseis
Qui nō est mecum: cōtra me
est: et qui nō cōgregat mecū spargit.
Ideo dico vobis. Oē pctm̄ et blasphe
mia remittet hoībus: sps āt blasphe=
mie: nō remittet. Et q̄cunqz dixerit
vbū cōtra filiū hoīs: remittet ei. Qui
aūt dixerit cōtra spm̄ sctm̄: nō remit=
tet ei: neqz i hoc seculo neqz in futuro
Aut facite arborē bonā ⁊ fructū eius
bonū: aut facite arborē malā et fru=
ctum eius malū. Siquidē ex fructu=
arbor cognoscitur. Progenies vipe=
rarū quomodo potestis bona loq̄/cu3
sitis mali: ex abundantia eni cordis:
os loq̄tur. Bonus hō de bono thesau
ro: profert bona. Et malus homo de
malo thesauro: ꝑfert mala. Dico āt
vobis: qm̄ oē vbū ociosū: qd̄ locuti
fuerint hoīes reddēt rationē de eo in
die iudicii. Ex vbis eni tuis iustifica
beris: et ex verbis tuis: condēnaberis

¶ Dñica in sexagesima. Officiū.

Exurge quare obdormis do
mie exurge et ne repellas
in finē quare faciē tuam
auertis: obliuisceris tribulationē no=
strā adhesit in terra venter nr̄ exurge
dñe adiuua nos et libera nos. ps. De
us auribus nostris audiuimus: patres no=
stri annunciauerunt nobis. Oratio.

Deus q̄ conspicis q̄a ex nulla no
stra actiōe cōfidimus: concede
ꝓpicius vt contra oīa aduersa docto=
ris gētiū ꝓtectiōe muniamur. Per.
Hec sequēs epl'a tota legatur hac die
tm̄: q̄ñ vo dicit p ebdo. sep icipiat ad
istā clausulā Damasci ꝑpo. et legat
vsqz ad finē. Ad chorinthios ii. xi.

Fratres. Libēter suffertis in=
sipientes: cum sitis ipsi sapien
tes. Sustinetis enim: si quis vos in
seruitutem redigit: si quis deuorat: si
quis accipit: si quis extollitur: si quis
in faciem vos cedit. Secundū igno
bilitatē dico: quasi nos infirmi fueri=
mus in hac parte. In quo quis audet
in insipientia dico: audeo et ego. He=
brei sunt et ego. Israelite sunt: et ego
Semen abrahe sūt/et ego. Ministri
xpi sunt: et ego. Ut min9 sapiēs dico
plus ego. In laboribus plurimis: in
carcerib9 abūdātius/in plagis supra

modū: i mortib⁹ frequēter. A iudeis quinq̄es quadragenas vna min⁹ accepi. Ter ꝟgis cesus sū/semel lapidatus sū. Ter naufragiū feci. Nocte ac die in ꝓfūdū maris fui. In itinerib⁹ sepe: ꝑiculis fluminū: periculis latronū: ꝑiculis ex genere: ꝑiculis ex gentibus: ꝑiculis ī ciuitate: ꝑiculis ī solitudine/ꝑiculis in mari: ꝑiculis in falsis fribus. In labore et erūna: in vigiliis multis. In fame ⁊ siti: ī ieiuniis multis. In frigore et nuditate: ꝑter illa q̄ extrinsecus sunt: instātia mea quotidiana: sollicitudo oīm eccl'iaꝝ. Quis infirmat': ⁊ ego non infirmor': Quis scādalizat': et ego nō vror': Si gl'iari oportet: q̄ infirmitatis mee sūt: gl'iabor. De⁹ et pater dñi nr̄i iesu xp̄i scit: q̄ est bn̄dictus in scl'a: qḋ nō mentior. Damasci ꝑpositus gentis arethe regis: custodiebat ciuitatē damascenorum: vt me cōprehēderet. Et p fenestrā in sporta dimissus sū p murū: et sic effugi man⁹ eius. Si gl'iari oportet: nō expedit quidē. Veniā autē ad visiōes: et reuelationes dñi. Scio hominē in xp̄o: ante ānos quatuordeci siue in corpe siue extra corpus: nescio deus sit raptū huiusmodi vsq; ad tertiū celū. Et scio huiusmodi hoiem: siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit: q̄m raptus est in paradisū: et audiuit archana ꝟba q̄ nō licet hoi loq̄. Pro huiusmodi gl'iabor: pro me aūt nichil: nisi in īfirmitatibus meis Nā et si voluero gloriari: non ero insipiēs: Veritatē eni dicā. Parco aūt ne q̄s me existimet supra id qḋ videt in me/aut audit aliq̄d ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me datus est michi stimulus carnis mee angelus sathane: qui me colaphizet. Propter qḋ ter dñm rogaui vt discederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate perficit'. Libēter igit' gl'iabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me ꝟtus xp̄i. Gr. Sciāt gentes q̄m nomē tibi deus: tu solus altissimus sup oēm terrā. ꝟ. Deus meus pone illos vt rotā: et sicut stipulā ante faciē venti. Tractus.

Commouisti dñe terram ⁊ cōturbasti eam. Sana cōtritiōes eius: q̄r mota est. Ut fugiāt a facie arcus vt liberētur dilecti tui. Secundū Lucam viii.

In illo tp̄e. Cū turba plurima cōueniret et de ciuitatibus ꝓperarent ad iesū: dixit p similitudinē Exiit q̄ seminat: seminare semē suū Et dum seminat: aliud cecidit secus viā: et conculcatū est: et volucres celi comederūt illud. Et aliud cecidit supra petrā: ⁊ natū aruit q̄r nō habebat hūorē. Et aliud cecidit inter spinas: et simul exorte spine suffocauerūt illud. Et aliud cecidit in terrā bonā: ⁊ ortū fecit fructū cētuplū. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autē eum discipuli eius. que esset hec parabola Quibus ip̄e dixit. Vobis datum est nosse misteriū regni dei: ceteris autē in parabolis: vt videntes non videāt et audiētes nō intelligant. Est autē hec parabola. Semen est verbū dei. Qui autē secus viā: hi sunt q̄ audiūt Deinde venit dyabolus: ⁊ tollit ꝟbū de corde eorum ne credētes salui fiāt

Nã q̃ supra petrã: q̃ cũ audierint cũ gaudio suscipiũt vbũ. Et hi radices nõ habẽt: q̃a ad tẽpus credũt et in tp̃e tẽtatiõis recedũt: qd aũt in spinis cecidit: hi sũt q̃ audierũt: et a sollicitudinibus et diuitiis: et voluptatibus vite euntes suffocant: et nõ referũt fructũ. Qd aũt in bonã terrã: hi sũt q̃ in corde bono et optimo: audientes vbũ retinẽt. Et fructũ afferũt: in patiẽtia. Offr̃. Perfice gressus meos in semitis tuis vt nõ moueãtur vestigia mea: inclina aurem tuã et exaudi verba mea: mirifica mias tuas q̃ saluos facis sperãtes in te dñe. ℣. Exaudi dñe iusticiã meã: intẽde deprecationẽ meã: auribus percipe orationẽ meam. ℣. Custodi me domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me: eripe me domine ab impio. Secreta.

Intẽde q̃s dñe hostiã familie tue vt quã sacris mũeribus facias esse p̃ticipẽ: tribuas ad eius plenitudinẽ p̃uenire. Per d. Prefatio quotid. Cõio. Introibo ad altare dei: ad deũ q̃ letificat iuuentutem meam. Postcõio.

Supplices te rogamus oĩpotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis: tibi etiã placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per.

¶ Feria. iiii. Ad corinthios ii. i.

Fratres. Ego testem deũ inuoco in aĩam meã: qd parcens vobis: non veni vltra corinthum. nõ quia dominamur fidei vestre: sed adiutores sumus gaudii vestri: nam fide statis. Statui autem hoc ipsum apud me: ne iterũ in tristicia venirẽ ad vos. Si eni cõtristor vos: et quis est q̃ me letificet: nisi qui cõtristat ex me: Et hoc ipsũ scripsi vobis: vt non cũ venero tristiciã sup tristiciã habeã de q̃bus oportuerat me gaudere cõfidens in oĩbus vobis: q̃a meũ gaudiũ oĩm vestrũ est. Nã ex multa tribulatione et angustia cordi scripsi vobis p̃ multas lacrimas/ nõ vt cõtristemini/ sed vt sciatis quã caritatẽ habeã abũdãtius in vobis. Si q̃s aũt cõtristauit me nõ me cõtristauit: sed ex parte vt non onerẽ oẽs vos. Sufficit illi/ q̃ huiusmodi est obiurgatio hec q̃ fit a pluribus: ita vt ecõtrario/ magis donetis et consolemini/ ne forte abũdãtiori tristicia absorbeatur/ qui huiusmodi est. Propter quod obsecro vos vt confirmetis illũ in caritate. Ideo enim scripsi vobis: vt cognoscam experimẽtũ vestrũ an in oĩbus obedientes sitis. Si cui autẽ aliquid donastis et ego. Nam et ego quod donaui si quid donaui p̃pter vos in p̃sona xp̃i vt non circumueniamur a sathana. Nõ enim ignoramus: cogitationes eius. Secundũ marcũ iiii.

In illo tp̃e. Cepit iesus docere ad mare: et congregata est ad eũ turba multa: ita vt in naui ascendẽs sederet in mari. Et oĩs turba circa mare: sup terrã erat. Et docebat illos in parabolis multa: et dicebat illis ĩ doctrina sua. Audite. Ecce exiit seminãs: ad seminãdũ. Et dũ seminat: aliud cecidit circa viã et venerũt volucres et comederũt illud. Aliud vo cecidit sup petrosa: vbi nõ habuit terrã multã: et stati exortũ est: qm̃ non habebat altitudinem terre: et qñ exortus est sol exestuauit: et ego qd non

habebat radicē exaruit. Et aliud cecidit in spinas: et ascēderunt spine: et suffocauerūt illud: ꝛ fructū nō dedit. Et aliō cecidit in terrā bonā ꝛ dabat fructū ascēdentē et crescentē: et afferebat vnū tricesimū: et vnū sexagesimum: et vnū cētesimū. Et dicebat. Qui habet aures audiendi audiat.

¶ Feria. vi. Ad corinthios ii. v.

FRatres. Scientes timorē dñi hoībus suademus: deo āt manifesti sumus. Spero āt et in cōsciētiis vr̄is: manifestos nos esse. Nō eni iterū cōmēdam⁹ nos vobis: sed occasionē damus vobis gloriādi ꝑ nobis vt habeatis ad eos q̄ in facie gloriant ꝛ nō i corde. Siue eni mēte excedim⁹ deo: siue sobrii sum⁹ vobis. Caritas enim xp̄i: vrget nos. Estimātes hoc qm̄ si vnus ꝑ oīb⁹ mortuus est: ergo oēs mortui sūt. Et ꝑ oīb⁹ mortuus est xp̄s vt et q̄ viuūt iā nō sibi viuant: sed ei q̄ pro ipsis mortuus est et resurrexit. Secundū Lucam xvii.

IN illo tp̄e. Interrogatus iesus a phariseis: qn̄ veit regnū dei: respōdit eis ꝛ dixit. Nō veniet regnū dei cū obseruatiōe: neqꝫ dicēt: ecce hic aut ecce illic. Ecce eni regnū dei: intra vos est. Et ait ad discipulos suos Venient dies: qn̄ desideretis videre vnū diē filii hoīs: et nō videbitis. Et dicēt vobis. Ecce hic: ꝛ ecce illic. Nolite ire: neqꝫ sectamini. Nā sicut fulgur chorruscās de sub celo: in ea q̄ sub celo sunt fulget: ita erit filius hoīs in die sua. Primū aūt oportet illū multa pati: et reprobari a gn̄atione hac. Et sicut factū est in diebus noe: ita erit et in diebus filii hoīs. Edebāt et bibebant: vxores ducebant/ et dabantur ad nuptias: vsqꝫ in diē qua intrauit noe in archā: et venit diluuium ꝛ perdidit oēs. Similiter sicut factū est in diebus loth: edebant et bibebāt: emebant et vendebāt/ plantabant et edificabant. Qua die autē exiit loth a sodomis: pluit ignem et sulphur de celo: et oēs perdidit. Secundū hec erit: qua die filius hoīs reuelabit. In illa hora q̄ fuerit in tecto et vasa eius i domo: ne descēdat tollere illa. Et q̄ in agro similiter nō redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicunqꝫ q̄sierit aīam suā saluā facere: perdet illā. Et q̄cunqꝫ perdiderit illā: viuificabit eam. Dico vobis in illa nocte erūt duo in lecto vno vnus assumet: et alter relinq̄tur. Due erūt molētes in vnū: vna assumet: et altera relinquet. Duo in agro: vnus assumet: ꝛ alter relinquet. Respōdētes dicūt illi Vbi dñe? Qui dixit illis. Vbicunqꝫ fuerit corpus: illuc cōgregabuntur ꝛ aquile.

¶ Dñica in. l. Officium.

ESto michi in deū protectorem: ꝛ in locum refugii vt saluum me facias quoniā firmamentū meum et refugiū meū es tu: ꝛ propter nomē tuū dux michi eris et enutries me. ps. In te dñe speraui non confundar ineternum: in iusticia tua libera me et eripe me.

Oratio.

PReces nostras q̄s domine clemēter exaudi atqꝫ a peccatorū vinculis absolutos: ab omni aduersitate custodi. Per dominū nostrum.

¶ Ad corinthios i. xiii.

FRatres. Si linguis hoim loquar et angelorũ: caritatẽ aũt nõ habeã: fcũs sũ velut es sonans aut cimbalũ tinniẽs. Et si habuero prophetiã: et noueri misteria oia et oẽm scientiã: ꝛ si habuero oẽm fidẽ: ita vt mõtes trãsferã: caritatẽ aũt non habuero: nichil sũ. Et si distribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas: et si tradidero corpus meũ ita vt ardeã: caritatẽ ãt nõ habuero: nihil michi prodest. Caritas patiẽs est: benigna est. Caritas nõ emulat̃: nõ agit perperã: nõ inflat̃: nõ est ãbiciosa: nõ querit q̃ sua sũt: nõ irritat̃/ nõ cogitat malũ: nõ gaudet sup iniq̃tate/ cõgaudet aũt veritati. Oia suffert: oia credit: oia sperat: oia sustinet. Caritas nũq̃ excidit. Siue pphetie euacuabũt: siue lingue cessabũt: siue sciẽtia destruet̃. Ex parte eni cognoscimus et ex parte pphetamus. Cũ aũt venerit qđ perfectũ est: euacuabit̃ qđ ex parte est. Cum essẽ paruulus loquebar vt paruulus: sapiebã vt paruulus: cogitabã vt paruulus. Quando aũt fact⁹ sũ vir: euacuaui q̃ erãt paruuli Videmus nũc p speculũ in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tũc autem cognoscã sicut ꝛ egressus sum. Nũc aũt manent fides: spes: caritas: tria hec: maior autem horum: est caritas. Gr. Tu es deus qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutẽ tuam ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum filios israel iacob et ioseph. Tractus.

IUbilate deo oïs terra: seruite domino in leticia. ℣. Introite in conspectu eius in exultatione. ℣. Scitote quoniã dñs ipse est deus. ℣ Ipse fecit nos et nõ ipi nos: nos autẽ populus eius et oues pascue eius.

¶ Secundum Lucam xviii.

IN illo tp̃e. Assũpsit iesus duodecim discipulos suos: ꝛ ait illis. Ecce ascẽdim⁹ hierosolimã et cõsũmabũt̃ oia q̃ scripta sũt: p pphetas de filio hois. Tradet̃ eni gẽtib⁹ ꝛ illudet̃: ꝛ flagellabit̃ ꝛ ↄspuet̃. Et postq̃ flagellauerint: occidẽt eũ: ꝛ die tertia resurget. Et ipsi nichil hor̃ itellexerũt. Erat ãt vbũ istud abscõditũ ab eis: et nõ intelligebãt q̃ dicebant̃. Factũ est ãt cũ appropinquaret hierico: cecus qdã sedebat secus viã mẽdicãs. Et cũ audiret turbã p̃tereũtẽ: interrogabãt qđ hoc esset. Dixerũt aũt et qđ iesus nazarenus trãsiret. Et clamauit dicẽs. Jesu fili dauid: miserere mei. Et q̃ preibãt icrepabãt eũ vt taceret. Ipe vo multomagis clamabat Fili dauid miserere mei. Stans aũt iesus iussit illũ adduci ad se. et cũ appropinquasset: iterrogauit illũ dicẽs Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Dñe: vt videam. Et iesus dixit illi. Respice. Fides tua te saluum fecit. Et cõfestim vidit: et sequebatur eũ magnificans deum. Et omis plebs vt vidit: dedit laudem deo. Offr. Benedictus es dñe doce me iustificationes tuas: bñdictus es dñe doce me iustificatiões tuas: in labiis meis pnũciaui oĩa iudicia oris tui. ℣. Beati immaculati in via q̃ ambulãt in lege dñi: bti q̃ scrutãtur testimonia eius in toto corde exquirunt eũ. ℣. Aufer a plebe tua opprobriũ et contẽptũ quia mandata tua nõ sumus obliti dñe. Secreta.

Hec hostia q̃s dñe emũdet nostra delicta: et sacrificiũ celebrãdũ: subditorũ tibi corpora mẽtesq̃ sãctifi-cet. Per do. Prefatio quotid. Cõio. Manducauerũt et saturati sũt nimis: et desi-derium eorum attulit eis dñs: non sunt frau dati a desiderio suo. Postcõio.

Quesumus omñs deus: vt q̃ cele-stia alimẽta pcepimus per hec cõtra oĩa aduersa muniamur. Per d.

¶ Feria .iiii. in capite ieiunii post se-xtã imprimis fiat sermo ad populũ si placuerit. Deinde psternãt se clerici in choro: et dicãt septẽ psalmos peni-tentiales cũ Gloria patri: et Sicut erat. Et ãn. Ne reminiscaris. Excel-lentior vo sacerd. indutus vestib9 sa-cerd. in cappa serica rubea: cũ dyaco-no a dextris et subdyacono a sinistris cũ ceteris ministris altaris: q̃ oẽs sint albis cũ amictib9 induti ante altare dicãt p se septẽ ps̃os penitẽtiales in p-stratione cũ ãn. Ne reminiscaris. Ps.

Domine ne in furore tuo argu as me: neq̃ i ira tua corripias me. Miserere mei dñe qm̃ infirmus sũ: sana me dñe qm̃ cõturbata sũt ossa mea. Et aĩa mea turbata est valde: sed tu dñe vsq̃quo. Conuertere dñe et eripe aĩam meã: saluũ me fac pro-pter miam tuã. Qm̃ nõ est in morte q̃ memor sit tui: in inferno autẽ quis confitebit tibi. Laboraui in gemitu meo: lauabo p singulas noctes lectũ meũ lachrimis meis stratũ meũ riga bo. Turbatus est a furore ocul9 me-us: inueteraui inter oẽs inimicos me os. Discedite a me oẽs q̃ operamini iniquitatẽ/ qm̃ exaudiuit dñs vocem fletus mei. Exaudiuit dñs depreca-tionẽ meam: dñs orationẽ meã susce pit. Erubescant et cõturbẽtur vehe-mẽter oẽs inimici mei: cõuertãtur et erubescãt valde velociter. Gloria patri et filio. Psalmus.

Beati quorũ remisse sunt iniq̃ tates: et quorũ tecta sunt pctã Beatus vir cui non imputauit dñs pctm̃: nec est in spũ eius dolus. Qm̃ tacui inueterauerũt ossa mea: dũ cla marẽ tota die. Qm̃ die ac nocte gra-uata est sup me manus tua: conuer-sus sũ in erũna mea dũ cõfigit spina. Delictũ meũ cognitũ tibi feci: et in-iusticiã meã nõ abscõdi. Dixi cõfite-bor aduersũ me iniusticiã meã dño: et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te oĩs sãctus in tẽ-pore oportuno. Verũtamẽ i diluuio aquarũ multarũ ad eũ nõ approxima bũt. Tu es refugiũ meũ a tribulati-one que circũdedit me exultatio mea erue me a circũdãtibus me. Intel-lectũ tibi dabo et instruã te in via hac qua gradieris firmabo sup te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mu lus: quibus nõ est itellectus. In cha mo et freno maxillas eorũ constringe qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperãtẽ aũt in do-mino mia circũdabit. Letamini in dño et exultate iusti: et gl̃iamini oẽs recti corde. Gloria patri. Psalmus.

Domine ne in furore tuo argu as me: neq̃ i ira tua corripias me. Qm̃ sagitte tue infixe sunt mi-chi: et cõfirmasti sup me manũ tuã. Non est sanitas in carne mea a facie

ire tue: non est pax ossibus meis a fa-
cie peccatorũ meorũ. Qm̃ iniq̃tates
mee supergresse sũt caput meũ: et si-
cut onus graue grauate sũt sup me.
Putruerũt et corrupte sunt cicatri-
ces mee: a facie insipiẽtie mee. Miser
factus sũ et curuatus sũ vsq; in finẽ:
tota die cõtristatus igrediebar. Qm̃
lumbi mei impleti sũt illusiõibus: et
non est sanitas in carne mea. Afflic-
ctus sũ ⁊ hũiliatus sũ nimis: rugiebã
a gemitu cordis mei. Dñe ante te oẽ
desideriũ meuz et gemitus meus a te
nõ est abscõditus. Cor meũ cõturba
tũ est dereliq̃t me v̾tus mea: et lumẽ
oculorũ meorũ et ipsũ nõ est mecum.
Amici mei et ꝓximi mei: aduersum
me appropinquauerunt et steterunt
Et q̃ iuxta me erãt de lõge steterũt:
et vim faciebãt q̃ q̃rebant aĩam meã
Et q̃ inq̃rebãt mala michi locuti sũt
vanitates: ⁊ dolos tota die meditabã
tur. Ego autẽ tãq̃ surdus nõ audie
bã: et sicut mutus nõ aperiẽs os suũ.
Et factus sũ sicut hõ non audiẽs: et
non habens in ore suo redargutiões.
Qm̃ i te dñe speraui: tu exaudies me
dñe deus meus. Q2 dixi neq̃n super-
gaudeãt michi inimici mei: et dũ cõ-
mouent̃ pedes mei sup me magna lo
cuti sũt. Qm̃ ego in flagella parat9
sũ: et dolor meus in cõspectu meo sẽ-
per. Qm̃ iniq̃tatẽ meã ãnũciabo: et
cogitabo ꝓ pctõ meo. Inimici autẽ
mei viuũt et cõfirmati sũt sup me: et
multiplicati sũt q̃ oderũt me inique.
Qui retribuũt mala ꝓ bonis detra-
hebant michi: q̃m sequebar bonitatẽ.
Ne derelinquas me dñe deus meus:
ne discesseris a me. Intẽde in adiu-
toriũ meum: dñe deus salutis mee.
Gloria patri et filio. Psalmus.
Miserere mei deus secundũ ma-
gnã miam tuam. Et secũdũ
multitudinẽ miserationũ tuarũ: dele
iniq̃tatẽ meã. Amplius laua me ab
iniquitate mea: et a pctõ meo mũda
me. Qm̃ iniq̃tatẽ meã ego cognosco
et peccatũ meũ cõtra me est semper.
Tibi soli peccaui ⁊ malũ corã te feci:
vt iustificeris in sermonibus tuis et
vincas cũ iudicaris. Ecce enĩ in ini-
quitatibus cõceptus sũ: et in pctis cõ
cepit me mater mea. Ecce enĩ verita
tem dilexisti: incerta et occulta sapiẽ-
tie tue mãifestasti michi. Asperges
me domine ysopo et mundabor laua
bis me et sup niuẽ dealbabor. Audi-
tui meo dabis gaudium et leticiam:
et exultabũt ossa humiliata. Auer-
te faciẽ tuam a peccatis meis: et oẽs
iniquitates meas dele. Cor mundũ
crea in me deus spiritũ rectum inno
ua in visceribus meis. Ne ꝓiicias
me a facie tua: et spiritũ sãctũ tuum
ne auferas a me. Redde michi leti-
ciam salutaris tui: et spũ ꝑncipali
confirma me. Docebo iniquos vias
tuas: et impii ad te conuertent̃. Li-
bera me de sãguinibus deus deus sa-
lutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iu-
sticiam tuam. Dñe labia mea ape-
ries et os meuz annunciabit laudem
tuaz. Quoniã si voluisses sacrificiũ
dedissem: vtiq; holocaustis non dele
ctaberis. Sacrificiũ deo spiritus cõ-
tribulatus: cor contritũ et humilia-
tũ deus non despicies. Benigne fac

dñe in bona volũtate tua syõ vt edifi cẽtur muri hierusalẽ. Tunc accepta bis sacrificium iusticie oblationes et olocausta tunc imponẽt super altare tuum vitulos. Gloria. Psalmus.

Dñe exaudi oratione mea: et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciẽ tuã a me: in quacunqz die tribulor inclina ad me aurẽ tuaz. In quacũqz die inuocauero te: velociter exaudi me. Qr defecerunt sicut fumus dies mei/et ossa mea sicut cremiũ aruerũt. Percussus sũ vt fenũ et aruit cor meũ qr oblut⁹ sũ comedere panẽ meũ. A voce gemit⁹ mei adhesit os meũ carni mee. Similis factus sũ pellicano solitudis: fctũs sũ sicut nicticorax i domicilio. Vigilaui: et factus sũ sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant michi inimici mei: et q̃ laudabãt me aduersũ me iurabãt. Quia cinerẽ tanq̃ panẽ manducabã: et potũ meũ cũ fletu miscebã. A facie ire idignatiõis tue: qr eleuãs allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerũt: et ego sicut fenũ arui. Tu autẽ dñe ineternũ permanes: et memoriale tuũ in generatiõe et generationẽ. Tu exurgẽs dñe misereberis syõ: q̃a tẽpus miserẽdi eius qr vẽit tẽpus. Qm̃ placuerũt seruis tuis lapides eius: et terre eius miserebũtur. Et timebũt gẽtes nomẽ tuũ dñe: et oẽs reges terre gloriã tuã. Qr edificauit dñs syon: et videbit̃ in glĩa sua. Respexit in oratione humiliũ: et nõ spreuit precẽ eorũ. Scribantur hec in generatiõe altera: et populus q̃ creabit̃ laudabit dñm Quia pspexit de excelso sacto suo: dñs de celo in terram aspexit. Vt audiret gemitus cõpeditorũ: vt solueret filios interẽptorum. Vt annuncient in syon nomẽ dñi: et laudem eius in hierusalẽ. In conueniẽdo populos in vnum: et reges vt seruiãt dño. Respõdit ei i via virtutis sue: paucitatẽ dierũ meoruz nũcia michi. Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ: in gñatiõe et gñationẽ anni tui. Initio tu dñe terrã fũdasti: et opera manuũ tuarũ sũt celi. Ipsi peribunt tu autẽ permanes: et oẽs sicut vestimentũ veterascẽt. Et sicut opertoriũ mutabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse es et ãni tui non deficient. Filii seruorũ tuorum habitabunt: et semen eorum in seculũ dirigẽt. Gloria. Psalmus.

De profũdis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meã. Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris dñe: domine quis sustinebit? Quia apud te ꝓpiciatio est: et propter legẽ tuã sustinui te domine. Sustinuit aĩa mea in verbo eius: sperauit aĩa mea in dño. A custodia matutina vsqz ad noctem: speret israel in dño. Quia apd dominũ mĩa: et copiosa apud eum redẽptio. Et ipse redimet israel: ex oĩbus iniq̃tatibus eius. Gloria. Psalmus.

Domine exaudi orationẽ meam auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua exaudi me in tua iusticia. Et non intres in iudiciũ cum seruo tuo: quia nõ iustificabit̃ in cõspectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus aiam meã: humiliauit in terra vitã meam Collocauit me in obscuris sicut mortuos secl'i: et anxiatus est sup me sps meus/in me turbatũ est cor meum. Memor fui dierũ antiquorz meditatus sũ in oĩbus opibus tuis: in factis manuũ tuarz meditabar. Expandi man⁹ meas ad te aĩa mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit spũs meus. Nõ auertas faciẽ tuã a me: et silis ero descẽdẽtib⁹ i lacũ. Auditã fac michi mane miaz tuã: qr in te speraui. Notã fac michi viã in qua ãbulẽ: q̃a ad te leuaui aĩaz meam. Eripe me de inimicis meis dñe ad te cõfugi: doce me facere voluntatẽ tuã: q̃a deus meus es tu. Spũs tuus bonus deducet me i terrã rectã ꝓpter nomẽ tuũ dñe viuificabis me in eq̃tate tua. Educes de tribulatiõe aĩam meam: et in mĩa tua disperdes inimicos meos. Et pdes oẽs q̃ tribulãt aĩaz meã: qm̃ ego seruus tuus sũ. Gloria patri. Añ. Ne reminiscaris dñe delicta nostra vel parẽtum nostrorum neqꝫ vindictã sumas de peccatis nostris. kyriel' xp̃e eleysõ. kyri eleysõ. Pater noster. ¶ Et hec oĩa sine nota dicũt tam a sacerd. q̃ a toto choro: puero interim tenẽte vexillũ cilicinũ ꝓpe sinistrum cornu altaris. Deide erigat se sacerd. cũ dyacono et subdyacono: et solus dicat sup ppl'm cõuersus ad oriẽtẽ corã dextro cornu altaris hoc modo. Et ne nos inducas i tentationẽ. Chor⁹ rñdeat: Sed libera nos. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperantes in te. Mitte eis dñe auxiliũ de sãcto. Et de syõ tuere eos. Cõuertere dñe vsqꝫquo. Et deprecabilis esto super seruos tuos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et ꝓpter gloriã nõis tui dñe libera nos et ꝓpicius esto pctis nostris ꝓpter nomen tuũ. Dñe exaudi orationẽ meã. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Exaudi q̃s dñe p̃ces nr̃as et cõfitentiũ tibi parce pctis vt quos cõsciẽtie reat⁹ accusat: idulgẽtia tue miseratiõis absoluat. P xp̃z. R. Am

Et oẽs orões dñr cũ Oremus. et finiant' more lectiõis. Nõ dr. Dñs vobiscũ. nisi ante primã orõnẽ tantum Alia oratio cum Oremus. Orõ.

Assit q̃s dñe famulis tuis inspiratio gratie salutaris: q̃ corda eorum fletuũ vbertate resoluat: sicqꝫ macerando conficiat: vt iracũdie tue motus idonea satisfatione compescat. Per xp̃m. Oremus. Oratio.

Da q̃s dñe deus noster his famulis tuis cõtinuã purgationis sue obseruãtiã penitẽdo gerere: et vt hoc efficatius implere valeãt gratia eos tue visitationis p̃ueniat et subsequatur. Per xp̃m. Oremus. Orõ.

Preueniat hos famulos tuos q̃s dñe mĩa tua vt omnes iniquitates eorũ celeri indulgẽtia deleãtur. Per xp̃m. Oremus. Oratio.

Adesto domie supplicationibus nostris nec sit ab his famulis tuis clementie tue lõginqua miseratio: sana vulnera: eorumqꝫ remitte peccata: vt nullis a te iniquitatibus separati: tibi domio semper valeant

adherere. Per xp̄m. Oremus. Orō.

Dn̄e deus noster q̇ offensiōe nr̄a nō vinceris: sed satisfactiōe placaris respice q̄s sup famulos tuos: q̇ se tibi grauiter peccasse cōfitent̄. tuū est enī absolutionē criminū dare: et veniā p̄stare peccātib⁹ q̇ dixisti: penitē-tiā te malle pctōꝝ / q̄ƺ mortē. concede ergo dn̄e his famulis tuis: vt tibi penitentie excubias celebrēt / et correctis actib⁹ suis / conferri sibi a te sempiterna gaudia gratulent̄. P xp̄ƺ Orem⁹. orō.

Deus cuius indulgētia oīs hō indiget memēto famuloꝝ famularūqƺ tuarū: et q̇a lubrica terrenaqƺ corporis fragilitate nudati v̄tute in multis deliq̄rūt: q̄s vt veniā cōfitētibus: parcas supplicibus vt q̇ suis meritis accusant̄: tua miseratiōe saluent̄ Per xp̄ƺ. Hic nō d̄r Dn̄s vobis. neqƺ Oremus. sed v̄tat se sacer. ad ppl̄m et extendens manū dicat super eos sine nota: sed in audientia hoc modo.

Absoluimus vos vice beati petri apostolorum principis cui collata est a dn̄o potestas ligādi atqƺ soluēdi et quātū ad vos pertinet accusatio et ad nos remissio: sit vobis om̄s deus vita et salus et omniū pctōꝝ vestrorū pius indultor. Qui viuit et regnat cū deo patre. Deīde surgāt oēs a p̄stratōe osculātes terrā vel formulas: sacerdote dicente. Qui viuit. etc. Deinde fiat benedictio cineruƺ: sine Dominus vobiscū / et sine Oremus a sacerdote ad orientem conuerso.

Omnipotēs sempiterne deus qui misereris oīum: et nichil odisti eorū que fecisti: dissimulans peccata hominū propter penitentiā: que etiā subuenis in necessitate laborantibus bene ✠ dicere et sācti ✠ ficare hos cineres dignare: quos causa humilitatis et sancte religionis ad emūdanda delicta nostra: sup capita nostra more niniuitarū ferre cōtulisti: et da per inuocationē sācti tui nois: vt omnes qui eos ad deprecandā miam tuā super capita sua tulerint a te mereant̄ omniū delictorū suorū veniā accipere: et hodie sic eoꝝ inchoare sācta ieiunia: vt in die resurrectionis purificatis mētibus ad sāctā mereant̄ accedere pascha: et in futuro ꝑpetuā accipere gloriā. Per do. Hic asp̄gat̄ aqua bn̄dicta sup cineres. Deinde d̄r Dn̄s vobiscū. et Oremus. Oratio.

Deus q̇ nō mortē sed penitentiā desideras pctōꝝ fragilitatē cōditionis hūane benignissime respice: et hos cineres quos causa p̄ferēde humilitatis atqƺ ꝓmerēde venie capitibus nostris imponi decreuimus bene ✠ dicere et sācti ✠ ficare pro tua pietate digneris: vt q̇ nos cineres eē monuisti et ob prauitatis nr̄e meritū in puluerē reuersuros cognoscimus pctōꝝ oīm veniā et p̄mia penitentibus repromissa: misericorditer cōseq̄ mereamur. Per. Postea distribuantur cineres super capita clericoruƺ et laicorū a dignioribus personis signo crucis cineribus signent sic dicendo.

Memēto homo qd̄ cinis es et in cinerem reuerteris. In nomine patris et filii et sp̄us sancti Amen. et interim cantent̄ sequētes ān. Exaudi nos dn̄e quoniā benigna est mia tua: secūdum mul-

titudinē miserationū tuarum respicens dñe. Ps. Saluū me fac deus: quoniā intrauerūt aque vsq ad animā meam. Nō dicit nisi primus v. ps. sed stati sequat. Gloria Deinde repetat ān. Exaudi. Alia ān. Iuxta vestibulū et altare plorabāt sacerdotes et leuite ministri dñi dicentes: parce dñe parce populo tuo: et ne dissipes ora clamātiū ad te dñe. Alia ān. Immutemur habitu i cinere et cilicio: ieiunemus et ploremus ante dñm: qa multū misericors est dimittere pctā nostra deus noster. Peracto hoc officio dicat sacerd. ad gradū chori. Dñs vobiscū. et Oremus. Oratio.

Deus q iuste irasceris et clementer ignoscis: afflicti popli tui lacrimas suscipe: et irā tue idignationis quā iuste meret ppiciat9 auerte. Per xpm. Alia orō cum Oremus.

Concede nobis qsumus dñe presidia militie xpiane sic sanctis inchoare ieiuniis: vt contra spūales nequicias pugnaturi: cōtinētie muniamur auxiliis. Per. ¶ Eiectis penitētibus vt patet officiū in pcessionalibus incipiatur missa hoc modo.

Misereris oium dñe et nichil odisti eorū que fecisti: dissimulans peccata hoim propter penitētiā et parcēs illis qa tu es dñs deus noster. Ps. Miserere mei deus miserere mei: quoniā in te confidit aia mea. Nō repetat officiū sed statim sequat Gloria patri. Dicto kyriel. sacerd. dicat. Dñs vobiscum. et Oremus. et postea dicat dyacon9. Flectamus genua. et tunc omnes genu flectent deinde dyacono dicente sic. Leuate. surgāt oēs osculātes formulas. Orō

Presta qs dñe fidelibus tuis: vt ieiunioꝝ venerāda solēnia et cōgrua pietate suscipiāt: et secura deuotiōe pcurrāt. Per. Ab hac die vsq ad cenā dñi i oibus missis de ieiunio: fiat meōria p penitētibus cū hac orō. Exaudi qs dñe suppl. vt patet in fine libri. Hac die et trib9 dieb9 sequētibus quilz dicūt orōnes sicut i prima dñica aduentus dñi supra dictū est.

¶ Lectio Johelis prophete ii.

Hec dicit dñs. Conuertimini ad me in toto corde vestro: i ieiunio et fletu et plāctu: et scindite corda vrā et nō vestimēta vrā. Et cōuertimini ad dñz deū vestrū: qz benign9 et misericors est patiēs et multe mie et pstabilis sup malicia. Quis scit si cōuertat et ignoscat deus: et relinquat post se bñdictionē: Sacrificiū et libamen: dño deo nostro. Canite tuba in syon: sāctificate ieiuniū: vocate cetū cōgregate pplm sāctificate ecclesiā: Coadunate senes cōgregate paruulos: et sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo: et spōsa de thalamo suo. Inter vestibulum et altare plorabūt sacerdotes ministri domini et dicent. Parce domine parce populo tuo: et ne des hereditatez tuam in opprobriū vt dominentur eis nationes. Quare dicūt in populis: vbi est deus eorum: zelatus est dñs terrā suam: et pepercit populo suo. Et respōdit dñs: et dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumētū et vinum et oleum: et replebimini in eis: et nō dabo vos vltra opprobriū in gentibus. Dicit dominus oipotens. Gr. Mi

serere mei deus: miserere mei quoniam in te confidit aia mea. ℣. Misit de celo et liberauit me. dedit in opprobriũ conculcantes me. Chorus alternatim dicat Tractus.

Dñe non scdm pctã nrã q̃ fecim⁹ nos: neq₃ scdm iniqtates nrãs retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniqtatũ nostrarũ antiquarũ: cito anticipent nos mie tue: q̃a pauperes fcti sumus nimis. Hic nõ fiat genuflectio cũ dr ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̃: et ꝓpter gl'iam nois tui dñe libera nos: et ꝓpici⁹ esto pctis nr̃is: ꝓpter nomẽ tuũ. Iste tr. dr oi. ii. feria et. vi. feria: ad missã de ieiunio/ usq₃ ad cenã dñi. Scdm matheũ vi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cũ ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminãt eni facies suas: vt appareant hoibus ieiunãtes. Amen dico vobis: receperũt mercedẽ suã. Tu aũt cum ieiunas vnge caput tuũ: et faciẽ tuã laua: ne videaris hoibus ieiunãs: sed patri tuo q̃ est in abscondito: et pater tuus q̃ videt in abscõdito reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo et tinea demolit: et vbi fures effodiũt et furant. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo vbi neq₃ erugo: neq₃ tinea demolitur: et vbi fures non effodiunt neq₃ furant. Vbi eni est thesaurus tuus: ibi est et cor tuum. Offer. Exaltabo te domine quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me: domie clamaui ad te et sanasti me. ℣. Domine abstraxisti ab inferis animam meam: saluasti me a descẽdentibus in lacum. Secreta.

Hac nos dñe q̃s his muneribus offerendis cõueniẽter aptari: q̃bus ipsius venerabilis ieiunii celebram⁹ exordiũ. Per. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Hec pfatio dr in oi missa de ieiunio vsq₃ ad cenã dñi: et Flectam⁹ genua. Leuate: et Hũiliate capita vr̃a deo. Cõio. Qui meditabit i lege domini die ac nocte: dabit fructum suũ in tempore suo. Postcõio.

Percepta nobis domie prebeant sacramenta subsidiũ vt et tibi grata sint nostra ieiunia/ et nobis ꝓficiant ad medelam. Per d. Finitis postcõmunionibus preter illã q̃ dicet sup populũ sic. Per oia secula sclor. ℟. Amen. Dicat sacerd. Oremus. Deinde dicat dyaconus. Hũiliate capita vestra deo. Sup populũ Orõ.

Inclinãtes se dñe maiestati tue propiciatus intende: vt qui diuino munere sunt refecti celestibus semp nutriantur auxiliis. Per dñm. Et sic missa cũ Benedicamus dño. finiat. ¶ Feria. v. Ad missã Offm

Dum clamarẽ ad dominũ exaudiuit vocem meã ab his q̃ appropinquãt michi et humiliauit eos q̃ est ante secula et manet ineternum: iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. Ps. Exaudi deus orationẽ meam et ne despexeris deprecationem meam: intende michi et exaudi me. Gloria. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Deus qui culpa offenderis penitentia placaris: preces populi tui supplicantis propicius respice: et flagella tue iracundie que pro

pctis nris meremur ppiciatus auer te. Per. Lectio Isaie pphete xxxviii.

In diebus illis. Egrotauit ezechias vsqz ad morte: et itroiuit ad eu ysaias filius amos ppheta: et dixit ei. Hec dicit dns. Dispone domui tue/ qa morieris tu et non viues. Et couertit ezechias facie sua ad pariete et orauit ad dnm et dixit. Obsecro domine: memeto qso: quo ambulauerim cora te in veritate et in corde pfecto: et qd bonu est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factu est vbu dni ad ysaia ppheta dices Vade: et dic ezechie. Hec dicit dns deus dauid patris tui. Audiui oronem tuam: et vidi lachrimas tuas. Ecce ego adiicia sup dies tuos quindecim annos: et de manu regis assiriorum erua te: et ciuitate ista/ et ptega eam dicit dns omipotes. Gr. Iacta cogitatum tuu in dno: et ipe te enutriet V. Dum clamare ad dnm exaudiuit voce meam: ab his qui appropinquant mihi. Repetatur gr. Secundum matheum viii.

In illo tpe. Cu introisset iesus capharnau: accessit ad eu centurio: rogans eu et dicens. Dne puer meus iacet i domo paraliticus: et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego venia et curabo eu. Et rndes ceturio: ait. Dne no su dignus vt intres sub tectu meu: sed tatu dic vbo et sanabitur puer meus. Na et ego ho su sub potestate costitutus: habens sub me milites: et dico huic vade: et vadit: et alio veni et venit: et seruo meo fac hoc et facit. Audiens aut iesus miratus est: et sequetibus se dixit: Amen dico vobis: no inueni tanta fidez in israel. Dico aute vobis: qd multi ab oriete et occidete venient et recumbet cu abraha: ysaac/ et iacob in regno celorum. Filii aut regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit iesus centurioni. Vade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora. Offer. Ad te dne leuaui aiam mea deus meus in te cofido no erubescam: neqz irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confudentur. V. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus salutaris meus: et te sustinui tota die. Secreta.

Offerimus tibi dne munera que dedisti: vt et creationis tue circa mortalitate nostra testificetur auxilium: et remediu nobis immortalitatis operentur. Per d. Coio. Acceptabis sacrificiu iusticie oblationes: et holocausta super altare tuum dne. Postcoio.

Cocede fidelibus tuis dne qs et sine cessatione capere paschalia sacrameta: et desiderater expectare ventura vt i misteriis qbus renouati sut pmanetes: ad noua vita his operibus pducatur. Per. Sup populu. Oremus Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Parce dne parce populo tuo: vt dignis flagellatioibus castigatus: in tua miseratioe respiret. Per.

¶ Feria. vi. in capite ieiunii Offm

Audiuit dns et misertus est michi: dns factus est adiutor meus. Ps. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Gloria patri. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Inchoata ieiunia q̄s dn̄e beni-gno fauore prosequere: vt ob-seruantiā quam corporaliter exhibe-mus mentibus etiam sinceris exerce-re valeamus. Per dominū nostrū.

¶ Lectio Isaie prophete lviii.

Hec dicit dn̄s deus. Clama ne-cesses quasi tuba exalta vocē tuā. Et ānūcia populo meo scelera eorū: et domui iacob pctā eorū. Me eteni de die in diē querūt: et scire vias meas volūt: quasi gēs q̄ iusticiā fece-rit: et q̄ iudiciū dei sui non dereliqrit. Rogāt me iudicia iusticie: et appropi-quare deo volūt. Quare ieiunauim⁹ et nō aspexisti: hūiliauimus aīas no-stras & nescisti. Ecce i die ieiunii ve-stri inuenit voluntas vestra: et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis: & per-cutitis pugno impie. Nolite ieiuna-re sicut vsq3 ad hanc diem vt audiat in excelso clamor vester. Nunqd tale est ieiuniū qd elegi: per diē affligere hoīem aīam suam. Nunqd cōtorqre quasi circulū caput suū: et saccū & ci-nerē sternere. Nūqd istud vocaui ie-iuniū & diem acceptabilē dn̄o. Nōne hoc ē magis ieiuniū qd elegi. Dissol-ue colligationes ipietatis: solue fasci-culos deprimētes: dimitte eos q̄ con-fracti sūt liberos: et oē onus disrūpe. Frāge esurieti panem tuū: & egenos vagosq3 induc i domū tuā. Cū vide-ris nudū operi eū et carnē tuā ne de-spexeris. Tūc erūpet quasi mane lu-men tuū: & sanitas tua citius orietr: & anteibit faciē tuā iusticia tua: & glīa dn̄i colliget te. Tūc inuocabis/ & dn̄s exaudiet. Clamabis/ et dicet ecce as-sum. Quia misericors sum dn̄s deus tuus. Gr. Vnā petii a dn̄o hanc reqrā: vt inhabitē in domo dn̄i. ℣. Vt videā volū-tatē dn̄i: & ptegar a tēplo scō ei⁹. Tractus

Domine non secundū pctā nostra q̄ fecimus nos: neq3 secundū iniquita-tes nostras retribuas nobis. ℣. Domie ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū: cito anticipent nos mie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genu-flectio cū dr ℣. Adiuua nos deus saluta-ris noster: et pp̄ter gloriā nōis tui dn̄e libera nos: et propicius esto pctis nostris: propter nomen tuū. Secundū matheū v.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipu-lis suis. Audistis quia dictū est. Diliges proximum tuum & odio habebis inimicū tuū. Ego autē di-co vobis. Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderūt vos: et ora-te p persequētib⁹ et calūniātib⁹ vos vt sitis filii patris vestri qui in celis est. Qui solē suum oriri facit sup bo-nos et malos: et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos q̄ vos diligunt: quam mercedem habebi-tis. Nonne et publicani hoc faciunt. Et si salutaueritis fratres vr̄os tan-tum: quid amplius facitis. Nōne et ethnici hoc faciunt. Estote ergo et vos perfecti: sicut et pater vester cele-stis pfectus est. Attendite ne iusticiā vestrā faciatis coram hoībus: vt vi-deamini ab eis. Alioquin mercedem nō habebitis: apud patrē vestrū qui i celis est. Cum facis ergo elemosinā noli tuba canere ante te sicut hypo-crite faciunt in synagogis et in vicis:

vt honorificent ab hoibus. Amē dico vobis: receperūt mercedē suā. Te āt faciēte elemosinā nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua: vt sit elemosina tua in abscondito: et pater tuus q̄ videt in abscōdito reddet tibi. Et cū oratis: non eritis sicut hypocrite qui amāt in sinagogis et in angulis platearum stantes orare: vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedē suam. Tu autem cum oraueris: intra in cubiculū tuū: et clauso ostio: ora patrem tuum in abscondito: et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Offr. Dn̄e viuifica me secundū eloquiū tuū: vt sciam testimonia tua. ℣. Fac cum seruo tuo domine secundum magnam misericordiā tuā: et ne auferas de ore meo verbum veritatis.

Sacrificiū domine (Secreta. obseruantie quadragesimalis offerimus presta q̄sumus: vt et tibi mētes nostras reddat acceptas: et cōtinētie promptioris nobis tribuat facultatē. Per dominū nostrū. Cōio. Seruite domino in timore et exultate ei cū tremore: apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta. Postcōio.

Tribue nobis q̄s omnipotens deus: vt dona celestia que debito frequentamus obseq̄o salutaria nobis iugiter sentiamus. Per dominū. Super populū. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Tuere dn̄e populū tuum et ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas: si nulla dominetur iniquitas. Per. ¶ Sabbato Officium.

Audiuit dn̄s et misertus est michi/ dn̄s factus est adiutor meus. ℣s. Exaltabo te domine quoniā suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Gloria patri et fi. Flectamus genua leuate. Oratio.

Adesto domine supplicatiōibus nostris et concede: vt hec solenne ieiuniū quod aīabus corporibusq̄ curandis salubriter institutū est/ deuoto seruitio celebremus. Per dn̄m. ¶ Lectio Isaie prophete. lviii.

Hec dicit dn̄s. Si abstuleris de medio tui cathenā & desieris digitū extēdere et loq̄ qd nō p̄dest. Cū effuderis esuriēti aīam tuā: et aīam afflictā repleueris: orietur ī tenebris lux tua: et tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiē dabit tibi dn̄s deus tuus semper: et implebit splēdoribus animā tuā: et ossa tua liberabit. Et eris quasi ortus irriguus: et sicut fōs aquarū: cuius nō deficiēt aque. Et edificabūt in te deserta seculorū: fundamēta generatiōis et gn̄atiōis suscitabis. Et vocaberis edificator sepiū: auertens semitas iniquitatum. Si auerteris a sabbato pedem tuum facere voluntatē tuā in die sancto meo et vocaberis sabbatū delicatū et sanctum dn̄i gloriosum: & glorificaueris eum dum non facis vias tuas: et nō inuenietur voluntas tua vt loquaris sermonē tuum delectaberis super domino et sustollā te super altitudinē terre: et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim dn̄i locutū est hec: ait dn̄s oīpotēs. Gr. Unā petii a dn̄o hanc requiram: vt inhabitem in domo dn̄i.

℣. Ut videã voluntatẽ dñi: et protegar a tẽplo sancto eius. Secundũ Marcũ vi.

In illo tpe. Cũ sero esset factũ: erat nauis in medio maris: et iesus solus in terra. Et vidit eos laborãtes in remigãdo: erat enĩ ventus cõtrarius eis. Et circa quartã vigiliã noctis venit ad eos ãbulans supra mare: et volebat preterire eos. At illi vt viderũt eũ supra mare ambulãtẽ: putauerũt fãtasma esse/et exclamauerũt. Oẽs enĩ eũ viderũt: et cõturbati sunt. Et statim locutus est cũ eis: et dixit illis. Confidite: ego sũ/nolite timere. Et ascẽdit ad illos in nauim: et cessauit vẽtus: et plus magis ĩtra se stupebãt. Nõ enim intellexerũt de panibus: erat enĩ cor illorũ obcecatũ. Et cũ trãsfretassẽt: puenerũt in terrã genesareth: et applicuerũt. Cũqz egressi essent de naui: cõtinuo cognouerunt eũ. Et percurrẽtes vniuersã regionẽ illã: ceperũt in grabatis eos q̃ se male habebãt circunferre vbi audiebãt eũ esse. Et quocũqz introibat in vicos vel in villas aut ciuitates: in plateis ponebãt infirmos: et deprecabant eum: vt vel fimbriã vestimenti eius tangerẽt. Et quotquot tãgebãt eum salui fiebant. Offr. Dñe viuifica me secundũ eloquiũ tuũ: vt sciam testimonia tua. ℣. Da michi intellectum vt discam mãdata tua: et volũtaria oris mei fac michi in beneplacito domine. Secreta.

Prepara nos dñe q̃s huius votiuis abstinentie officiis: vt hec sacrificia veneranda: sobriis semper mentibus celebremus. Per dominũ. Cõio. Seruite dño in timore: et exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta. Postcõio.

Celestis vite mũere vegetati q̃s dñe deus noster: vt qđ est nobis in p̄sẽti vita misteriũ: fiat eternitatis auxiliũ. Per d. Super populũ Hũiliate capita vestra deo. Oratio.

Fac nos q̃s domĩe salutis nostre causas: et deuotis semper frequentare seruitiis: et deuotius recolere principaliter inchoatas. Per dominum nostrum iesum christum.

¶ Dñica. i. xl. Ad missã Officiũ.

Inuocabit me et ego exaudiam eum: eripiam eum: et glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum. ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi cõmorabitur. Oratio.

Deus qui ecclesiã tuam ãnua quadragesimali obseruatione purificas: presta familie tue: vt qđ a te obtinere abstinẽdo nititur: hoc bonis operibus exequatur. Per dñm.

¶ Ad corinthios ii. vi.

Fratres. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nũc dies salutis. Nemini dantes vllam offẽsionem: vt non vituperetur ministeriũ nostrũ. Sed in omnibus exhibeam⁹ nosmetipsos/sicut dei ministros. In multa patiẽtia: in tribulatiõibus/in necessitatibus/in angustiis/in plagis/in carcerib⁹/in seditiõibus/in laborib⁹/in vigiliis/in ieiuniis in castitate/ĩ sciẽtia/in lõganimitate

in suauitate/in spũ sãcto. In caritate nõ ficta in ∛bo veritatis: in ∛tute dei Per arma iusticie: a dextris et a sinistris. Per gl'iam ⁊ ignobilitatẽ: p infamiã et bonã famã. Ut seductores et veraces. Sicut q̃ ignoti et cogniti Quasi moriẽtes: et ecce viuim⁹. Ut castigati: et nõ mortificati: quasi tristes sẽper ãt gaudẽtes. Sicut egẽtes multos ãt locupletãtes. Tãꝙ nichil habẽtes et oĩa possidẽtes. Gr. Angelis suis mãdauit de te: vt custodiãt te ĩ oĩbus viis tuis. ℣. In manib⁹ portabũt te: ne vnꝙ offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Tractus.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in ꝓtectiõe dei celi cõmorabit. Dicet dño susceptor me⁹ es tu: et refugiũ meũ de⁹ me⁹ ſpabo ĩ eũ. Qm ipse liberauit me de laq̃o venãtiũ: ⁊ a ∛bo aspero Scapulis suis obũbrabit tibi: ⁊ sub pẽnis ei⁹ ſpabis. Scuto circũdabit te veritas ei⁹: nõ timebis a timore nocturno. A sagitta volãte per diẽ a negotio pambulãte ĩ tenebris: a ruina ⁊ demonio meridião. Cadẽt a latere tuo mille ⁊ decẽ milia a dextris tuis: tibi ãt nõ appropinquabit. Qm ãgelis suis mãdauit de te: vt custodiant te ĩ oĩb⁹ viis tuis. In manib⁹ portabũt te: ne vnꝙ offẽdas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Sup aspidẽ ⁊ basiliscũ ãbulabis: ⁊ ꝯculcabis leonẽ ⁊ draconẽ. Qm ĩ me ſpauit liberabo eũ ꝓtegã eũ: qm cognouit nomẽ meũ Inuocabit me ⁊ ego exaudiã eũ: cũ ipo sũ ĩ tribulatiõe Eripiã eũ ⁊ gl'ificabo eũ: lõgitudine dieꝝ adiplebo eũ ⁊ ostẽdã illi salutare meũ. Scdm matheũ iiii.

In illo tp̃e. Ductus est iesus in desertũ a spũ: vt tentaret a dyabolo. Et cũ ieiunasset quadragita diebus et quadragita noctib⁹: postea esuriit. Et accedẽs tẽptator dixit ei. Si fili⁹ dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui rñdẽs dixit. Scriptũ est. Nõ in solo pane viuit hõ: sed in oĩ ∛bo qd̃ ꝓcedit de ore dei. Tũc assũpsit eũ dyabolus ĩ sctãm ciuitatẽ: ⁊ statuit eũ supra pinnaculũ tẽpli: et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsũ. Scriptũ est eni q2 ãgelis suis mãdauit de te et in manib⁹ tollent te: ne forte offẽdas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Ait illi iesus rursũ. Scriptũ est. Non tentabis dñm deũ tuũ. Iterũ assũpsit eũ dyabolus ĩ mõtẽ excelsũ valde: et ostẽdit ei oĩa regna mũdi: et gloriã eorũ: et dixit illi. Hec oĩa tibi dabo si cadẽs adoraueris me. Tunc dixit ei iesus. Uade sathana. Scriptũ est eni. Dñm deũ tuũ adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eũ dyabolus: et ecce angeli accesserunt: et ministrabant ei. Offr. Scapulis suis obumbrabit tibi dominus: ⁊ sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificiũ quadragesimalis initii solẽniter immolam⁹: te dñe depcãtes: vt cũ epularũ restrictione carnaliũ/a noxiis quoq3 voluptatib⁹ tẽpemur. P. Prefatio quotid. Cõio. Scapulis suis obũbrabit tibi: et sub pennis eius ſpabis scuto circũdabit te veritas eius

Tui nos dñe sacramẽti Postcõ. libatio scã restauret: et a vetustate purgatos in misterii salutaris faciat trãsire cõsortiũ. Per dñm nr̃z.

¶ Feria. ii. post inuocauit Offm.

Sicut oculi seruorum in manibus dñorum suorum: ita oculi nostri ad dñm deum nostrū donec misereatur nostri. miserere nobis dñe miserere nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis.

Flectamus genua. Leuate. Oratio

Conuerte nos deus salutaris noster: et vt nobis ieiunium quadragesimale pficiat: mentes nostras celestibus instrue disciplinis. Per d.

Ab hac die vsqz ad cenā dñi in omni missa de ieiunio dicūtur septē oratiōes sicut i do .i. aduēt⁹ dñi supra dictū est

Lectio ezechielis pphete xxxiiii.

Hec dicit dñs deus. Ecce ego ipse reqrā oues meas: et visitabo illas sicut visitat pastor gregē suū/ in die qñ fuerit in medio ouiū suarum dissipatarū. Sic visitabo oues meas et liberabo eas de oībus locis in qbus disperse fuerāt in die nubis et caliginis Et educā eas de populis: et cōgregabo eas de terris. Et inducā eas i terrā suā: et pascā eas in mōtibus israel: in riuis et in cūctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascā eas: et i mōtibus excelsis israel erūt pascue earū. Ibi reqescēt in herbis virētib⁹: et i pascuis pinguib⁹ pascēt sup mōtes isrl. Et ego pascā oues meas: et ego eas accubare faciā: dicit dñs de⁹. Qđ perierat reqrā: et qđ abiectū fuerat reducā: et qđ cōfractū fuerat alligabo: et qđ infirmū fuerat consolidabo: et qđ pingue et forte custodiā: et pascam illas in iudicio et iusticia dicit dñs oīpotens. Gr. Protector noster aspice de⁹ et respice sup seruos tuos. Dñe deus vtutū exaudi preces seruorū tuorū. Tractus.

Dñe non scdm pctā nostra q̄ fecimus nos: neqz scdm iniqtates nostras retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniqtatū nrarū ātiquarum cito anticipēt nos mīe tue: qa pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflectio cū dr V. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et ppter gloriā nois tui domie libera nos: et ppicius esto peccatis nostris/ propter nomen tuū.

Secundum matheum xxv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit filius hominis in maiestate sua et oēs angeli cū eo: tūc sedebit sup sedē maiestatis sue. Et cōgregabūtur āte eū oēs gētes et separabit eos ab inuicē: sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues qdē a dextris suis: hedos autem a sinistris. Tūc dicet: his q̄ a dextris eius erūt. Venite bñdicti patris mei possidete paratū vobis regnū a cōstitutione mundi. Esuriui eni: et dedistis michi māducare. Sitiui: et dedistis michi bibere. Hospes erā: et collegistis me. Nudus: et operuistis me. Infirmus/ et visitastis me. In carcere erā/ et venistis ad me. Tūc rñdebunt ei iusti: dicētes. Dñe: qñ vidimus te esuriētē/ et pauimus: sitientē/ et dedimus tibi potū: Quando aūt te vidimus hospitem/ et collegimus te: Aut nudum et cooperuimus te: Aut qñ te vidimus infirmū aut in carcere: et venimus ad te: Et respondens rex: dicet illis. Amen dico vobis: q̄diu fecistis vni de his fratribus meis minimis: michi fecistis. Tunc dicet et

his: qui a sinistris eius erūt. Discedite a me maledicti in ignē eternū/qui paratus est dyabolo et angelis eius. Esuriui enim: et non dedistis michi mādùcare. Sitiui: et nō dedistis michi potū. Hospes erā: et nō collegistis me. Nudus: et non operuistis me. Infirmus et in carcere: et non visitastis me. Tūc respōdebūt ei et ipsi dicētes. Dn̄e: qn̄ te vidimus esuriētē/aut sitiētē/aut hospitē/aut nudū/aut infirmū vel in carcere et nō ministrauimus tibi? Tūc respōdebit illis dicens Amē dico vobis q̄diu nō fecistis vni de minorib9 his: nec mihi fecistis. Et ibūt hi in suppliciū eternū: iusti āt in vitā eternā. Offer. Leuabo oculos meos ꝛ cōsiderabo mirabilia tua dn̄e vt doceas me iusticiā tuā: da michi intellectū vt discaꝫ mādata tua. ℣. Legē pone michi dn̄e et viā iustificationū tuarū: exquirā et in preceptis tuis me exercebor. Secreta.

Accepta tibi sit dn̄e q̄s nostre deuotiōis oblatio: que et ieiuniū nostrū te operāte sanctificet: et indulgentiā nobis tue cōsolatiōis obtineat Cōio. Voce mea ad dn̄m clamaui ꝛ exaudiuit me de mōte sancto suo: non timebo milia populi circundantis me. Postcōio.

Prosint nobis domine q̄sumus frequētata misteria: que nos ꝛ a cupiditatibus terrenis expediant et instruāt amare celestia. Per dn̄m. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Absolue q̄s dn̄e nostroꝝ vincula peccatoꝝ: et quicquid ꝑ eis meremur: ꝓpiciatus auerte. Per d.

¶ Feria .iiii. post inuocauit. Offm.

Domine refugiū factus es nobis a gn̄atiōe ꝛ ꝓgenie: a seculo ꝛ in scl'm tu es. ps Priusq̄ montes fierent aut formaretur terra et orbis. Nō dicitur vlterius Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Respice domine familiā tuā ꝛ presta vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat: q̄ se carnis maceratione castigat. Per dn̄m nostrū.

¶ Lectio Isaie prophete. lv.

In diebus illis. Locutus est isaias propheta dicens. Querite dn̄m dum inueniri potest: inuocate eū dū prope est. Derelinquat impius viam suā: et vir iniquus cogitatiōes suas et reuertat̄ ad dn̄m et miserebitur eius: ꝛ ad deū nostrū qm̄ multus est ad ignoscēdū. Nō eni cogitatiōes mee cogitatiōes vestre: neqꝫ vie mee vie vestre dicit dn̄s. Quia sicut exaltātur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a viis vestris et cogitatiōes mee a cogitatiōibus vestris. Et quomodo descendit imber et nix de celo: et illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terram et infūdit eam et germinare eam facit: et dat semen serēti: ꝛ panē comedēti: sic erit v̄bū meū qd̄ egredietur de ore meo. Non reuertet̄ ad me vacuum: sed faciet quecūqꝫ volui: et prosperabit̄ in his ad que misi illud. Ait dn̄s oīpotēs. Gr. Dirigat̄ oratio mea sicut incensū in conspectu tuo dn̄e. ℣. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinum. Secundū Matheū xxi.

In illo tp̄e. Cū intrasset iesus hierosolimā: commota est vniuersa ciuitas dicēs. Quis est hic? Po

puli autē dicebāt. Hic est iesus pphe ta: a nazareth galilee. Et intrauit ie sus in tēplū dei: et eiciebat oēs vēden tes et emētes in tēplo: et mensas nū mulariorū et cathedras vēdētiū colū bas euertit. Et dicit eis. Scriptum est: qa domus mea domus orationis vocabit. Vos āt fecistis illā spelūcā latronū. Et accesserunt ad eū ceci et claudi in tēplo: et sanauit eos. Vide tes autē principes sacerdotū et scribe mirabilia q fecit: et pueros clamātes in tēplo et dicētes. Osāna filio dauid indignati sūt et dixerūt ei. Audis qd isti dicūt? Jesus aūt dixit eis. Utiqz. Nunqz legistis. Qr ex ore infātiū et lactētiū perfecisti laudē? Et relictis illis: abiit foras extra ciuitatē in be thaniā: ibiqz māsit et docebat eos: de regno dei. Offr. In te speraui dñe dixi tu es deus meus in manibus tuis tempora mea. ℣. Illumina faciē tuā sup seruū tuū et saluū me fac propter mīam tuam dñe nō confūdar quoniā inuocaui te. Secreta.

Presta dñe qs vt dicato muneri: cōgruētē nostre deuotōis tibi offeramus affectū. Per. Cōio. Cū inuocarē te exaudisti me de9 iusticie mee: in tribulatiōe dilatasti me miserere michi dñe: et exaudi orationē meam. Postcōio.

Quesumus oīpotens deus: vt illius salutaris capiamus effe ctū: cuius p hec misteria pignus acce pimus. Per. Sup populū. Hūiliate capita vestra deo. Oratio.

Ascendant ad te dñe preces no stre et ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per dñm nostrū. ¶ Feria .iiii. quatuor tpm. Offm.

Reminiscere miserationū tuarū dñe et mīe tue q a se culo sūt: ne vnqz dominēt nobis inimici nostri: libera nos deus israel ex oībus angustiis nrīs. Ps. Ad te dñe leuaui aīam meā: deus meus in te cō fido nō erubescā. Sequit orō sine Dñs vobiscum. sed cum Oremus. et Fle ctamus genua. Leuate. Oratio.

Preces nrās qs dñe clemēter ex audi: et contra cūcta nobis ad uersātia dexterā tue maiestatis extē de. Per. Lectio libri Exodi xxiiii.

In dieb9 illis. Dixit dñs ad moy sē. Ascēde ad me in mōtem: et esto ibi: daboqz tibi duas tabulas la pideas: et legē ac mādata q scripsi: vt doceas filios isrl. Surrexerūt moy ses et iosue minister eius ascendensqz moyses in montē dei: senioribus ait. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis aarō et hur vobiscū si qd natū fuerit qstionis referetis ad eos. Cūqz ascēdisset moyses operuit nubes montē: et habitauit glīa dñi sup sinai tegens illū nube sex dieb9. Septimo āt die vocauit eū dñs de medio caligi nis. Erat āt spēs glīe dñi quasi ignis ardēs sup vticē mōtis i cōspectu filio rū isrl. Ingressusqz moyses mediū ne bule ascēdit i mōtē: et fuit ibi quadra gita dieb9 et quadragita noctib9. Gr. Tribulatiōes cordis mei dilatate sūt: de ne cessitatib9 meis eripe me dñe. ℣. Vide hu militatē meā et laborē meū: et dimitte oīa pctā mea. Nō repetat gr. sed sequat Dñs vobiscū. et Flectamus ge. Le. Orō.

Deuotionē populi tui qs dñe be nignus intende: vt qui per ab

stinentiã macerantur in corpore: per fructũ boni operis reficiant in mẽte. Per. Hic dicuntur memorie cõsuete

Lectio libri regum iii. xix.

In diebus illis. Venit helias in bersabee iuda: et dimisit ibi puerũ suũ: et perrexit in desertũ viã vnius diei. Cũq3 venisset et sederet subter vnã iuniperũ: petiuit aĩe sue vt moreret: et ait. Sufficit michi dñe: tolle aĩam meã. Neq3 eni melior sũ: q̃ patres mei. Proiecitq3 se: et obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eum: dixitq3 ei. Surge cõmede. Et respexit. Et ecce ad caput suũ subcinericius panis: et vas aque. Comedit ergo et bibit: et rursũ obdormiuit. Reuersusq3 est ãgelus dñi secũdo et tetigit eũ: dixitq3 illi. Surge comede: grandis enim tibi restat via Qui cũ surrexisset comedit et bibit. Et ãbulauit in fortitudie cibi illius quadraginta diebus: et quadraginta noctibus: vsq3 ad montem dei oreb. Chorus alternatim dicat Tractus

De necessitatibus meis eripe me domine vide humilitatẽ meã: et laborẽ meum: et dimitte oĩa pctã mea. V. Ad te leuaui aĩam meã: deus meus in te confido nõ erubescã: neq3 irrideant me inimici mei. V. Eteni vniuersi q̃ te expectãt nõ cõfũdẽtur: cõfũdãtur oẽs facientes vana. Et dicit iste tr. in oĩ. iiii. feria. vsq3 ad dñicã palmarũ. Scdm Matheũ xii.

In illo tpe. Accesserũt ad iesũ scribe et pharisei: dicẽtes. Magister volumus a te signum videre. Qui respondẽs ait illis. Generatio mala et adultera signũ q̃rit: et signũ nõ dabitur ei: nisi signũ ione propehete. Sicut eni fuit ionas in vẽtre ceti tribus diebus et tribus noctibus ita erit filius hoĩs in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Viri niniuite surgẽt in iudicio cũ gñatiõe ista: et cõdẽnabũt eam: q̃a penitẽtiã egerũt in predicatione ione. Et ecce iona hic. Regina austri surget in iudicio cum generatiõe ista et cõdẽnabit eã: quia venit a finibus terre audire sapiẽtiã salomonis. Et ecce plusq̃ salomon hic. Cũ aũt immundus spũs exierit ab hoĩe: ambulat per loca arida querens requiẽ et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domũ meam vnde exiui. Et veniẽs inuenit eam vacã tem: scopis mundatam et ornatam. Tunc vadit et assumit septem alios spiritus secũ nequiores se: et intrantes habitant ibi. Et fiũt nouissima hoĩs illius: peiora priorıbus. Sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidã. Ecce mater tua et fratres tui foris stant: q̃rẽtes te. At ipse respõdẽs dicẽti sibi ait. Que est mater mea: et qui sunt fratres mei? Et extẽdẽs manũ in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicũq3 enim fecerit voluntatẽ patris mei qui in celis est: ipse meus frater: et soror et mater est Offer. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mãdata tua que dilexi. V. Pars mea domine dixi custodire legem tuam: precatus sum vultum tuum in toto corde meo. Secreta.

Intēde q̄s dn̄e sacrificiū singulare vt huius participatione misterij que sperāda credimus/expectata sumamus. Per. Cōio. Intellige clamorē meum: intende voci orationis mee: rex meus et deus meus: quoniam ad te orabo domine. Postcōio.

Da q̄s oīpotēs deus: vt reatū nostrū munera sacra purificent: et recte viuendi nobis operētur effectum. Per do. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Mentes nostras q̄s dn̄e lumine tue claritatis illustra: vt videre possimus que agenda sunt: et que recta sunt agere valeamus. Per do.

¶ Feria. v. post Inuocauit Offm.

Confessio et pulchritudo ī conspectu eius: sāctitas et magnificentia in sanctificatione eius. p̄s. Cantate domino canticū nouum: cantate dn̄o omnis terra. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omīpotēs sēpiterne deus q̄ ī obseruatiōe ieiunij et elemosinarum largitiōe nobis posuisti remedia pctōr: cōcede nos mēte et corpore sēper tibi esse deuotos. Per dn̄m nr̄m.

¶ Lcō Ezechielis prophete xviij.

In dieb⁹ illis. Factus est sermo dn̄i ad me dicens. Quid est q̄d inter vos hāc parabolā vertitis in pūerbium istud in terra israel dicētes. Patres nostri comederūt vuā acerbā: et dētes filiorum obstupescūt. Viuo ego dicit dn̄s deus: si erit vobis vltra parabola hec ī pūerbiū in isrl̄. Ecce oēs aīe mee sūt. Vt aīa patris: ita et aīa filij mea est. Aīa q̄ peccauerit: ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus: et fecerit iudiciū et iusticiā: in mōtibus nō comederit: et oculos suos nō leuauerit ad idola domus israel: et vxorē pximi sui nō violauerit: et ad mulierem mestruatā nō accesserit: et hoiēs nō cōtristauerit: pign⁹ debitori reddiderit: per vim nichil rapuerit: panē suū esurieti dederit: et nudū operuerit vestimento/ad vsurā nō cōmodauerit: et amplius nō acceperit: ab iniq̄tate auerterit manū suā. Judiciū verū fecerit inter virū et virū: et in p̄ceptis meis āmbulauerit/et iudicia mea custodierit: vt faciat veritatē: hic iustus est/et vita viuet: ait dn̄s deus. Quod si genuerit filiū latronē effūdentē sāguinē: et fecerit vnū de istis: et hec q̄dē oīa nō faciētē nūq̄d viuet? Non viuet. Cum vniuersa detestāda hec fecerit: morte morietur. Sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filiū: qui vidēs oīa peccata patris sui que fecit: timuerit et non fecerit simile eis: iudicia mea fecerit/et in p̄ceptis meis ambulauerit/hic nō morietur in iniquitate patris sui: sed vita viuet. Pater eius qui calūniatus est et vim fecerit fratri: et malū operatus est ī medio populi sui ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis Quare non portabit filius iniquitatem patris sui? Videlicet quia filius iudiciū et iusticiā operatus ē/omnia precepta mea custodiuit: et fecit illa vita viuet ait dominus omnipotēs.

Grad. Custodi me domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. Vsus. De vultu tuo iudicium meum

prodeat: oculi tui videant equitatem.

¶ Secundum Johannē viii.

In illo tēpore. Dicebat iesus ad eos: qui crediderūt ei ex iudeis Si vos mā̄seritis in sermone meo vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatem: et veritas liberabit vos. Respōderūt ei iudei. Semen abrahe sumus: et nemini seruiuimus vnq̄. Quomodo tu dicis quia liberi eritis? Respōdit eis iesus. Amē amen dico vobis: q̄a oīs q̄ facit pctm̄/seruus est peccati. Seruus aūt nō manet in domo ineternum: filius autem manet ineternum. Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Scio quia filii abrahe estis sed q̄ritis me interficere q2 sermo meus nō capit in vobis Ego qd̄ vidi apd̄ patrē meū loquor: et vos q̄ vidistis apud patrē vestrū facitis. Respōderūt & dixerūt ei. Pater noster abrahā est. Dicit eis iesus. Si filii abrahe estis: opera abrahe facite. Nūc autē q̄ritis me interficere: hoīez q̄ veritatē locutus sū vobis: quā audiui a deo. Hoc abrahā nō fecit. Uos facitis opera patris vestri. Dixerūt itaq3 ei. Nos ex fornicatione non sumus nati: vnū patrē habemus deū. Dixit ergo eis iesus. Si deus pater vester eēt diligeretis vtiq3 me. Ego eni a deo ꝓcessi et veni. Neq3 eni ex meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelā meam nō cognoscitis? Qr non potestis audire sermonē meum. Uos ex patre dyabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: et in veritate non stetit quia non est veritas in eo. Cum loquit̄ mēdaciū: ex ꝓpriis loq̄tur: quia mendax est et pater eius. Ego autem quia veritatē dico: non creditis michi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis: quare vos nō creditis mihi? Qui ex deo est verba dei audit. Offertoriū.

Jmmittit angelus domini in circuitu timētium eū: et eripiet eos: gustate et videte quoniam suauis est dominus. ℣. Benedicam dominum in oī̄ tempore semper laus eius in ore meo. Secreta.

Sacrificia dn̄e q̄s propēsius ista nos saluent: q̄ medicinalibus sunt instituta ieiuniis. Per dominū Cōio. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcōio.

Tuorum nos dn̄e largitate donorū: et temporalibus attolle presidiis: & renoua sempiternis. Per dn̄m. Super populū. Humiliate capitia vestra deo. Oratio.

Da q̄s dn̄e populis cristianis: et q̄ ꝓfitētur agnoscere: et celeste munus diligere: qd̄ frequētant. Per

¶ Feria. vi. quatuor tpm Offm̄.

De necessitatib9 meis eripe me dn̄e/vide hūilitatez meā & laborē meū: & dimitte oīa peccata mea. ps. Ad te leuaui aīam meā deus meus in te cōfido nō erubescā. Flectamus ge. Leuate. Oratio.

Esto dn̄e propicius plebi tue: et quam tibi facis esse deuotam: benigno refoue miserat9 auxilio. P.

¶ Lectio ezechielis prophete xviii.

Hec dicit dn̄s deus. Aīa q̄ peccauerit: ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: et

pater non portabit iniquitatem filii. Justicia iusti sup eū erit: et impietas impii erit sup eū. Si aūt impius egerit penitētiā: ab oībus pctīs suis que operatus est/ et custodierit oīa pcepta mea: et fecerit iudiciū et iusticiā: vita viuet et nō morietur. Oīm iniqtatū ei9 quas operatus est/ nō recordabor. In iusticia sua quā operatus est viuet. Nūqd volūtatis mee est mors impii/ dicit dñs deus: et nō magis vt cōuertatur a viis suis et viuat? Si aūt auerterit se iustus a iusticia sua: et fecerit iniqtatē scdm oēs abhoīatiōes: quas operari solet impius: nūquid viuet? Oēs iusticie eius quas fecerat: nō recordabuntur. In preuaricatiōe sua qua preuaricatus est: et in pctō suo quod peccauit: in ipsis morietur. Et dixistis Nō est equa via. Audite ergo dom9 israel. Nūqd via mea nō est equa/ et nō magis vie vestre praue sūt? Cum eniz auerterit se iustus a iusticia sua: et fecerit iniqtates/ morietur in eis. In iniusticia sua quā opatus est morietur. Et cū auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est: et fecerit iudiciū et iusticiā: ipse aīam suā viuificabit. Cōsiderās eni: et auertens se ab oībus iniqtatibus suis quas operatus est: vita viuet et nō morietur. Dicit dñs oīpotens. Gr. Saluū me fac seruum tuū: deus meus sperātē in te. V. Auribus percipe dñe orationē meā. Tractus.

Domine nō secūdū peccata nostra q̄ fecimus nos: neqz secūdū iniquitates nr̄as retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniqtatū nostrarū antiquarū: cito anticipēt nos mīe tue: qa pauperes facti sum9 nimis. Hic non fiat genuflectio dū dr V. Adiuua nos de9 salutaris noster: et propter gloriā noīs dñe libera nos: et propicius esto peccatis nostris: propter nomen tuum.

Secundū Johannem v.

In illo tēpore. Erat dies festus iudeorū et ascendit iesus hierosolymam. Est autem hierosolymis probatica piscina: que cognomiabatur hebraice bethsaida: quinqz porticus habens. In his iacebat multitudo magna lāguentiū: cecorum claudorum/ aridorum: expectantiū aque motū. Angelus autē dñi scdm tēpus descēdebat in piscinam: et mouebatur aqua: et quicūqz prior descendisset in piscinā post motionē aque/ sanus fiebat a quacunqz detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta et octo annos habēs in infirmitate sua. Hunc cum vidisset iesus iacentem et cognouisset quia multū iam tempus haberet: dicit ei. Uis sanus fieri? Respondit ei languidus. Dñe: hoiem non habeo vt cū turbata fuerit aqua: mittat me in piscinā. Dum venio eniz ego: alius ante me descēdit. Dicit ei iesus. Surge tolle grabatū tuū: et ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatū suū et ambulabat. Erat āt sabbatū in illa die. Dicebāt ergo iudei: illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatū tuum. Respōdit eis. Qui me fecit sanum: ille mihi dixit: tolle grabatum tuum et ambula. Interrogauerunt ergo eū. Quis est ille homo q̄ dixit tibi: tolle grabatum tuum et ambula?

Is āt q̄ sanus fuerat effectus: nesciebat quis esset. Jesus aūt declinauit a turba: cōstituta in loco. Postea inuenit eum iesus in templo: et dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare ne deterius tibi aliqͥd contingat. Abijt ille homo et nunciauit iudeis: quia iesus esset: qui fecit eum sanū. Offer. Benedic aīa mea dn̄o: et noli obliuisci oēs retributiones eius: et renouabitur sicut aquile iuuētus tua. ℣. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis et redimit de interitu vitam tuā: qui coronat te in miseratione et misericordia. Secreta.

Suscipe dn̄e q̄s munera nostris oblata seruitijs: & tua ppicius dona sanctifica. Per dominū. Cōio. Erubescant et conturbentur omnes inimici mei: auertantur retrorsum et erubescant valde velociter. Postcōio.

Per huius dn̄e operationē mysterij: et vicia nostra purgent̄ et iusta desideria cōpleātur. Per dominum nostrum iesum christum.

Super populum Oratio.

Exaudi nos misericors de⁹ et mētibus nostris gratie tue lumē ostende. Per dominum nostrum.

¶ Sabbato quatuor tpm Offm̄.

Intret orō mea in ɔspectu tuo: inclina aurē tuā ad precē meā. ps. Dn̄e deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Oēs orōes sine Dn̄s vobiscū dicunt̄ pter vltimā q̄ ē āte epistolā: et ad oēs orōes dr̄ Oremus. similiter et ad oēs oratiōes dicitur Flectamus genua. pterq̄ ad vltimā: et omnes lectiones cum suis titulis legantur. Oratio.

Populū tuum q̄s dn̄e propicius respice: atq̄ ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per do.

¶ Lectio libri deuteronomij. xxvi

In dieb⁹ illis. Locutus est moyses ad dn̄m dicēs. Respice dn̄e de sanctuario tuo: et de excelso celorū habitaculo: et bn̄dic ppl'o tuo israel: & terre quam dedisti nobis sicut iurasti patribus nostris: dare terrā lacte et melle manātē. Audi isrl'. Hodie dn̄s deus tuus p̄cepit tibi: vt facias mandata eius atq̄ iudicia: et custodias et ipleas ex toto corde tuo et ex tota aīa tua. Dn̄m elegisti hodie vt sit tibi deus: & ābules in vijs eius vt custodias cerimonias illius et mādata ei⁹ atq̄ iudicia et obedias eius imperio. En dn̄s elegit te hodie vt sis ei ppl's peculiaris sicut locut⁹ est tibi: et custodias oīa p̄cepta eius: et faciat te excelsiorē cūctis gētibus: quas creauit in laudē et nomē et gloriā suā: vt sis populus sāctus dn̄i dei tui: sicut locutus est tibi. Gr. Propicius esto dn̄e peccatis nostris: ne q̄n dicant gentes vbi est deus eorū. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et pter honorem nominis tui dn̄e libera nos. Nō repetat̄ grad. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Deus qui nos per temporalia ducis ad eterna: pretēde misericordiā tuam ad celestia pmissa nitentibus: et quia tuū est qd̄ in te credimus: tuū sit oē qd̄ viuimus. Per.

¶ Lectio libri deuteronomij xi.

In diebus illis. Dixit moyses filijs israel. Si custodieritis mādata que ego precipio vobis: & fe-

ceritis ea ut diligatis dn̄m deū vestrū et ābuletis in oībus viis eius adherē tes ei/disperdet dn̄s om̄es gētes istas ante faciē vestrā: et possidebitis eas q̄ maiores et fortiores vobis sūt. Om̄is loc⁹ quē calcauerit pes vester: vester erit. A deserto et libano et flumīe ma gno eufrate: vsq; ad mare occidētale erūt termini vestri: nullus stabit con tra vos. Terrorē vestrū et formidinē dabit dn̄s deus vester: sup oēm terrā quā calcaturi estis: sicut locutus est vobis: dn̄s deus vr̄. Gr. Protector no ster aspice de⁹ et respice sup seruos tuos. ℣. Dn̄e deus vtutū exaudi p̄ces seruorū tuorū

Orem⁹. Flectamus ge. Leua. Orō

Protector noster aspice deus vt q̄ malorū nostrorū pondere pre mimur: percepta misericordia libera tibi mente famulemur. Per dn̄m.

¶ Lectio libri machabeorū ii. i.

In diebus illis. Orationē facie bant sacerdotes: dū offerrēt sa crificiū pro populo israel: ionatha in choante: ceteris autē respōdētibus et dicētib⁹. Dn̄ faciat vobis deus: et me minerit testamenti sui: qd̄ ad abrahā ysaac/ et iacob locutus est seruorū suo rum fideliū. Et det vobis cor oībus vt colatis eū: et faciatis eius volūta tem: corde magno et animo volenti. Adaperiat dn̄s cor vestrū in lege sua: et in p̄ceptis suis: et faciat pacē. Ex audiat dn̄s oratiōes vestras et recōci liet vobis nec vos deserat in tp̄e malo dn̄s deus nr̄. Gr. Conuertere dn̄e ali quātulū: et deprecare super seruos tuos. ℣. Dn̄e refugiū factus es nobis: a generatio ne et p̄genie. Oremus. Flectamus ge nua. Leuate. Oratio.

Adesto q̄s dn̄e supplicationibus nostris: vt esse te largiēte me reamur: et inter prospera humiles: et inter aduersa securi. Per dn̄m nr̄m.

Lcō libri sapientie. xxxvi.

Miserere nr̄i deus oīm et respice nos et ostēde nobis lucē mise rationū tuarū et immitte timorē tuū sup gētes: q̄ non exquisierūt te: vt co gnoscant quia nō est deus nisi tu: vt enarrēt magnalia tua. Alleua ma num tuam super gentes alienas: vt videāt potētiā tuā. Sicut eni in con spectu eorū: sātificatus es in nobis: sic in ꝯspectu nostro magnificaberis in illis: vt cognoscant te: sicut et nos cognouimus: q2 nō est deus preter te dn̄e. Innoua signa: et immuta mira bilia. Glorifica manū et brachiū de xtrū. Excita furorē: et effūde iram. Extolle aduersariū: et afflige inimi cū. Festina tēpus: et memento finis vt enarrēt vniuersa mirabilia tua do mīe deus nr̄. Gr. Saluū fac populuz tuū dn̄e: et bn̄dic hereditati tue. ℣. Ad te dn̄e clamaui deus meus ne sileas a me: et ero si milis descendētibus in lacum. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio

Actiōes nr̄as q̄s dn̄e et aspirādo p̄ueni et adiuuādo ꝓseq̄re: vt cuncta nr̄a operatio et a te semp inci piat: et per te cepta finiat. Per dn̄m.

¶ Lectio danielis prophete iii.

Angelus domini descendit cum azaria et sociis eius in fornacē et excussit flammā ignis de fornace: et fecit medium fornacis quasi ven tum roris flantem. Flamma autem

diffusa est super fornacē: cubitis quadragintanouē: et incēdit quos repperit iuxta fornacē de caldeis ministros regis: q̄ eā incēdebāt. Illos autē oīno nō tetigit ignis: neq̄ cōtristauit: nec q̄cq̄ molestie itulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore laudabāt et glorificabāt: et bn̄dicebāt deū in fornace: dicentes. Bn̄dictus es dn̄e deus patrū nostrorū: et laudabilis et gl'iosus: et superexaltatus in secula. Et bn̄dictū nomen glorie tue qd̄ est sc̄ctū: et laudabile et superexaltatū in oībus seculis. Bn̄dictus es in templo sancto glorie tue: et superlaudabilis: et supergloriosus in secl'a. Bn̄dictus es ī throno regni tui: et suplaudabilis et superexaltatus in secula. Bn̄dictus es sup sceptrū regni diuinitatis tue: et superlaudabilis et superexaltatus in secula. Bn̄dictus es qui intueris abyssos: et sedes super cherubin: et superlaudabilis et super exaltatus in secula. Benedictus es q̄ ambulas super pennas ventorum: et sup vndas maris: et superlaudabilis et superexaltatus in secula. Duo clerici de secunda forma in superpelliciis ad gradum chori dicant tr.

Benedictus es in firmamento celi: et laudabilis et gloriosus in secula. Chorus idē. Clerici ℣. Bn̄dicite oīa opera dn̄i dn̄o: benedicite celi dn̄o: benedicite angeli domini dn̄o. Chorus post vnū quēq̄ ℣. respōdeat. Hymnū dicite et superexaltate eum in secula. Clerici ℣. Benedicite aque que super celos sūt dn̄o: benedicite oēs virtutes dn̄i dn̄o: benedicite sol et luna dn̄o. Chorus. Hymnū dicite. Clerici ℣. Benedicite stelle celi dn̄o: benedicite imber et ros dn̄o: benedicite oīs spiritus dei dn̄o. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite ignis et estus dn̄o: bn̄dicite noctes et dies dn̄o: benedicite tenebre et lumen domīo. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Benedicite frigus et cauma dn̄o: benedicite pruina et niues dn̄o: bn̄dicite fulgura et nubes dn̄o. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Benedicat terra dn̄o: bn̄dicite mōtes et colles dn̄o. bn̄dicite oīa nascētia terre dn̄o. Chorus Hymnum. Clerici ℣. Benedicite maria et flumina domīo: benedicite fontes dn̄o: benedicite cete et oīa que mouent in aq̄s dn̄o. Chorus. Hymnum. Clerici ℣. Benedicite volucres celi dn̄o: benedicite bestie et vniuersa pecora domino: benedicite filii hominū domīo. Chorus. Hymnū. Clerici ℣. Benedicat israel domīo: bn̄dicite sacerdotes dn̄i dn̄o: benedicite serui domini dn̄o. Chorus. Hymnum. Clerici ℣. Benedicite spūs et anime iustorū dn̄o: bn̄dicite sancti et humiles corde dn̄o. Chorus. Hymnum. Clerici ℣. Bn̄dicite anania azaria misael dn̄o. Chorus. Hymnū. Postea clerici reincipiāt tr. Bn̄dictus es in firmamēto. et p̄cāter a choro. sequit̄ Dn̄s vobiscū. et Oremus. Hic non dicat̄ Flectamus genua. Leuate. Oratio

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flāma viciorū. Per dn̄m Hic dicuntur memorie consuete.

Ad thessalonicenses i. v.

Fratres. Rogamus vos: corripite inquietos: consolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat:

sed semper qd̄ bonū est: sectamini in inuicē et in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate: in oībus gratias agite. Hec est enim volūtas dei in christo iesu: in omnibus vobis. Spiritū nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Omnia aūt pbate: qd̄ bonū est tenete: ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autē deus pacis sanctificet vos p oīa vt integer spūs vester et aīa: et corpus sine q̄rela in aduentu dñi nostri iesu xpi seruet̄. Duo clerici de secūda forma in capis nigris: ad gradū chori simul cātēt totum et integrum istum tractum.

Laudate dñm oīs gentes: et collaudate eum oīs populi. ℣. Quoniā confirmata est super nos misericordia eius et veritas dñi manet ineternū. Euāgel'. Secundum matheum xvii.

In illo tp̄e. Assūpsit iesus petrū et iacobū ⁊ iohannē fratrē eius: ⁊ duxit illos in montē excelsum seorsū: et transfiguratus est ante eos Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta aūt eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses et helias: cum eo loquentes. Respōdens autē petrus dixit ad iesū. Dñe: bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum/moysi vnum/et helye vnum. Adhuc eo loquēte: ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli: ceciderunt in faciem suam: et timuerūt valde. Et accessit iesus ⁊ tetigit eos: dixitq̄ʒ eis. Surgite: et noli timere. Leuantes autē oculos suos neminē viderunt: nisi solū iesum. Et descendentibus illis de mōte: precepit eis iesus dicens. Nemini dixeritis visionē donec filius hoīs a mortuis resurgat Offer. Dñe de' salutis mee in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in cōspectu tuo domine. ℣. Inclina aurē tuam ad precem meam domīe longe fecisti notos meos a me: clamaui ad te dñe tota die expādi manus meas ad te. Secreta.

Presentibus sacrificiis q̄s dñe ieiunia nr̄a sāctifica vt qd̄ obseruātia nr̄a pfitet̄ extrinsecus: intrinsecus operet̄. Per d̄. Cōio. Dñe deus meus in te spaui: libera me ab oībus persequentibus me et eripe me. Postcōio.

Quos diuino domine reficis misterio perpetuo defende presidio: et quos imbuistis celestibus institutis: salutaribus comitare solatiis. Si episcopus defuerit dicatur super populum hec oratio. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Fideles tuos dñe benedictio desiderata confirmet: que eos et a tua voluntate nunq̄ faciat discrepare et tuis semp indulgeat bn̄ficiis gratulari. Per. Tn̄ si eps p̄sens fuerit et ordines fecerit non dicetur.

¶ Dñica. ii. quadragesime Offiū.

Reminiscere miserationū tuarū dñe et mīe tue q̄ a seculo sūt: ne vnq̄ dominet̄ nobis inimici nostri libera nos deus israel ex oībus angustiis nostris. Ps. Ad te domine leuaui animā meā: deus me' in te confido non erubescam. Oratio.

Deus q̄ cōspicis omni nos v̄tute destitui: iterius exteriusq̄ʒ custodi: vt ab oībus aduersitatibus muniamur in corpore: ⁊ a prauis cogitatiōib⁹ mūdemur ī mēte. Per. Ep̄la

¶ Ad thessalonicenses i. iiii.

Fratres. Rogamus vos et obsecramus in dn̄o iesu: vt quēadmodū accepistis a nobis quomodo vos oportet ābulare: ⁊ placere deo: sic et ābuletis: vt abūdetis magis. Scitis eni que precepta dederim vobis p dn̄m iesum. Hec est eni voluntas dei sāctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatiōe: vt sciat vnusquisq̄ʒ vestrum suum vas possidere: in sāctificatione et honore: non in passione desiderii/sicut et gentes q̄ ignorant deū. Et ne quis supergrediatur neq̄ʒ circunueniat in negocio fratrem suum quoniā vindex est dn̄s de his omibus sicut prediximus vobis: et testificati sumus. Non eniʒ vocauit nos deus in immūdiciam: sed in sanctificationem. In cristo iesu: dn̄o nostro. Gr̄.

Tribulationes cordis mei dilatate sunt: de necessitatibus meis eripe me domīe. ℣. Vi de humilitatē meā et laborē meum: et dimitte omnia peccata mea. Tractus.

Dixit dn̄s mulieri chananee: nō est bonū sumere panē filoruʒ: et mittere canibus ad māducādū. ℣. At illa dixit etiaʒ dn̄e: nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dn̄oꝝ suoꝝ. ℣. Ait illi iesus o mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Secundum matheum xv.

In illo tp̄e. Egressus iesus secessit in partes tyri et sydonis: et ecce mulier chananea a finib⁹ illis egressa: clamauit dicēs ei. Miserere mei domīe fili dauid: filia mea male a demonio vexat̄. Qui nō respondit ei verbū. Et accedētes discipuli eius rogabāt eū dicētes. Dimitte eam: q̄ʒ clamat post nos. Ipse autē respōdēs ait. Nō sum missus: nisi ad oues que perierūt domus israel. At illa venit: et adorauit eum dicēs. Dn̄e adiuua me. Qui respōdens ait. Non est bonum sumere panē filiorū: et mittere canibus. At illa dixit. Etiā domine Nam et catelli edunt de micis: q̄ cadunt de mensa dn̄orum suorū. Tūc respondens iesus: ait illi. O mulier magna ē fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius: ex illa hora.

Offer̄. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mādata tua que dilexi. Secreta.

Ecclesie tue domīe munera placatus assume: que et misericors offerēda tribuisti: et in nostre salutis potenter efficis transire misterium. Per dominū. Prefatio quotid̄ Cōio. Intellige clamorem meum: intende voci orationis mee rex meus et deus meus quoniā ad te orabo domine. Postcōio.

Corporis et sanguinis sacrosancti dn̄e q̄s gratia nos sumpta viuificet: ⁊ quod misticis actionibus pollicetur: eternis effectibus largiat̄ Per. ¶ Feria secūda Officiū.

Redime me domine et miserere mei: pes enim meus stetit ī via recta: in ecclesiis benedicā dominū. Ps. Iudica me domīe quoniā ego in innocētia mea ingressus sū.

et in dño sperans non infirmabor. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Presta qs oipotes deus: vt familia tua que se affligendo carnē ab alimentis abstinet: sectando iusticiam a culpa ieiunet. Per dominū.

¶ Lectio danielis prophete ix.

In diebus illis. Orauit daniel ad dñm dicēs. Dñe deus nr̄ q̄ eduxisti populū tuū de terra egypti i manu forti: et fecisti tibi nomē scdm diē hāc: peccauim⁹/iniq̄tatē fecimus dñe: in oēm iusticiā tuā. Auertat̄ obsecro ira tua: et furor tuus a ciuitate tua hierusalē: et a monte sancto tuo. Propter peccata enī nostra: et iniq̄tates patrū nostrorū hierusalē et populus tuus in opprobriū sūt oibus p circuitū nostrū. Nunc ergo exaudi deus noster: orationē serui tui ⁊ p̄ces eius: et ostēde faciē tuā sup sāctuariū tuū qd̄ desertū est. Propter temetipsū inclina deus meus aurē tuam et audi: aperi oculos tuos et vide desolationē nostrā et ciuitatē sup quaȝ inuocatū est nomē tuū. Neq̄ȝ enī in iustificationibus nostris p̄sterninus p̄ces āte faciē tuam: sed in miseratioib⁹ tuis multis. Exaudi dñe placare dñe attēde ⁊ fac. Ne moreris p̄pter temetipsū deus meus: q2 nomē tuū inuocatū est sup ciuitatē: et sup ppl'm tuuȝ: dñe de⁹ nr̄. Gr. Adiutor me⁹ ⁊ liberator me⁹ esto dñe ne tardaueris. ℣. Cōfūdāt̄ et reuereāt̄ īimici mei q̄ q̄rūt aīaȝ meā. Tr.

Domine nō secūdū pctā nostra que fecimus nos: neq̄ȝ secundū iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domie ne memineris iniq̄tatū nostrarū āntiquaȝ: cito anticipēt nos mīe tue: q2 pau peres facti sumus nimis. Hic nō fiat genuflectio cū dr̄ ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriā nois tui dñe libera nos: et p̄picius esto peccatis nostris: p̄pter nomē tuū.

¶ Secundum Johannem viii.

In illo tēpore. Dixit iesus turbis iudeorū. Ego vado et queretis me: et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado vos non potestis venire. Dicebāt ergo iudei. Quo hic iturus est: ⁊ non inueniemus eū: Nunquid in dispersionem gentium iturus est/et docturus gentes: Dicebant ergo. Nunquid interficiet semetipsum: quia dicit: quo ego vado: vos non potestis venire: Et dicebat eis. Vos de deorsum estis: ego de superius sum. Vos de mundo hoc estis ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis q̄a ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei. Tu quis es: Dixit eis iesus. Principium qui ⁊ loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: sed qui misit me verax est. Et ego que audiui ab eo: hec loquor in mundo. Et non cognouerunt: quia patrem eius dicebat deū. Dixit ergo eis iesus. Cum exaltaueritis filium hominis: tunc cognoscetis quia ego sum. Et a meipso facio nihil: sed sicut docuit me pater: hec loquor. Et qui me misit mecum est et non reliquit me solū. Quia ego que placita sunt ei: facio semper. Offr.

Benedicā dñm q̄ tribuit michi intellectū: p uidebā deum in cōspectu meo semper: quo-

niā a dextris est michi ne cōmonear. ℣. Cō serua me dñe qm̄ i te sp̄aui ego dixi de⁹ me⁹ es tu dn̄s pars hereditatis mee. Secreta.

Hec hostia dñe placatiōis et laudis tua nos ppiciatiōe dignos efficiat. P. Cōio. Dñe dn̄s nr̄ q̄ admirabile ē nomē tuū i vniuersa tra. Postcō.

Hec nos cōmunio dñe purget a crimine: et celestis remediū faciat esse consortes. Per dominū nostrum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges: consuete mie tribue benign⁹ effectū. Per dn̄m. ¶ Feria.iii. Officiū.

Tibi dixi cor meum quesiui vultū tuum: vultū tuum dñe requiram ne auertas faciem tuam a me. P̄s. Dominus illuminatio mea: et salus mea quē timebo. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Perfice q̄s dñe benignus in nobis obseruantie sancte subsidium: vt que te auctore faciēda cognouimus te operāte cōplaceamus. Per

¶ Lectio libri Regum iii.xvii.

In diebus illis. Fctūs est sermo dñi: ad heliam thesbitē dicens. Surge et vade in sareptā sidoniorū et manebis ibi. Precepi enī ibi mulieri vidue: vt pascat te. Surrexit helias: et abiit in sareptā. Cūqꝫ venisset ad portā ciuitatis apparuit ei mulier vidua colligēs ligna. Et vocauit eā: dixitqꝫ ei. Da michi paululū aque in vase vt bibā. Cumqꝫ illa pergeret vt offerret: clamauit post tergum eius dicēs. Affer michi obsecro et buccellā panis in manu tua. Que respondit. Viuit dn̄s deus tuus: q̄a non habeo panē nisi quātū pugillus capere potest farine in hydria et paululū olei in lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar et faciā illō michi et filio meo: vt comedam⁹ et moriamur. Ad quā helias ait. Noli timere: sed vade et fac sicut dixisti. Verūtamē mihi primū fac de ipsa farinula subcinericiū panē paruulū et affer ad me: tibi āt et filio tuo facies postea. Hec āt dicit dn̄s de⁹ isrl' hydria farine nō deficiet: nec lechitus olei minuet: vsqꝫ ad diem in qua daturus est dn̄s pluuiā sup faciē terre. Que abiit et fecit iuxta v̄bū helie: et comedit ip̄a et illa: et dom⁹ eius tota. Et ex illa die hydria farine nō defecit: et lechitus olei nō est iminut⁹ iuxta v̄bū dñi: qd̄ locutus fuerat: in manu helie. Gr. Iacta cogitatū tuū i dño: et ipse te enutriet. ℣. Dū clamarē ad dn̄m exaudiuit vocē meā ab his q̄ appropinquāt michi. Secundū matheū xxiii.

In illo tp̄e. Locutus est iesus ad turbas: et ad discipulos suos dicens. Super cathedrā moysi: sederūt scribe et pharisei. Oia ergo que cūqꝫ dixerint vobis seruate et facite: secūdū vero opera eorū nolite facere. Dicūt enī et nō faciūt. Alligant enī onera grauia et iportabilia et imponūt in humeros hoim: digito aūt suo nolūt ea mouere. Oia vero opa sua faciunt: vt videant ab hoibus. Dilatant enim philatheria sua: et magnificāt fimbrias. Amāt aūt primos recubit⁹ in cenis: et primas cathedras i

synagogis: et salutationes in foro et vocari ab hoibus rabbi. Vos aut̄ no lite vocari rabbi/ vn⁹ est eni magister vester: oēs aūt vos fratres estis. Et patrē nolite vocare vobis super terrā Unus est eniz pater vester: q̄ in celis est. Nec vocemini magistri: q̄a magister vester vn⁹ est xp̄s. Qui maior est vestruz erit minister vester. Qui autē se exaltauerit humiliabit̄: et q̄ se humiliauerit: exaltabit̄. Offer. Miserere michi dn̄e secundū magnā mīam tuā dele domine iniquitatē meam. ℣. Quoniā iniquitatem meam ego agnosco: et delictum meum contra me est semper. Secreta.

Sanctificationē tuam nobis domine his mysteriis placatus operare: que nos et a terrenis purget viciis: et ad celestia dona perducat. Per d. Cōio. Narrabo omnia mirabilia tua: letabor et exultabo in te psallam nomini tuo altissime. Postcōio.

Sit nobis dn̄e q̄s medicina mentis et corporis q̄d de sācto altari tuo percepimus: vt nullis aduersitatibus fatigemur: qui tāti remedii participatiōe muniamur. Per dn̄m nostrum. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Propiciare dn̄e supplicatiōibus nostris: et aiarū nostrarū medere lāguoribus: vt remissiōe pcepta in tua semp bn̄dictiōe letemur. Per.

Feria quarta Officium.

Ne derelinquas me dn̄e deus meus ne discedas a me intende in adiutoriū meū: dn̄e virtus salutis mee. ps. Dn̄e ne in furore tuo arguas me: neq̄ı ira tua corripias me. Flectamus ge. Leuate. Orō.

Populū tuum q̄sumus dn̄e propicius respice: et quos ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxiis quoq̄ viciis cessare concede. Per dn̄m nostrū iesū christū filiū tuū. &c.

Lectio libri Hester xiii.

In diebus illis. Orauit hester ad dominū dicens. Domine deus rex omnipotens: in ditione tua cuncta sunt posita: et non est qui tue possit resistere volūtati. Si decreueris saluare nos: cōtinuo liberabimur Tu enim dn̄e fecisti celū & terram: & q̄cquid celi ābitu continet̄. Dn̄s oīm tu es: nec est q̄ resistat maiestati tue. Et nūc dn̄e rex regum deus abrahā miserere populo tuo quia volūt nos inimici nostri perdere: et hereditatez tuam delere. Ne despicias partē tuā quam redemisti de egypto: sed exaudi deprecationē nostram & propicius esto sorti: & funiculo hereditatis tue: et conuerte luctum nostrum in gaudium: vt viuentes laudemus nomē tuū. Et ne claudas ora canentiū te: domine deus noster. Grad. Saluum fac populum tuum domine: et benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamabo: deus meus ne sileas a me: et ero similis descendētibus in lacum. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me domine vide humilitatē meam et laborem meū: et dimitte oīa pctā mea. ℣. Ad te leuaui animā meā deus meus in te confido non erubescam: neq̄ irrideāt me inimici mei. ℣. Etenī vniuersi qui te expectant nō confūdentur: cōfūdāt̄ur oēs faciētes vana.

Secundum Matheū xx.

In illo tẽpore. Ascendẽs iesus hierosolymã: assũpsit duodeci discip'los suos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymã: et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis: et condẽnabũt eum morte et tradent eum gentibus ad illudendũ: et flagellandũ et crucifigẽdum. Et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorũ zebedei cum filiis suis: adorans et petens aliq̃d ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filii mei: vnus ad dexterã tuã: et vnus ad sinistram in regno tuo. Respõdens autẽ iesus dixit. Nescitis q̃d petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicũt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meũ bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audiẽtes decem: indignati sunt de duobus fratribus. Jesus aũt vocauit eos ad se: et ait. Scitis quia principes gentiũ dominãtur eorum: et qui maiores sũt potestatẽ exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed q̃cunq̃ voluerit inter vos maior fieri sit vester minister. Et q̃ voluerit inter vos primus esse: erit vester seruus. Sicut filius hoĩs nõ venit ministrari sed ministrare: et dare aĩam suam in redemptionem pro multis.

Offer. Ad te dñe leuaui animã meã deus meus in te cõfido nõ erubescã: neq̃ irrideãt me inimici mei: etenĩ vniuersi q̃ te expectãt nõ cõfundẽntur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me: q̃a tu es deus salutaris meus et te sustinui tota die.

Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus ppicius respice: et per hec sacro sancta cõmertia vincula peccatorum nostrorũ absolue. Per dñm.

Cõio. Justus dñs et iusticias dilexit: equitatem vidit vultus eius.

Postcõio.

Prosit nobis dñe q̃s misterii frequentata perceptio: vt a vetustatis cõditione purgati ad tue nouitatis icremẽta tẽdamus. Per.

Suppl'm. Hũiliate capita vestra. Orõ.

Deus innocẽtie restitutor et amator dirige ad te tuorũ corda seruorum/ vt spũs tui feruore cõcepto et in fide inueniant stabiles: et in opere efficaces. Per dñm in vnitate eiusdẽ

¶ Feria quinta

Officium.

Deus in adiutoriũ meum intẽde: dñe ad adiuuandũ me festina: cõfundãtur et reuereantur inimici mei qui querũt animã meam. ps. Auertantur retrorsũ et erubescãt: qui volũt michi mala. Flectamus genua. Leuate.

Oratio.

Presta nobis q̃sumus dñe auxilium gratie tue: vt ieiuniis et orationibus conuenienter intenti: liberemur ab hostibus mentis et corporis. Per dominum nostrum.

¶ Lectio hieremie prophete xvii.

In diebus illis. Locutus est hieremias propheta dicẽs. Maledictus homo qui confidit in homine: et ponit carnem brachium suum: et a domino recedit cor eius. Erit eñi quasi mirice in deserto: et nõ videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate ĩ deserto: in terra salsuginis

et inhabitabili. Benedictus vir q̄ cō-
fidit in dn̄o: et erit dn̄s fiducia eius.
Et erit quasi lignū qđ trāsplātatur
super aquas: quod ad humorē mittit
radices suas: et non timebit cum ve-
nerit estus. Et erit folium eius viri
de: et in tempore siccitatis nō erit sol-
licitum: nec aliquādo desinet facere
fructum. Prauum est cor hominis
et inscrutabile: quis cognoscet illud?
Ego dominus scrutās corda et pro-
bans renes: qui do vnicuiq̄ iuxta vi-
am suam: et iuxta fructum adinuē-
tionum suarum. Dicit dn̄s omnipo
tens. Gr. Propicius esto dn̄e pctīs nr̄is:
nequando dicant gentes vbi est deus eorū.
V. Adiuua nos deus salutaris noster: et pro
pter honorē nominis tui domine libera nos

Secundum Johannem v.

In illo tp̄e. Dixit iesus turbis
iudeorum. Nō possum ego a
meipso facere quicq̄: sed sicut audio
iudico. Et iudiciū meū iustū est: q̄a
non quero volūtatē meā sed volūta-
tem eius qui misit me. Si ego testi-
moniū perhibeo de meipso: testimo-
nium meū nō est verū. Alius est qui
testimoniū perhibet de me: et scio q̄a
verū est testimoniū eius qđ perhibet
de me. Vos misistis ad iohannē et te
stimonium perhibuit veritati. Ego
autē non ab hoīe testimoniū accipio:
sed hec dico/ vt vos salui sitis. Ille erat
lucerna ardens et lucens: vos autem
voluistis ad horā exultare i luce eius.
Ego autē habeo testimoniū: maius
iohanne. Opera enim que dedit mi-
chi pater vt perficiam ea: ipsa opera
que ego facio testimoniū perhibēt de
me: quia pater me misit. Et qui mi
sit me pater: ip̄e testimoniū perhibet
de me. Neq̄ vocē eius vnq̄ audistis
neq̄ speciē eius vidistis. Et verbum
eius nō habetis in vobis manēs: quia
quem misit ille: huic vos nō creditis.
Scrutamini scripturas in q̄bus pu-
tatis vos vitam eternā habere: et ille
sūt q̄ testimoniū perhibēt de me. Et
nō vultis venire ad me: vt vitā eter-
nā habeatis. Claritatē ab hoībus nō
accipio sed cognoui vos: q̄ dilectionē
dei nō habetis in vobis. Ego veni in
noīe patris mei: et nō accepistis me.
Si alius venerit in noīe suo: illū acci
pietis. Quomodo vos potestis crede
re q̄ gloriā ab inuicē accipitis: et glo-
riam q̄ a solo deo est: non q̄ritis? No-
lite putare: q̄a ego accusaturus sum
vos apđ patrē: est q̄ accusat vos moy
ses in quo vos speratis. Si eni crede
retis moysi/ crederetis forsitā et michi
De me ille scripsit. Si aūt illius lit-
teris nō creditis: quō verbis meis cre
detis? Offr. Precatus est moyses in cō-
spectu dn̄i dei sui et dixit: precatus est moy-
ses in conspectu dn̄i dei sui et dixit: quare do
mine irasceris in populo tuo: parce ire aīe
tue: memēto abraham ysaac et iacob: quib⁹
iurasti dare terrā fluentē lac et mel: et placa
tus factus est dominus de malignitate quā
dixit facere populo suo. V. Dixit dominus
ad moysen inuenisti gratiā in cōspectu meo
et scio te pre omnibus: et festinans moyses
inclinauit se in terram et adorauit dicens.
scio quia misericors es in milibus auferens
iniquitatem et peccata. Secreta.

Deus cui omniū sacrificiorum
varietate finita hostiam: nūc

offerimus singularem adesto votis
tua inspiratiõe cõceptis: vt in te spe=
rãtiũ et desideria iubeas pfici: et pctã
deleri. Per dñm. Cõio. Qui mandu=
cat meã carnẽ et bibit meũ sanguinẽ: in me
manet et ego in eo dicit dñs. Postcõio.

Gratia tua nos dñe q̃s non dere=
linquat: que et sacre nos dedi=
tos faciat seruituti: et tuã nobis opẽ
semper acquirat largitatis: et ab om
nib⁹ tueatur aduersis. Per dominũ
nostrum. Super populum. Humi
liate capita vestra deo. Oratio.

Adesto dñe famulis tuis: et per=
petuã benignitatẽ largire po=
scentibus: vt his q̃ te auctore ⁊ guber
natore gloriant̃ et cõgregata restau=
res: et restaurata conserues. Per do.

¶ Feria. vi. Ad missã Officiũ.

Ego autẽ cum iusticia appa
rebo in conspectu tuo: sa=
tiabor dum manifestabi=
tur gloria tua. Ps. Exaudi domine iu=
sticiã meam: intende deprecationem meam.
Flectamus genua. Leuate. Oratio

Da q̃s omnipotens deus: vt sacro
nos purificante ieiunio since=
ris mentibus ad sancta ventura fa=
cias peruenire. Per dominũ nostrũ.

Lectio libri Genesis xxxvii.

In diebus illis. Dixit iosep̃ fra
tribus suis. Audite somnium
meũ q̃d vidi. Putabã nos ligare ma=
nipulos in agro et quasi consurgere
manipulũ meũ et stare vestrosq̃ ma
nipulos circũstãtes adorare manipu
lum meũ. Responderũt fratres eius
Nũquid rex noster eris: aut subiicie=
mur ditioni tue? Hec ergo causa som
niorum atq̃ sermonũ inuidie et odii
fomitem ministrauit. Aliud quoq̃
vidit somniũ: q̃d narrans fratribus ait
Vidi per somniũ quasi solẽ ⁊ lunam: ⁊
stellas vndecim: adorare me. Quod
cum patri suo ⁊ fratribus retulisset:
increpauit eum pater suus et dixit.
Quid sibi vult hoc somniũ quod vi=
disti? Nunq̃d ego et mater tua et fra
tres tui adorabimus te super terram?
Inuidebant ei igitur fratres sui: pa=
ter vero rem tacitus considerabat.
Cumq̃ fratres illius in pascẽdis gre
gibus patris morarentur in sichem:
dixit ad eũ israel. Fratres tui pascũt
oues in sichimis: veni mittam te ad
eos. Quo respõdente presto sum ait.
Vade et vide: si cuncta prospera sint
erga fratres tuos ⁊ pecora: et renun=
cia michi q̃d agatur. Missus de val=
le ebron: venit in sichẽ. Inuenitq̃ eũ
vir errantem in agro et interrogauit
eum quid quereret. At ille respondit
Fratres meos quero. Indica michi
vbi pascũt greges. Dixitq̃ ei vir: re=
cesserunt de loco isto. Audiui autem
eos dicẽtes: eamus in dothaim. Per=
rexit ergo ioseph post fratres suos: et
inuenit eos in dothaym. Qui cum
vidissent eum procul: anteq̃ accede=
ret ad eos: cogitauerũt illum occide=
re: et mutuo loquebantur. Ecce sõ=
niator venit. Venite occidamus eũ
et mittamus in cisternã veterẽ: dice=
musq̃ fera pessima deuorauit eum.
Et tũc apparebit q̃d illi prosint som=
nia sua. Audiẽs autẽ hec rubẽ: nite=
batur liberare eũ de manibus eorum
⁊ dicebat. Non interficiamus aĩam

eius: nec effundamus sãguinem sed proicite eum in cisternã hanc que est in solitudine: manusq3 vestras serua te innoxias. Hoc autẽ dicebat: volẽs eum eripere/de manibus eorũ et red- dere patri suo. Gr. Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Vsus. Domine libera animã meam a labiis ini- quis et a lingua dolosa. Tractus.

D Omine nõ secũdũ pctã nostra que fecimus nos: neq3 secundũ iniquita tes nostras retribuas nobis. V. Domie ne memineris iniquitatũ nostrarum antiqua rum: cito anticipent nos mie tue: quia pau- peres facti sumus nimis. Hic non fiat ge nuflectio cum dicit᷑ V. Adiuua nos de᷒ salutaris noster: ꝛ propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propicius esto pec- catis nostris/propter nomen tuum.

¶ Secundũ Matheum xxi.

I N illo tpe. Dixit iesus discipu lis suis et turbis iudeorũ. Ho mo quidã erat paterfamilias q̃ plan tauit vineã: et sepẽ circũdedit ei. Et fodit in ea torcular et edificauit tur- rim: et locauit eã agricolis et peregre ꝑfectus est. Cũ autẽ tẽpus fructuũ appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas: vt acciperẽt fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius aliũ ceciderũt: aliũ occiderũt: aliũ vo lapidauerũt. Iterũ misit alios seruos plures prioribus: et fecerũt illis simi- liter. Nouissime ãt misit ad eos filiũ suũ dicẽs. Verebũt᷑ filiũ meũ. Agri- cole aũt vidẽtes filiũ: dixerũt intra se Hic est heres/venite occidamus eũ: ꝛ habebimus hereditatẽ eius. Et ap- prehensũ eũ/eiecerunt extra vineã: et occiderunt. Cum ergo venerit dñs vinee: q̃d faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: et vineã suã locabit aliis agricolis: q̃ reddãt ei fru ctum tẽporibus suis. Dicit illis iesus Nũq̃ legistis i scripturis lapidẽ quẽ reprobauerũt edificãtes: hic fctũs est in caput anguli? A dño factũ est istõ et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis q̃a auferet᷑ a vobis regnũ dei: et dabit᷑ gẽti faciẽti fructus eius. Et q̃ ceciderit sup lapidẽ istũ cõfrin- getur. Super quẽ vero ceciderit: cõ- teret eum. Et cum audissent princi pes sacerdotum ꝛ pharisei parabolas eius: cognouerunt ꝙ de ipsis diceret. Et querẽtes eum tenere: timuerũt turbas. Quoniã sicut prophetã: eũ habebant. Offr. Domie in auxilium meum respice: confundantur et reuereãtur qui querunt animã meam vt auferãt eam. V. Auertantur retrorsum et erubescant qui cogitant michi mala. Secreta.

H Ec in nobis sacrificia domine deus et actione permaneant ꝛ operatione firmentur. Per dominũ. Cõio. Tu dñe seruabis nos et custodies nos a generatiõe hac ineternũ. Postcõio.

F Ac nos dñe q̃s accepto pignore salutis eterne sic tẽdere cõgru- enter: vt ad eam ꝑuenire possimus. Per dñm. Super populũ. Humilia te capita vestra deo. Oratio.

D A q̃sumus dñe populo tuo sa- lutẽ mentis et corporis: vt bo- nis operibus inherendo tue semper virtutis mereatur protectione defen di. Per dominũ nostrũ. ¶ Sabba- to post Reminiscere Officium.

Lex dñi irreprehẽsibilis cõuertẽs aĩas / testimonium dñi fidele sapiẽtiã prestãs paruulis. ps. Celi enarrant gloriã dei: et opera manuũ eius annunciat firmamẽtũ. Flectamus genua. Leuate. Oratio

Da q̃s domine nostris effectũ ieiuniis salutarez: vt castigatio carnis assumpta: ad nostrarũ vegetationem transeat animarũ. Per d.

Lectio libri genesis. xxvii.

In diebus illis. Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrez tuũ loquentẽ cũ esau fratre tuo: et dicentẽ ei. Affer michi de venatiõe tua et fac cibos vt comedã et bñdicã tibi coram dño antequã moriar. Nũc ergo fili mi acquiesce cõsiliis meis: et pgẽs ad gregẽ affer michi duos hedos optimos: et faciã ex eis escas patri tuo: q̃bus libẽter vescit. Quas cũ intuleris et comederit bñdicat tibi priusquã moriatur. Cui ille respondit. Nosti: qd̃ esau frater meus homo pilosus sit: et ego lenis. Si attrectauerit me pater meus et senserit / timeo ne putet sibi me voluisse illudere: et inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater In me sit ait ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meam: et pergẽs affer que dixi. Abiit et attulit deditq; matri. Parauit illa cibos: sicut nouerat velle patrem illius: et vestibus esau valde bonis quas apd̃ se habebat domi induit eum. Pelliculasq; hedorum circundedit manibus: et colli nuda protexit Deditq; pulmentum et panes quos coxerat tradidit. Quib9 illatis dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio Quis es tu fili mi? Dixitq; iacob. Ego sũ esau primogenitus tuus feci tibi sicut p̃cepisti michi. Surge sede et comede de venatiõe mea: vt benedicat michi aĩa tua. Rursũ ysaac ad filiuz suũ. Quomodo inq̃t tã cito inuenire potuisti fili mi? Qui respõdit. Volũtas dei fuit: vt cito occurreret michi: qd̃ volebã. Dixitq; ysaac. Accede huc vt tangã te fili mi: et probẽ vtrum tu scis filius meus esau an non. Accessit ille ad patrẽ et palpato eo dixit ysaac. Vox quidez vox iacob est: sed manus man9 sũt esau. Et nõ cognouit eũ: q̃a pilose manus similitudinẽ maioris expresserãt. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus esau? Respondit. Ego sum. At ille. Affer michi inq̃t cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi aĩa mea Quos cũ oblatos comedisset obtulit ei etiã et vinũ. Quo hausto: dixit ad eũ. Accede ad me: et da michi osculũ fili mi. Accessit: et osculatus est euz. Statimq; vt sensit vestimẽtorũ illi9 fragrantiã: benedicens illi ait. Ecce odor filii mei / sicut odor agri pleni: cui bñdixit dñs. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiam frumenti et vini et olei: et seruiãt tibi populi et adorent te tribus. Esto dñs fratrũ tuorũ: et incuruent ante te filii matris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus et q̃ bñdixerit tibi: bñdictiõibus repleat. Vix ysaac sermonẽ impleuerat: et egresso iacob foras venit esau. Coctosq; de venatione cibos intulit patri dicens.

Surge pater mi: et comede de venatione filii tui vt benedicat michi aia tua. Dixitq illi ysaac. Quis eniz es tu? Qui respodit. Ego su fili9 tuus primogenitus esau. Expauit ysaac stupore vehementi: et vltra q credi potest admirans ait. Quis igit ille est: q dudu capta venatione attulit michi: et comedi ex oibus priusq tu venires? Benedixiq illi: et erit benedictus. Auditis esau sermonibus pris: irrugiit clamore magno: et costernatus ait. Benedic etiaz et michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: et accepit benedictione tuam. At ille subiunxit. Juste vocatum est nomen eius iacob: supplantauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nuc secudo surripuit benedictione meam. Rursusq ad patre. Nuquid no reseruasti ait et michi benedictione? Respondit ysaac. Dnm tuum illum constitui et oms fratres suos seruituti illius sub iugaui. Frumeto et vino et oleo stabiliui euz: et tibi post hec fili mi vltra quid facia? Cui esau. Nu vnaz inqt tatu bndictione habes pater? Michi quoq obsecro: vt benedicas. Cumq eiulatu magno fleret motus isaac dixit ad eum. In pinguedine terre et in rore celi desuper erit benedictio tua.

Gr. Bonum est confiteri dno et psallere nomini tuo altissime. V. Ad anunciadu mane miam tuam et veritate tuam per nocte.

¶ Secundum Lucam xv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabola hanc. Homo quida habuit duos filios: et dixit adolescetior ex illis patri. Pater da michi portione substatie q me cotingit. Et diuisit illis substantia. Et non post multos dies: cogregatis oibus adolescentior filius peregre pfectus est in regionem loginqua: et ibi dissipauit substantia sua viuedo luxuriose. Et postq oia cosumasset: fcta est fames valida in regioe illa: et ipse cepit egere. Et abiit et adhesit vni ciuiu regionis illius: et misit illu in villa sua vt pasceret porcos. Et cupiebat implere vetrem suu de siliquis/quas porci maducabat: et nemo illi dabat. In se aute reuersus: dixit. Quati mercennarii in domo patris mei abudat panibus: ego aut hic fame pereo. Surgam et ibo ad patre meu: et dicam ei Pater peccaui in celu et cora te: ia no su dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnu ex mercennariis tuis. Et surgens: venit ad patre suu. Cu aut adhuc longe esset: vidit illu pater ipsius et mia motus est. Et accurrens cecidit supra collum eius et osculatus est eu. Dixitq ei filius. Pater/peccaui in celu et cora te: ia non su dignus vocari filius tuus. Dixit aute pater ad seruos suos. Cito proferte stolam prima/et induite illu: et date annulu in manu eius/et calciameta in pedes eius. Et adducite vitulu saginatu et occidite et maducemus et epulemur qa hic filius meus mortuus erat: et reuixit perierat et inuetus est. Et ceperut epulari. Erat at filius eius senior in agro. Et cu veniret et appropinquaret domui: audiuit symphoniam et choru. Et vocauit vnum de

seruis: et interrogauit q̄d hec essent. Js q3 dixit illi. Frater tuus venit: et occidit pater tuus vitulū saginatū: q̄a saluū illum recepit. Indignatus est aūt: et nolebat introire. Pater ergo illius egressus: cepit rogare illum At ille respōdēs dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: et nūq̄ mādatū tuū p̄terivi: et nunq̄ dedisti michi hedū vt cum amicis meis epularer. Sed postq̄ hic filius tuus q̄ deuorauit substātiā suā cū meretricibus venit: occidisti illi vitulū saginatū. At ipse dixit ei. Fili tu semp mecū es: et oīa mea tua sūt. Epulari aūt ⁊ gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus fuerat: ⁊ reuixit. Perierat/ et inuentus est. Offr. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Vsus. Vsq3quo domine obliuisceris me in finem: quamdiu ponam consilia in anima mea. Secreta.

His sacrificiis dñe cōcede placatus: vt q̄ pp̄riis oramus absolui delictis: non grauemur externis. Per d. Cōio. Oportet te fili gaudere q̄a frater tuus mortuus fuerat et reuixit: perierat et inuentus est. Postcōio.

Sacramēti tui dñe diuina libatio penetralia nostri cordis infūdat: et sui nos participes potenter efficiat. Per d. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Familiā tuam q̄s dñe continua pietate custodi vt q̄ in sola spe gratie celestis innititur/ celesti etiam protectione muniatur. Per dñm.

¶ Dñica. iii. quadragesime Offm.

Oculi mei semp ad dominū quoniā ipse euellet de laq̄o pedes meos: respice in me et miserere mei qm̄ vnicus ⁊ paup sū ego. Ps. Ad te dñe leuaui aīam meā deus meus in te confido nō erubescā. Oratio.

Quesumus omīpotens deus vota humiliū respice: atq3 ad defensionē nostram: dexteram tue maiestatis extende. Per dominū nostrū

¶ Ad ephesios v.

Fratres. Estote imitatores dei sicut filii carissimi et ambulate in dilectione sicut et cristus dilexit nos: et tradidit semetipsum p nobis oblationē et hostiam deo in odorē suauitatis. Fornicatio autem et omnis immundicia/ aut auaricia/ nec nominetur in vobis sicut decet sāctos: aut turpitudo/ aut stultiloquiū/ aut scurrilitas q̄ ad rem non pertinet sed magis gratiarū actio. Hoc autem scitote intelligētes: quod oīs fornicator: aut immūdus: aut auarus: q̄d est ydolorum seruitus nō habet hereditatez in regno xp̄i et dei. Nemo vos seducat inanib9 vbis. Propter hec enī venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorū. Eratis enī aliquādo tenebre nunc autem lux in domino. Ut filii lucis āmbulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et iusticia et veritate. Grad. Exurge domine non preualeat homo: iudicent̄ gentes in conspectu tuo. V. In conuertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur et perient a facie tua. Tractus.

Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Vsus. Ecce sicut oculi

seruorũ in manibus dominorũ suorum. V. Et sicut oculi ancille in manibus dñe sue. V. Ita oculi nostri ad dñz deũ nostrũ donec misereat nostri. V. Miserere nobis dñe miserere nobis. ¶ Scdm Lucam xi.

In illo tpe. Erat iesus eiiciẽs demoniũ: et illud erat mutũ. Et cũ eiecisset demoniũ locutus est mutus: et admirate sũt turbe. Quidam aũt ex eis: dixerũt. In beelzebub principe demoniorũ eiicit demonia. Et alii tẽptãtes: signũ de celo querebant ab eo. Ipse autẽ vt vidit cogitatiões eorũ: dixit eis. Omne regnũ in seipsũ diuisũ desolabit: et domus supra domũ cadet. Si aũt et sathanas in seipsũ diuisus est: quomodo stabit regnuz ipsius: q̃a dicitis in beelzebub eiicere me demonia. Si autem ego i beelzebub eiicio demonia: filii vestri in quo eiiciunt. Ideo et ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto peruenit in vos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea que possidet. Si autẽ fortior illo superueniens vicerit eum vniuersa arma eius auferet: in quibus cõfidebat et spolia eius distribuet. Qui non est mecum: aduersũ me est. Et qui non colligit mecum: dispergit. Cum immundus spũs exierit ab hoie: ambulat per loca inaquosa querens requiẽ et non inueniens dicit. Reuertar in domũ meam: vnde exiui. Et cũ venerit inuenit eam scopis mũdatam. Tunc vadit: et assumit septem alios spiritus secũ nequiores se: et ingressi habitãt ibi. Et fiunt nouissima hois illius peiora prioribus. Factũ est aũt cũ hec diceret extollens vocẽ q̃dã mulier de turba: dixit illi. Beatus vẽter qui te portauit: et vbera q̃ suxisti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Offer. Iusticie domini recte letificãtes corda: et dulciora super mel et fauũ: nam et seruus tuus custodit ea. Secreta.

Suscipe q̃sumus domie deuotorum munera famulorz et tua diuinis purifica seruiẽtes pietate misteriis: quibus etiam iustificas ignorantes. Per dñz. Cõio. Passer inuenit sibi domũ: et turtur nidũ vbi reponat pullos suos: altaria tua domie virtutũ rex meus et deus meus: beati qui habitant in domo tua in seculũ seculi laudabunt te. Postcõio.

A cunctis nos dñe reatibus et periculis ppiciat⁹ absolue: quos tanti misterii tribuis esse participes. Per d. ¶ Feria.ii. Officium.

In deo laudabo verbuz in domio laudabo sermonez in deo speraui: nõ timebo quid faciat michi homo. Ps. Miserere mei deus quoniam cõculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Cordibus nostris q̃s dñe gratiã tuam benignus infunde: vt sicut ab escis corporalibus abstinemus ita sensus quoq; nostros a noxiis retrahamus excessibus. Per dominũ. ¶ Lectio libri regum iiii. v.

In diebus illis. Naamã princeps militie regis sirie: erat vir magnus apud dominũ suum: et honoratus. Per illum enim: dedit dñs

salutem syrie. Erat autē vir fortis et diues: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerāt latrūculi: et captiuam duxerāt de terra israel puellā paruulā que erat in obseq̄o vxoris naamā. Que ait ad dn̄am suā. Utinā fuissē dn̄s meus ad pphetā q̄ est i samaria: pfecto curasset eū a lepra quā habet. Ingressus est itaq3 naaman ad dn̄m suū: et nūciauit ei dicēs. Sic et sic locuta est puella de terra isrl'. Dixitq3 ei rex syrie. Uade: et mittā litteras ad regē israel. Qui cū pfectus esset: et tulisset secū decē talēta argenti: et sex milia aureos et decem mutatoria vestimētorū: detulit litteras ad regē israel in hec verba. Cū acceperis epistolā hāc/scito q̄d miseri ad te naamā seruū meū: vt cures eum a lepra sua. Cunq3 legisset rex israel litteras: scidit vestimēta sua et ait. Nūq̄d deus ego sū vt occidere possim et viuificare: q̄a iste misit ad me vt curē hoīem a lepra sua: Animaduertite et videte: quot occasiones querat aduersū me. Quod cum audisset heliseus vir dei scidisse videlicet regē israel vestimenta sua: misit ad eū dicēs. Cur scidisti vestimēta tua: Ueniat ad me: et sciat esse pphetā in israel. Uenit ergo naamā cū equis et curribus et stetit ad ostium domus helisei. Misitq3 ad eū heliseus nūciū dicens. Uade: et lauare septies in iordane et recipiet sanitatem caro tua: atq3 mundaberis. Iratusq3 naaman recedebat dicens. Putabā q̄d egrederet' ad me: et stans inuocaret nomē dn̄i dei sui: et tangeret manu sua locum lepre: et curaret me. Nunq̄d non meliores sūt abana et pharfar fluuii damasci: oībus aq̄s israel: vt lauer in eis et munder: Cū ergo vertisset se et abiret indignans: accesserunt ad eum serui sui/et locuti sūt ei. Pater etsi rem grandē dixisset tibi propheta. Certe facere debueras Quantomagis quia nunc dixit tibi: lauare et mundaberis: Descendit et lauit in iordane septies: iuxta sermonem viri dei: et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli et mūdatus est a lepra. Reuersusq3 ad virum dei cū vniuerso comitatu suo: venit et stetit corā eo: et ait. Uere scio q̄d non sit deus alius in vniuersa terra: nisi tantum dn̄s deus israel. Gr. Deus vitā meam nunciaui tibi posuisti lachrimas meas in conspectu tuo. V. Miserere michi domine quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Tractus.

Domine non secundū pctā nostra q̄ fecimus nos: neq3 secundū iniquitates nostras retribuas nobis. V. Domīe ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue: q̄a pauperes facti sumus nimis. Hic nō fiat genuflectio cum dicit' V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domīe libera nos: et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Secundum Lucam iiii.

In illo tempore. Dixerūt pharisei ad iesum. Quanta audiuimus facta in capharnaū fac et hic in patria tua. Ait aūt. Amē dico vobis: quia nemo ppheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis multe vidue erant in diebus helye in

israel quando clausũ est celum annis
tribus et mensibus sex: cũ facta esset
fames magna in oĩ terra: et ad nullā
illarũ missus est helyas: nisi ĩ sareptā
sydonie ad mulierē viduā. Et mul-
ti leprosi erāt in israel sub heliseo pro-
pheta: et nemo eorũ mũdatus est nisi
naamā syrus. Et repleti sũt oms in
synagoga ira: hec audiētes. Et sur-
rexerũt et eiecerũt illũ extra ciuitatē:
et duxerũt illũ vsq; ad supercliũ mõ-
tis: sup quē ciuitas illorũ erat edifica
ta: vt precipitarent eũ. Ipse aũt tran
siens per mediũ illorum ibat. Offer.
Exaudi deus orationē meam et ne despexe
ris deprecationē meam: intende in me et ex-
audi me. ℣. Conturbatus sum a voce ini-
mici et a tribulatione peccatoris: et expecta-
bam eum qui me saluũ faceret. Secreta.

Munus qđ tibi dñe nostre serui-
tutis offerim⁹: tu salutare no
bis perfice sacramētũ. Per dominũ.
Cõio. Quis dabit ex syon salutare israel
cum auerterit dñs captiuitatē plebis sue ex-
ultabit iacob et letabitur israel. Post cõio.

Presta q̃s oĩps ⁊ misericors deus
vt q̃ ore cõtingimus: pura mē
te capiamus. Per. Sup pplm. Hu
miliate capita vestra deo. Oratio.

Subueniat nobis q̃s dñe miseri-
cordia tua: vt ab imminenti-
bus peccatoꝝ nostrorum periculis te
mereamur protegente eripi: te libe-
rante saluari. Per dñm nostrum.

¶ Feria .iiii. Ad missā Officium.

Ego clamaui: quoniā exau
disti me deus/inclina au-
rem tuam ⁊ exaudi verba
mea custodi me dñe vt pupillā oculi
sub vmbra alaꝝ tuaꝝ ꝓtege me. ps.
Exaudi dñe iusticiā meā intēde deꝓcationē
meā. Flectamus ge. Leuate. Oratio

Exaudi nos oĩpotens et miseri-
cors deus: et continentie salu-
taris propicius nobis dona concede.
Per dominum nostrum.

¶ Lectio libri Regum iiii. iiii.

In diebus illis. Mulier quedā
clamabat ad heliseũ prophetā
dicēs. Seruus tuus vir meus mor-
tuus est: et tu nosti quia seruus tuus
fuit timens deũ. Et ecce creditor ve
nit/vt tollat duos filios meos ad ser-
uiēdũ sibi. Cui dixit heliseus. Quid
vis vt faciā tibi? Dic michi: quid ha-
bes in domo tua? At illa respondit.
Non habeo ancilla tua quicq̃ in do-
mo mea: nisi parum olei quo vngar.
Cui ait. Vade et pete mutuo ab oĩ-
bus vicinis tuis: vasa vacua nõ pau-
ca: ⁊ ingredere domũ tuam: ⁊ claude
ostiũ cuꝫ intrinsecus fueris tu et filii
tui. Et mitte inde in oĩa vasa hec: et
cũ plena fuerint tolles. Iuit itaq; mu
lier: ⁊ clausit ostiũ sup se: et sup filios
suos. Illi offerebant vasa: et illa infũ
debat. Cumq; plena fuissent vasa:
dixit ad filiũ suũ. Affer michi adhuc
vas. Et ille respondit. Non habeo.
Stetitq; oleũ. Venit autem illa: et
indicauit hoĩ dei. Et ille. Vade inq̃t
et vende oleũ: et redde creditori tuo.
Tu aũt et filii tui: viuite de reliquo.
Gr. Ab occultis meis munda me domine
et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei nõ
fuerint dominati tunc immaculatus ero: et
emundabor a delicto maximo.

¶ Secundũ Matheum. xviii.

In illo tēpore. Respiciēs iesus discipulos suos: dicit symoni petro. Si peccauerit i te frater tuus: vade et corripe eū inter te et ipsū solū. Si te audierit lucratus eris fratrem tuū. Si aūt te nō audierit: adhibe tecū adhuc vnū vel duos: vt i ore duorꝫ vel triū testiū: stet oē vbū. Qđ si non audierit eos: dic ecclesie. Si āt ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Amē dico vobis. Quecunqꝫ alligaueritis super terrā: erūt ligata et in celo. Et q̄cūqꝫ solueritis sup terrā: erūt soluta et in celo. Iterū dico vobis q̄a si duo ex vobis cōsenserint sup terrā de oī re quācunqꝫ petierint: fiet illis a patre meo q̄ i celis est. Ubi enim sūt duo vel tres cōgregati in noīe meo: ibi sum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum dixit Dn̄e/quotiens peccabit in me frater meus: et dimittam ei: vsqꝫ septies? Dixit illi ihesus. Non dico tibi vsqꝫ septies: sed vsqꝫ septuagies septies. Offer. Dextera dn̄i fecit virtutē: dextera dn̄i exaltauit me: nō moriar sed viuā et narrabo opera dn̄i. ℣. In tribulatiōe inuocaui dn̄m/et exaudiuit me in latitudine: quoniā dominus adiutor meus est. Secreta.

Per hec veniat q̄s domine sacramenta nostre redēptiōis effectus: qui nos ⁊ ab humanis retrahat sēper excessibus: et ad salutaria cuncta perducat. Per dn̄m. Cōio. Dn̄e q̄s habitabit in tabernaculo tuo: aut q̄s requiescet in monte sancto tuo: q̄ ingredit̄ sine macula et operatur iusticiam. Postcōio.

Sacris dn̄e misteriis expiati: et veniam q̄sumus cōsequamur et gratiā. Per dn̄m. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Orō.

Tua nos dn̄e protectiōe defende et ab oī semp iniq̄tate custodi. Per dn̄m. ¶ Feria. iiii. Officiū.

Ego autē in domino speraui exultabo et letabor in tua mīa quia respexisti humilitatē meam. ps. In te dn̄e speraui non cōfūdar ineternū in iusticia tua libera me. Flectamus genua. Leuate. Oratio

Presta nobis q̄s dn̄e: vt salutaribus ieiuniis eruditi: a noxiis quoqꝫ viciis abstinentes: propiciationem tuā facilius impetremus. Per.

¶ Lectio libri Exodi. xx.

Hec dicit dn̄s deus. Honora patrem tuum ⁊ matrē tuam: vt sis longeuus super terram quaꝫ dn̄s deus tuus dabit tibi. Non occides nō mechaberis/non furtum facies: non loqueris contra proximū tuum falsum testimonium. Non cōcupisces domum proximi tui/nec desiderabis vxorē eius/non seruū/nō ancillā/non bouē/non asinū/nec oīa que illius sunt. Cunctus aūt populus audiebat voces et videbat lampades: et sonitum buccine: montemqꝫ fumigātem: et perterriti ac pauore percussi steterunt procul dicentes moysi. Loquere tu nobis: et audiemus. Non loquat̄ nobis dominus ne forte moriamur. Et ait moyses ad populū. Nolite timere. Ut enim probaret vos venit deus: ⁊ vt terror illius esset in vobis et non peccaretis. Stetitqꝫ populus de longe: moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus.

Dixitqꝫ preterea dñs ad moysẽ. Hec dices filiis israel. Vos vidistis qđ de celo locutus sum vobis. Nõ facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi et offeretis super eo holocausta et pacifica vestra: oues vestras et boues in omni loco: in quo memoria fuerit nominis mei. Grad. Miserere michi dñe quoniã infirmus sũ sana me dñe. ℣. Conturbata sunt om̃ia ossa mea: et anima mea turbata est valde. Tractus.

De necessitatib9 meis eripe me dñe vide hũilitatẽ meã et laborẽ meuꝫ: et dimitte oĩa pctã mea. ℣. Ad te leuaui aĩam meã de9 me9 in te cõfido nõ erubescã: neqꝫ irrideãt me inimici mei. ℣. Eteni vniuersi q̃ te expectãt nõ cõfũdẽt cõfũdãt om̃s facientes vana. Scđm matheũ xv.

In illo tp̃e. Accesserunt ad iesũ ab hierosolymis scribe ꝑ pharisei dicẽtes. Quare discipuli tui trãsgrediũt traditiões seniorũ? Nõ enim lauãt manus suas cũ panẽ mãducãt. Ipse autẽ respõdẽs ait illis. Quare et vos trãsgredimini mãdatũ dei: propter traditionẽ vestrã? Nã de9 dixit. Honora patrẽ et matrẽ: et q̃ maledixerit patri vel matri: morte moriat. Vos aũt dicitis: q̃cunqꝫ dixerit patri vel matri: munus qđcũqꝫ est ex me/ tibi ꝓderit et nõ honorificabit patrẽ suũ et matrẽ suã: et irritũ fecistis mãdatum dei: ꝑpter traditionẽ vestrã. Hypocrite: bene ꝓphetauit de vobis ysaias dicens. Populus hic labiis me honorat: cor ãt eorũ lõge est a me. Sine causa aũt colũt me: docẽtes doctrinas ac mãdata hoim. Et cõuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Non qđ intrat in os coinq̃nat hoiem: sed qđ ꝓcedit ex ore/ hoc coinq̃nat hoiem. Tũc accedẽtes discipuli eius: dixerũt eis. Scis q̃a pharisei audito hoc ṽbo: scãdalizati sunt? At ille rñdẽs ait. Oĩs plãtatio quã nõ plantauit pater meus celestis: eradicabit. Sinite illos: ceci sũt et duces cecorũ. Cecus ãt: si ceco ducatũ p̃stet: ambo in foueã cadũt. Respõdẽs ãt petrus: dixit ei. Edissere nobis parabolã istã. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Nõ intelligitis qr oẽ qđ in os intrat: in vẽtrẽ vadit et in secessũ emittit? Que aũt procedũt de ore: de corde exeunt: et ea coinq̃nant hoiem. De corde enim exeunt: cogitationes male: homicidia: adulteria: fornicationes: furta: falsa testimonia: blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominẽ. Non lotis autem manibus manducare: non coinquinat hoiem. Offer. Dñe fac mecũ misericordiã tuam propter nomen tuũ q̃a suauis est mĩa tua. ℣. Deus laudẽ meã ne tacueris: qr os pctõris ⁊ os dolosi sup me aptũ est. Secreta.

Suscipe q̃s domie preces populi tui cum oblationibus hostiarum: et tua mysteria celebrantes: ab omnibus nos defende periculis. Per dominũ. Cõio. Notas mihi fecisti vias vite adimplebis me leticia cũ vultu tuo dñe. Postcõio.

Sanctificet nos q̃s domine: qua pasti sumus mẽsa celestis et a cunctis erroribus expiatos supernis promissiõibus reddat acceptos. Per dñm. Super populũ

Hūiliate capita vestra deo. Oratio.

Concede q̄s omnipotens deus: vt qui protectiōis tue gratiā querimus: liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per do.

¶ Feria quinta Officium.

Salus populi ego sum dicit dn̄s de quacūq3 tribulatione clamauerit ad me exaudiā eos et ero illorū dn̄s imppetuū. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Flectamus genua. Leuate. Oratio

Concede q̄s omnipotens deus: vt ieiuniorū nobis sācta deuotio: et purificationē tribuat: et maiestati tue nos reddat acceptos. Per dn̄m.

¶ Lectio hieremie prophete vii.

In diebus illis. Factus est sermo dn̄i ad me dicens. Sta in porta domus dn̄i: et predica ibi vbū istud et dic. Audite verbū dn̄i ois iuda: qui ingredimini p portas has vt adoretis dn̄m. Hec dicit dn̄s exercituum deus israel. Bonas facite vias vestras et studia vestra: et habitabo vobiscū in loco isto. Nolite cōfidere i vbis mēdaciū: dicētes tēplū dn̄i: templū dn̄i: tēplū dn̄i est. Qm̄ si bn̄dixeritis vias vr̄as: et studia vestra: si feceritis iudiciū inter virū et proximū eius: aduene et pupillo vidue nō feceritis calūniā nec sanguinē innocentē effuderitis i loco hoc: et post deos alienos non ambulaueritis in malū vobilmetipsis: habitabo vobiscū in loco isto in terra quam dedi patribus vestris: a seculo et vsq3 in seculū. Dicit dn̄s omps. Gr. Oculi oim in te sperāt dn̄e: et tu das illis escā i tēpore oportuno. V. Aperis tu manū tuam: et imples oē animal benedictione. Scd̄m Johannē vi.

In illo tp̄e. Dixit iesus turbis iudeorū. Operamini nō cibū q̄ perit: sed q̄ pmanet in vitā eternā: quē filius hois dabit vob: s. Hūc eni pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eū. Quid faciemus: vt operemur opera dei? Respōdit iesus: et dixit eis. Hoc est opus dei: vt credatis in eum quē misit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signū: vt videamus et credamus tibi? Quid oparis. Patres nostri māna māducauerūt in deserto: sicut scriptū est. Panē de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis iesus. Amē amē dico vobis: nō moyses dedit vobis panē de celo: sed pater meus dat vobis panē de celo verū. Panis eni dei est q̄ descēdit de celo: et dat vitā mundo. Dixerūt ergo ad eum. Dn̄e: sēper da nobis hūc panē. Dixit autem eis iesus. Ego sū panis vite. Qui venit ad me: nō esuriet. Et qui credit in me no sitiet vnq̄. Offer. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: et super iram inimicorum meorū extendes manū tuā et saluū me fecit dextera tua. V. In quacunq3 die inuocauero te exaudi me domie multiplicabis in anima mea virtutem tuam. Secreta.

Hac nos dn̄e quesumus ad sācta misteria purificatis mētibus accedere: vt tibi semper cōpetens deferamus obsequiū. Per dn̄m. Cōio. Tu mandasti mādata tua custodiri nimis vtinam dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas. Postcōio.

Sacramenti tui dñe veneranda perceptio: et mistico nos mundet effectu: et perpetua virtute defendat. Per. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.
Subiectū tibi populū q̄s dñe propiciatio celestis amplificet: et tuis semper faciat seruire mandatis Per dominū. ¶ Feria. vi. Offm.
Fac mecū dñe signū in bonū vt videāt q̄ me oderūt et cōfundātur: qm̄ tu dñe adiuuisti me et cōsolatus es me. ps. Inclina dñe aurem tuam et exaudi me qm̄ inops et pauper ego sum. Oratio.
Ieiunia nostra q̄sumus dñe benigno fauore prosequere vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita a viciis ieiunemus in mēte. Per.
¶ Lectio libri Numeri xx.
In diebus illis. Cōuenerūt filii israel aduersum moysen et aaron: et versi in seditionē dixerunt. Date nobis aquam vt bibamus. Ingressiq̄ȝ moyses et aarō dimissa multitudie ante tabernaculū federis: corruerūt proni in terrā: clamauerūtq̄ȝ ad dñm atq̄ȝ dixerūt. Domine deus exaudi clamorē populi huius: et aperi eis thesaurū tuum fontē aque viue: vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. Locutusq̄ȝ est dñs ad moysē dicens. Tolle virgā et congrega populum: tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petram coram eis et illa dabit aquas. Cūq̄ȝ eduxeris aquā de petra: bibet oīs multitudo et iumēta eius. Tulit igitur moyses virgā que erat in cōspectu dñi sicut p̄ceperat ei. Cōgregata oī multitudine ante petrā: dixitq̄ȝ eis. Audite rebelles et increduli. Nū de petra hac vobis aquā poterimus eiicere. Cumq̄ȝ eleuasset moyses manū p̄cutiēs virga bis silicem: egresse sunt aque largissime ita vt popul⁹ biberet et iumēta. Dixitq̄ȝ dñs ad moysen et aaron. Quia non credidistis michi vt sāctificaretis me corā filiis israel: nō introducetis hos populos in terraȝ: quā dabo eis. Hec est aqua contradictionis vbi iurgati sunt filii israel contra dñm: et sanctificatus est in eis. Gr. In deo sperauit cor meum et adiutus sum et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas ne discedas a me. Tractus.
Domine nō secūdū pctā nostra que fecimus nos: neq̄ȝ secundū iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarum: cito anticipent nos mīe tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflectio cū dicit℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris: propter nomen tuum.
¶ Secundum Johannem iiii.
In illo tēpore. Uenit iesus in ciuitateȝ samarie que dicitur sichar: iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere: sedebat sic super fontem. Hora autē erat quasi sexta. Uenit mulier de samaria: haurire aquā. Dicit ei iesus. Da michi bibere. Discipuli

eum preses dicens. s Tu es rex iudeo
rum? c Dicit illi iesus. ✠ Tu dicis.
Et cũ accusaretur a principibus sa=
cerdotũ et senioribus nichil respondit
Tunc dicit illi pylatus. s Nõ audis
quãta aduersũ te dicunt testimonia.
c Et non respondit ei ad vllum ver=
bum: ita vt miraret᷑ preses vehemen
ter. Per diem autem solennẽ: cõsue=
uerat preses dimittere populo vnuꝫ
vinctum: quem voluisset. Habebat
autem tunc vnum vinctũ insignem
qui dicebatur barrabas: qui propter
homicidiũ missus fuerat in carcerẽ.
Cõgregatis ergo illis: dixit pylatus.
s Quem vultis dimittã vobis barra
bam: an iesum qui dicitur christus? c
Sciebat enĩ qđ p inuidiã tradidisset
eum. Sedẽte aũt illo pro tribunali:
misit ad eũ vxor eius dicẽs. s Nichil
tibi et iusto illi. Multa eniꝫ passa sũ
hodie per visũ pp̄ter eũ. c Principes
autem sacerdotũ et seniores persuase
runt populis vt peterent barrabam:
iesum vero perderent. Respondens
autẽ preses: ait illis. s Quem vultis
vobis de duobus dimitti? c At illi di
xerũt. s Barrabam. c Dicit illis py
latus. s Quid igitur faciam de iesu:
qui dicitur xp̄s? c Dicunt omnes. s
Crucifigat᷑. c Ait illis p̄ses. s Quid
enĩ mali fecit? c At illi magis clama
bant dicẽtes. s Crucifigatur. c Vi
dens autem pylatus: quia nichil pro
ficeret sed magis tumultus fieret ac
cepta aqua lauit manus suas coram
populo dicens. s Innocens ego sum
a sanguine iusti huius/vos videritis.
c Et respõdens vniuersus populus:
dixit. s Sanguis eius super nos: et
super filios nostros. c Tunc dimisit
illis barrabã iesum autem flagella=
tum tradidit eis: vt crucifigeretur.
Tunc milites presidis suscipiẽtes ie=
sum in pretoriũ: congregauerunt ad
eum vniuersã cohortẽ. Et exuentes
eum: clamidẽ coccineã circundederunt
ei. Et plectẽtes coronã de spinis: po=
suerunt super caput eius: et arundi=
nem in dexterã eius. Et genuflexo
ante eũ illudebant ei dicentes. s Aue
rex iudeorũ. c Et expuentes in eum
acceperunt arundinẽ et percutiebãt
caput eius. Et postq̄ illuserunt ei:
exuerũt eũ clamide: et induerũt eum
vestimẽtis eius: et duxerũt eũ vt cru
cifigerent. Exeũtes autem: inuene=
runt hominẽ cyreneum nomine sy=
monẽ. Hunc angariauerunt: vt tol
leret crucẽ eius. Et venerũt in locũ
qui dicitur golgotha quod est calua=
rie locus. Et dederũt ei vinũ bibere:
cum felle mixtũ. Et cum gustasset:
noluit bibere. Postq̄ autem crucifi=
xerunt eum: diuiserunt vestimenta
eius sortem mittentes vt adimplere=
tur qđ dictũ est per prophetam dicen
tẽ. Diuiserunt sibi vestimenta mea
et super vestẽ meam miserũt sortem.
Et sedentes seruabãt eum. Et im=
posuerunt super caput eius causam
ipsius scriptã: hic est iesus nazarenus
rex iudeorũ. Tũc crucifixi sunt cũ eo
duo latrones: vnus a dextris: et vnꝰ
a sinistris. Pretereũtes autẽ blasphe=
mabant eũ mouẽtes capita sua et di
cẽtes. s Vah qui destruis templum
dei et in triduo illđ reedificas. s Sal

ua temetipsũ. Si filius dei es: descẽde de cruce. c Similiter et principes sacerdotũ illudentes ei cum scribis et senioribus: dicebant. s Alios saluos fecit: seipsũ non potest saluum facere Si rex israel est: descẽdat nũc de cruce: et credimus ei. Confidit in deo: liberet eum nunc si vult. Dixit enim quia filius dei sum. c Idipsũ autẽ et latrones qui crucifixi erant cum eo: improperabant ei. A sexta aũt hora: tenebre facte sũt super vniuersã terrã vsqꝫ ad horaꝫ nonã. Et circa horam nonam: clamauit iesus voce magna dicens. ✠ Hely: hely: lamazabathani. c Hoc est. ✠ Deus meus: deus meus: vt quid dereliq̃sti me? c Quidam autẽ illic stãtes et audiẽtes: dicebant. s Helyã vocat iste. c Et cõtinuo currẽs vnus ex eis: acceptã spongiam impleuit aceto et imposuit arũdini: ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebãt. s Sine videamus an veniat helyas liberãs eũ. c Jesus aũt iterum clamans voce magna: emisit spiritũ

Hic inclinet se dyaconus vel prosternet versus orientem et dicat priuatim. Pater noster. Aue maria. et In manus tuas dñe. Deinde surgat et postea residuũ passiõis legat. c Et ecce velũ templi scissũ est in duas partes: a sũmo vsqꝫ deorsuꝫ. Et terra mota est. Et petre scisse sunt: et monumẽta aperta sunt: et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt Et exeuntes de monumẽtis post resurrectionẽ eius venerunt in sãctam ciuitatem et apparuerunt multis. Centurio autem et qui cum eo erãt custodiẽtes iesum: viso terremotu et his q̃ fiebant timuerũt valde dicẽtes. s Vere filius dei erat iste. c Erant autẽ ibi mulieres multe a longe: que secute erãt iesũ a galilea ministrãtes ei. Inter quas erat maria magdalene et maria iacobi: et ioseph mater et mater filiorũ zebedei. Cum aũt sero factũ esset: venit q̃dã homo diues ab arimathia noĩe ioseph: q̃ et ipse discipulus erat iesu. Hic accessit ad pylatũ: ⁊ petiit corpus iesu. Tũc pylatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph: inuoluit illud in sindone munda: et posuit illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnũ ad ostium monumenti: et abiit. Erãt aũt ibi maria magdalene ⁊ altera maria sedẽtes contra sepulchrũ. Euãgelia vero in fine omniũ passionũ: etiam in die parasceues alta voce legantur more duplicis festi. Oẽs autẽ passiones supradicto modo legãtur secũdũ vsum Sarũ. Tamen in die parasceue non dicitur Dominus vobiscum. et sine titulo incipiatur euangeliũ.

Altera autẽ die/que est post parasceuẽ: cõuenerũt principes sacerdotũ et pharisei ad pylatũ dicentes. Dñe/recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulchrum vsqꝫ in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius et furentur eũ et dicant plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissim⁹ error peior priore. Ait illis pylatus. Habetis custodiã. Jte custodite sicut scitis. Jlli autem

abeuntes munierūt sepulcrū/signā tes lapidē: cum custodibus. Offer. Improperiū expectauit cor meū et miseriā: sustinui q̄ simul cōtristaret et nō fuit: cōsolā tē me q̄siui et nō inueni: et dederūt in escā meā fel: et i siti mea potauerūt me aceto. Secr.

Tibi deus pater omp̄s immaculati agni paschale offerimus holocaustū cuius nos sāguine ab exterminatoris vastatiōe saluatos ad terrā q̄s tue repromissionis inducas. Per eūdē. Prefatio quotid. Cōio. Pater si non potest hic calix transire nisi bibā illum: fiat voluntas tua. Postcōio.

Fideles tuos q̄sumus domiē benignus intende: vt sue redemptionis initia recolentes: quorū munere sūt refecti eorum proficiāt incremētis. Per. ¶ Feria .iii. Officiū.

Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me: apprehende arma et scutum & exurge in adiutoriū meū dn̄e virtus salutis mee. ps. Effunde frameā et conclude aduersus eos qui persequūtur me. Nō dicit vlterius Oratio.

Da q̄s omipotēs deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedēte vnigeniti filii tui passione respiremus. Qui tecum viuit et regnat deus.

¶ Lectio Isaie prophete l.

In diebus illis. Dixit ysaias. Dn̄s deus meus aperuit michi aurē ego autē nō cōtradico: retrorsū nō abii. Corpus meū dedi percutiētibus: et genas meas vellētibus. Faciē meam non auerti: ab increpantibus et cōspuētibus in me. Dn̄s deus auxiliator meus: ideo nō sū cōfusus. Ideo posui faciē meā vt petrā durissimā: et scio q̄m nō cōfundar. Iuxta est qui iustificat me: quis cōtradicet michi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus: accedat ad me. Ecce dn̄s deus auxiliator meus. Quis est q̄ cōdēnet me. Ecce oēs quasi vestimentū cōterēt: tinea comedet eos. Quis ex vobis timēs deū audiēs vocē serui sui? Quis ambulauit in tenebris: et nō est lumen ei? Sperat in noīe dn̄i: et innitatur super dn̄m deum suum. Grad. Exurge domine et intende iudicio meo deus meus et dn̄s meus in causā meā. ℣. Effunde frameā et conclude aduersus eos qui me persequūtur. Tractus.

Domine non secūdū peccata nostra q̄ fecimus nos: neq̄ secundū iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarum: cito anticipent nos mie tue: q: pauperes facti sumus nimis. Hic nō fiat genuflectio dum dr ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris/propter nomen tuum.

¶ Secundum Johannem xii.

Ante sex dies pasche venit iesus bethaniam vbi fuerat lazarus mortuus: quē suscitauit iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi: et martha ministrabat. Lazarus vero: vnus erat ex discūbētibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi: et vnxit pedes iesu: et extersit capillis suis pedes eius: et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius.

iudas schariothis: qui erat eũ traditurus. Quare hoc vnguētũ non veniit trecentis denariis: et datũ est egenis? Dixit aũt hoc: nõ q̃a de egenis pertinebat ad eũ: sed q̃a fur erat et loculos habēs ea q̄ mittebãť portabat. Dixit ergo iesus. Sinite illã: vt ĩ diē sepulture mee seruet illud. Pauperes eni sēper habebitis vobiscũ: me autē non sēp habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis q2 illic eēt: ⁊ venerũt nõ ꝑpter iesũ tãtũ sed vt lazarũ viderent quē suscitauit a mortuis. Cogitauerũt aũt principes sacerdotũ vt ⁊ lazarũ interficerēt: q̃a multi propter illũ abibãt ex iudeis ⁊ credebãt in iesũ In crastinũ aũt turba multa q̄ venerat ad diē festũ: cũ audissent q2 venit iesus hierosolimã acceperunt ramos palmarũ et processerũt obuiam ei: et clamabãt. Osãna bñdictus q̄ venit ĩ noie dñi: rex israel. Et inuenit iesus asellũ/et sedit sup eũ sicut scriptũ est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit tibi mãsuetus: sedēs sup pullũ asine. Hec non cognouerũt discipuli eius primũ sed qñ glorificatus est iesus: tũc recordati sũt: q̃a hec erãt scripta de eo: et hec fecerũt ei. Testimoniũ ergo perhibebat turba q̄ erat cum eo qñ lazarũ vocauit de monumēto: ⁊ suscitauit eũ a mortuis. Propterea et obuiã venit ei turba q̃a audierunt eum fecisse hoc signũ. Pharisei ergo dixerũt ad semetipsos. Videtis quia nichil ꝓficimus? Ecce mũdus totus post eũ abiit. Erãt ãt q̃dã gētiles/ex his qui ascēderãt: vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserũt ad philippũ q̄ erat a bethsaida galilee et rogabant eũ dicētes. Dñe/volumus iesũ videre. Venit philippus et dicit andree. Andreas rursũ et philippus: dixerũt iesu. Jesus aũt rñdit eis dicēs. Venit hora vt clarificeť filius hoīs. Amen amē dico vobis: nisi granũ frumenti cadēs in terrã mortuũ fuerit ipsũ solum manet. Si aũt mortuũ fuerit: multũ fructũ affert. Qui amat animã suã ꝑdet eã. Et q̄ odit aĩam suã in hoc mũdo: in vitã eternã custodit eã. Si q̃s michi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si q̃s michi ministrauerit: honorificabit eũ pater me⁹. Nũc aĩa mea turbata est. Et q̃d dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Sed ꝑpterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomē tuũ. Venit ergo vox de celo dicēs. Et clarificaui: et iterũ clarificabo. Turba aũt que stabat et audierat: dicebat tonitruũ factũ esse Alii autē dicebãt angelus ei locutus est. Respõdit iesus ⁊ dixit. Nõ ꝑpter me hec vox venit sed ꝑpter vos. Nũc iudiciũ est mũdi: nũc princeps huius mũdi eiicieť foras. Et ego si exaltatus fuero a terra oĩa trahã ad meipsũ Hoc autem dicebat: significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia cristus manet ineternũ. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filium hominis. Quis est iste filius hominis. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicũ lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis vt non tenebre vos cõprehendant. Et qui ãbulat in tene-

bris: nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucem/ vt filii lucis sitis. Hec locutus est iesus: et abiit/ et abscondit se ab eis. Offer. Eripe me de inimicis meis dñe ad te cōfugi doce me facere voluntatē tuam: quia deus meus es tu ℣. Exaudi me in tua iusticia: et ne intres i iudicium cum seruo tuo dñe. Secreta.

Ipsa maiestati tue dñe fideles populos cōmendet oblatū q̄ p filiū tuū dñm nr̄m iesū xp̄m recōciliauit inimicos. Qui te. vi. et regnat. Cōio. Erubescāt et reuereāt simul q̄ gratulāt malis meis: induāt pudore et reuerētia q̄ maligna loquūt aduersū me. Postcōio.

Satiati munere salutari tuam dñe miam deprecamur: vt hoc eodem sacramento quo nos tēporaliter vegetas efficias vite eterne participes. Per. Super populū. Oratio

Adiuua nos deus salutaris nr̄: et ad bñficia recolēda q̄b⁹ nos instaurare dignat⁹ es tribue vēire gaudētes. Per. ¶ Feria. iii. Offm̄.

Nos autē gloriari oportet i cruce dñi nostri iesu xp̄i in quo est salus vita et resurrectio nostra: per quē saluati et liberati sumus. ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultū suū super nos et misereatur nostri. Oratio.

Omnipotens sēpiterne deus/ da nobis ita dñice passiōis sacramenta peragere: vt indulgentiā percipere mereamur. Per dñm nostrū. ¶ Lectio Hieremie pphete xi.

In diebus illis. Dixit hieremias. Dñe: demōstrasti michi et ego cognoui/ tu ostēdisti michi studia eorū. Et ego quasi agnus māsuetus q̄ portat ad victimā: et nō cognoui q2 cogitauerūt sup me cōcilia dicentes. Mittamus lignū in panē eius: et eradamus eū de terra viuētiū: et nomen eius nō memoret āplius. Tu āt dñe sabaoth q̄ iudicas iuste: et pbas renes et corda/ videā q̄so vltionē tuā ex eis. Tibi enim reuelaui causā meā: dñe deus me⁹. Gr. Ego aūt dū michi molesti essēt induebā me cilicio: et hūiliabā in ieiunio animā meā et oratio mea in sinu meo cōuertetur. ℣. Judica dñe nocentes me expugna impugnātes me: apprehende arma et scutum/ et exurge in adiutorium michi. Sequatur passio cum Dñs vobiscū

¶ Passio domini nostri iesu christi Secundum marcum xiiii.

In illo tēpore. c Erat pascha et azima post biduum. Et q̄rebant sūmi sacerdotes et scribe: quo modo iesum dolo tenerent: et occiderent. Dicebāt aūt. s Nō in die festo c Ne forte tumultus fieret i populo Et cū esset iesus bethanie in domo symonis leprosi et recūberet: vēit mulier habēs alabastrum vnguenti nardi spicati preciosi et fracto alabastro effudit sup caput eius. Erāt āt q̄dā indigne ferentes intra semetipsos: et dicētes. s Ut q̄d perditio ista vnguēti facta est: Poterat eni3 vnguētum istud venūdari plus q̄ trecentis denariis et dari pauperib⁹. c Et fremebāt in eā. Jesus āt dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi molesti estis: Bonu3 opus operata est in me. Semper eni pauperes habetis vobiscum: et cum volueritis potestis illis benefacere: me

autẽ non sẽper habebitis. Q̃d habuit hec fecit: ꝓuenit vngere corpus meũ in sepulturã. Amen dico vobis: vbicunqꝫ predicatũ fuerit euãgeliũ istd̃ in vniuerso mũdo et qd̃ fecit hec: narrabit in memoriaꝫ eius. c Et iudas scariothis vnus de duodecim abiit ad sũmos sacerdotes: vt proderet eũ illis Qui audiẽtes gauisi sũt: ⁊ ꝓmiserũt ei pecuniã se daturos. Et q̃rebat quo modo illũ oportũe traderet. Et prio die azimorũ qñ pascha immolabant: dicũt ei discipuli. s Quo vis eamus et paremus tibi vt manduces pascha c Et misit duos ex discipulis suis: et dixit eis. ✠ Ite in ciuitatem et occurret vobis homo lagenam aque baiulans. Sequimini eũ. Et quocunqꝫ introierit: dicite dño domus: q̃a magister dicit. Ubi est refectio mea vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cenaculũ grande stratum et illic parate nobis. c Et abierũt discipuli eius: et venerunt in ciuitatẽ et inuenerũt sicut dixerat illis: ⁊ parauerũt pascha Uespere ãt facto: venit cũ duodecim Et discũbẽtibus eis: et mãducãtib9 ait iesus. ✠ Amẽ dico vobis q̃a vn9 ex vobis me tradet q̃ mãducat mecũ c At illi ceperũt contristari: et dicere ei sigilatim. s Nunquid ego. c Qui ait illis. ✠ Unus ex duodecim: qui intingit mecũ manũ in catino. Et filius q̃dẽ hoĩs vadit: sicut scriptũ est de eo. Ue autẽ hoĩ illi: per quẽ filius hoĩs tradet. Bonũ erat ei si non esset natus homo ille. c Et mãducãtibus illis: accepit iesus panẽ: et benedicẽs fregit et dedit eis et ait. ✠ Sumite: hoc est corpus meũ. c Et accepto calice gratias agens dedit eis. Et biberũt ex illo oẽs. Et ait illis. ✠ Hic est sanguis meus noui testamẽti qui ꝓ multis effũdet. Amen dico vobis q̃ iã nõ bibã de genimine vitis: vsqꝫ in diẽ illũ cum illud bibã nouũ in regno dei. c Et hymno dicto: exierũt ĩ mõtẽ oliuarũ. Et ait eis iesus. ✠ Omnes vos scãdalizabimini ĩ me ĩ nocte ista: q̃a scriptũ est. Percutiã pastorẽ et dispergentur oues. Sed postq̃ resurrexero: precedã vos in galileam. c Petrus autẽ ait illi. s Et si oẽs scandalizati fuerint: sed nõ ego. c Et ait illi iesus. ✠ Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac priusq̃ gallus bis vocem dederit: ter me es negaturus. c At ille amplius loquebatur. s Et si oportuerit me simul cõmori tecum non te negabo. c Similiter autem ⁊ omnes dicebant. Et veniunt in predium cui nomen gethsemani: et ait discipulis suis. ✠ Sedete hic donec orem. c Et assumit petrum et iacobum et iohannem secum: et cepit pauere ⁊ tedere. Et ait illis. ✠ Tristis est anima mea: vsqꝫ ad mortẽ. Sustinete hic et vigilate. c Et cum processisset paululũ: procidit sup terraꝫ ⁊ orabat vt si fieri posset transiret ab eo hora. Et dixit. ✠ Abba pater oĩa tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc a me. Sed non quod ego volo: sed quod tu. c Et venit: et inuenit eos dormiẽtes. Et ait petro. ✠ Symõ dormis? Nõ potuisti vna hora vigilare mecum? Uigilate et orate: vt

nō intretis in tentationē. Spiritus quidē pṙōptus est: caro aūt infirma. c Et iterū abiēs orauit eundē sermonē dicēs. Et reuersus denuo: inenit eos dormiētes. Erant eni oculi eorū grauati: et ignorabāt qđ respōderent ei. Et vēit tertio et ait illis. ✠ Dormite iā ⁊ reqescite. Sufficit. Uenit hora: ecce tradet filius hoīs: in manꝰ peccatorū. Surgite eamus: ecce qui me tradet ꝓpe est. c Et adhuc eo loquente: venit iudas scarioth vnus ex duodecim: et cū eo turba multa cum gladiis et lignis: missi a sūmis sacerdotibus: et senioribus et scribis. Dederat aūt traditor eis signū dicens. s Quēcūq; osculatus fuero ipse est tenete eū: et ducite caute. c Et cū venisset: statim accedens ad eum ait. s Rabbi. c Et osculatus est eū. At illi manꝰ iniecerūt in iesū: ⁊ tenuerūt eū Unus aūt de circūstātibꝰ educēs gladiū: percussit seruū sūmi sacerdotis: et āputauit illi auriculā. Et rūdens iesus: ait illis. ✠ Tāq̄ ad latronem existis: cū gladiis et lignis cōprehēdere me. Quotidie erā apđ vos in tēplo docēs et me nō tenuistis: sed vt impleāt scripture. c Tūc discipuli eius relinquētes eū: oēs fugerūt. Adolescēs āt qđā seqbāt eū amictus syndone sup nudo: et tenuerūt eū. At ille reiecta syndone nudus profugit ab eis. Et adduxerunt iesū ad sūmū sacerdotē. Et cōuenerūt oēs sacerdotes: et scribe/et seniores. Petrus āt a lōge secutus est eū: vsq; intro in atriū sūmi sacerdotis. Et sedebat cū ministris: et calefaciebat se ad ignē. Sūmi vero sacerdotes et oē cōsiliū qrebāt aduersus iesū testimoniū vt eū morti traderēt: nec inueniebāt. Multi eni falsū testimoniū dicebāt aduersus eū: ⁊ cōueniētia testimonia illorū non erant Et qđā surgētes falsum testimoniū ferebant aduersus eum: dicentes. s Qm̄ nos audiuimꝰ eū dicētē. Ego dissoluā templū hoc manufactū: et post triduū aliud nō manufactū edificabo. c Et non erat cōueniēs testimoniū illorū. Et exurgēs sūmus sacerdos in mediū: interrogauit iesum dicēs. s Nō respōdes qcq̄ ad ea q̄ tibi obiiciūtur ab his? c Ille autē tacebat: et nichil respondit. Rursū sūmus sacerdos interrogabat eum ⁊ dixit ei. s Tu es xp̄s filius dei bn̄dicti? c Jesus autē dixit illi. ✠ Ego sum. Et videbitis filium hoīs sedētem a dextris virtutis dei: et veniētē cum nubibus celi. c Sūmus autē sacerdos scindēs vestimēta sua ait. s Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiā. Quid vobis videtur? c Qui oēs condēnauerunt eum esse reū mortis Et ceperūt qđā cōspuere in eū et velare faciē eius et colaphis eū cedere et dicere ei. s Prophetisa. c Et ministri alapis eum cedebāt. Et cū esset petrus in atrio seorsum: venit vna ex ancillis sūmi sacerdotis. Et cum vidisset petrū calefacientē se: aspiciens illū ait. s Et tu cum iesu nazareno eras? c At ille negauit dicēs. s Neq; scio neq; noui quid dicas. c Et exiit foras ante atriū et gallus cantauit. Rursum autē cū vidisset illum alia ancilla: cepit dicere circūstātibus; qa

hic ex illis est. At ille iterum negauit Et post pusillū rursus q̄ astabāt dicebāt petro. s Uere ex illis es: nā et galileus es. c Ille āt cepit anathematizare et iurare: q̄a nescio hoīem istum quez dicitis. Et statim iterū gallus cātauit. Et recordat⁹ est petrus ūbi qd̄ dixerat ei iesus: p̄riusq̄ gallus cantet bis ter me negabis: et cepit flere. Et cōfestim mane cōsiliū facientes sūmi sacerdotes cū senioribus et scribis et vniuerso cōsilio vincientes iesū duxerūt et tradiderūt pylato. Et interrogauit eū pylatus. s Tu es rex iudeorū. c At ille respōdēs: ait illi. ✠ Tu dicis. c Et accusabāt eū sūmi sacerdotes in multis. Pylatus āt rursum interrogauit eū dicēs. s Nō respōdes q̄cq̄? Uide in quātis te accusāt. c Jesus āt āplius nichil r̄ndit: ita vt miraret pylatus. Per diē āt festū dimittere solebat illis vnū ex vinctis quēcūq̄ petissēt. Erat āt q̄ dicebat barrabas q̄ cū sediciosis erat vinctus: q̄ in seditione fecerat homicidiū. Et cū ascēdisset turba cepit rogare sicut sēp faciebat illis. Pylatus āt r̄ndit eis et dixit. s Uultis dimittā vobis regē iudeoꝝ. c Sciebat eni qd̄ per inuidiam tradidisset eū sūmi sacerdotes. Pōtifices āt cōcitauerūt turbā: vt magis barrabā dimitteret eis. Pylatus autem iterum respondens: ait illis. s Quid ergo vultis faciā regi iudeoꝝ. c At illi iterum clamauerūt. s Crucifige eum. Pylatus vero dicebat eis s Quid enim mali fecit? c At illi magis clamabant. s Crucifige eum. c Pylatus autē volēs populo satisface-

re dimisit illis barrabā: et tradidit eis iesum flagellis cesū vt crucifigeret. Milites autez duxerūt eum intro in atriū pretorii: et cōuocāt totā cohortē et induūt eū purpura: et imponūt ei plectētes spineā coronā et ceperūt salutare eū dicētes. s Aue rex iudeorū. c Et p̄cutiebāt caput eius arūdine: et cōspuebāt eum: et ponētes genua adorabāt eum. Et postq̄ illuserunt ei: exuerūt illū purpura: et induerūt eum vestimētis suis: ⁊ educūt illum vt crucifigerēt eū. Et angariauerūt pretereuntē quēpiā symonē cyreneū venientē de villa patrē alexādri ⁊ ruffi vt tolleret crucē eius. Et p̄ducūt illum in golgotha locū: qd̄ est interp̄tatum caluarie locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum/ et nō accepit. Et crucifigētes eum: diuiserūt vestimēta eius mittentes sortē super eis: q̄d quis tolleret. Erat autē hora tertia: ⁊ crucifixerunt eum. Et erat titulus cause eius inscriptus: rex iudeoꝝ. Et cuz eo crucifigunt duos latrones: vnum a dextris ⁊ alium a sinistris eius: ⁊ adimpleta est scriptura q̄ dicit. Et cum iniquis reputat⁹ est. Et pretereuntes blasphemabāt eum mouentes capita sua ⁊ dicētes. s Uah q̄ destruis tēplum dei: et i tribus diebus reedificas illud. Saluūz fac temetipsum descēdēs de cruce. c Similiter et summi sacerdotes illudentes ad alterutrū cum scribis: dicebant. s Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Christus rex israel descendat nunc de cruce: vt videamus ⁊ credamus. c Et q̄ cum

eo crucifixi erāt: cōuiciabant ei. Et
facta hora sexta: tenebre facte sunt p
totā terrā/ vsqȝ in horā nonā. Et ho-
ra nona: exclamauit iesus voce ma-
gna dicens. ✠ Heloy/heloy lamaza-
bathani: c Qđ est interptatū. ✠ De-
us meus: deus meus: vt qđ dereliqsti
me: c Et quidā de circunstātib⁹ au-
diētes: dicebāt. s Ecce helyā vocat.
c Currens āt vnus et implēs spōgiā
aceto circūponēsqȝ calamo: potū da-
bat ei dicēs. s Sinite: videam⁹ si ve-
niat helias ad deponēdū eū. c Jesus āt
emissa voce magna: expirauit. Hic
fiat genuflectio dicēdo. Pater noster
Aue maria. Jn manus tuas. c Et
velum tēpli scissuȝ est in duo a sūmo
vsqȝ deorsum. Uidēs autē cēturio q̄
ex aduerso stabat: quia sic clamans
expirasset: ait. s Uere homo hic fi-
lius dei erat. c Erant autē et mulie
res de longe aspicientes: inter quas
erat maria magdalene et maria ia-
cobi minoris et ioseph mater et salo-
me. Et cum esset in galilea seque-
bantur eum et ministrabāt ei: et alie
multe que simul cum eo ascenderāt
hierosolymam. Euangelium.

Et cum iam sero factum esset:
quia erat parasceue quod est
ante sabbatū venit ioseph ab arima-
thia nobilis decurio q̄ et ipse erat expe-
ctans regnū dei. Et audacter intro-
iuit ad pylatum: et petiit corpus iesu
Pylatus āt mirabat̃ si iam obiisset.
Et accersito cēturione: iterrogauit
eū si iam mortuus esset. Et cum co-
gnouisset a centurione: donauit cor-
pus ioseph. Joseph aūt mercatus syn
donē: et deponēs eū inuoluit syndone
et posuit eum in monumēto qđ erat
excisum de petra. Et aduoluit lapi-
dē ad ostiū monumēti. Offer. Custo
di me dn̄e de manu peccatoris: et ab hoībus
iniquis eripe me dn̄e. ℣. Qui cogitauerūt
supplantare gressus meos absconderūt su-
perbi laqueum michi. Secreta.

Dicate tibi plebis domine quesu-
mus oblationes sanctifica vt
a terrene vetustatis cōuersatiōe mū-
dati celestis vite profectibus innoue-
mur. Per dn̄m. Cōio. Aduersum me ex
ercebantur qui sedebant in porta: et in me
psallebant qui bibebant vinū: ego vero ora
tionem meam ad te dn̄e tempus beneplaciti
deus in multitudine mie tue. Postcōio.

Repleti domine sacri muneris
gratia supplices exoramus vt
que gustu corporeo dulci veneratio-
ne contingimus dulciora mentibus
sentiamus. Per do. Super populū.
Hūiliate capita vestra deo. Oratio.

Tua nos misericordia deus et ab
omni surreptione vetustatis
expurget et capaces sancte nouitatis
efficiat. Per. ¶ Feria. iiii. Offm.

In nomie dn̄i omne genu
flectat̃ celestiū terrestriū et
infernoꝝ: qȝ dn̄s factus est
obediēs vsqȝ ad mortem: mortē autē
crucis: ideo dn̄s iesus christus in glo-
ria est dei patris. ps. Dn̄e exaudi orati
onē meā: et clamor meus ad te veniat. Se-
quat̃ oratio sine Dn̄s vobiscū sed tm̄
cum Oremus et Flectamus. Orō.

Presta q̄s oipotēs deus: vt qui
nostris excessibus incessanter
affligimur: per vnigeniti tui passio-

nem liberemur. Qui tecum viuit.
¶ Lecō Isaie pphete. lxii. et lxiii.
Hec dicit dn̄s deus. Dicite filie syon: ecce saluator tuus venit. Ecce merces eius cū eo: et opus illius corā illo. Quis est iste q̄ venit de edō: tinctis vestibus de bosra? Iste formosus ī stola sua gradiēs in multitudīe fortitudinis sue. Ego q̄ loquor iusticiam et ppugnator sū ad saluādum. Quare ergo rubrū est indumētū tuū et vestimēta tua sicut calcātiū in torculari? Torcular calcaui solus et de gētibus nō est vir mecū. Calcaui eos in furore meo: et cōculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sāguis eorum sup vestimēta mea: et oīa indumēta mea inquinaui. Dies eniz vltionis in corde meo: annus retributionis mee venit. Circūspexi et nō erat auxiliator: q̄siui et nō fuit q̄ adiuuaret. Et saluauit michi brachiū meū: et indignatio mea ipse auxiliata est michi. Et conculcaui populos in furore meo: et inebriaui eos idignatiōe mea: et detraxi in terrā v̄tutē eorum. Miserationū dn̄i recordabor. Laudē dn̄i ānūciabo sup oibus q̄ reddidit nobis dn̄s de⁹ noster
Gr. Ne auertas faciem tuā a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. V. Saluū me fac deus quoniā intrauerūt aq̄ vsq3 ad animā meā: infixus sū in limo pfūdi et nō est substātia. Sequat Dn̄s vo.
Oremus et Flectamus. Oratio.
Deus qui pro nobis filiuz tuum crucis patibulū subire voluisti vt inimici a nobis expelleres potestatē concede nobis famulis tuis: vt resurrectiōis eius gratiā cōsequamur. Per eūdē. Hic dicūt meorie cōsuete.
¶ Lectio Isaie prophete liii.
In diebus illis. Dixit ysaias. Domie/quis credidit auditui nostro: et brachiū dn̄i cui reuelatum est? Et ascēdet sicut virgultū coram eo: et sicut radix de terra sitienti: et nō est species ei neq3 decor. Et vidimus eum et non erat aspectus et desiderauimus eum despectū et nouissimum virorū virum dolorū et sciētem infirmitatē. Et quasi abscōditus vultus eius et despectus: vnde nec reputauimus eū. Vere lāguores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit Et nos putauimus eū quasi leprosū et percussū a deo et humiliatū. Ipse autem vulneratus est ppter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eū: et liuore eius sanati sumus Omnes nos quasi oues errauimus: vnusq̄sq3 in viā suā declinauit et dn̄s posuit in eo iniq̄tatē oīm nostrū. Oblatus est q̄a ipse voluit: et nō aperuit os suū. Sicut ouis ad occisionē ducetur: et quasi agnus corā tōdēte se obmutescet: et nō aperiet os suum. De angustia et de iudicio sublatus est. Generationē eius q̄s enarrabit? Quia abscisus est de terra viuētiū. Propter scelus populi mei percussi eū: et dabit impios p sepultura et diuitē pro morte sua: eo q᷑ iniquitatem non fecerit: neq3 dolus fuerit in ore ei⁹. Et dn̄s voluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animā suam: videbit semē lōgeuū/et voluntas dn̄i in manu eius dirigetur: p eo

qd tradidit in morte animã suã/et cũ sceleratis reputatus est. Et ipse pctã multoꝝ tulit. Et p trãsgressoribus rogauit vt nõ periret. Dicit dñs ops Chorus alternatim dicat tractũ. ita ꝙ dũ v. canit chor⁹ ex illa parte stare tenet alia parte chori interi sedẽte: et sic pcãtet totus tract⁹ a choro qñcũq; dr tractus a choro in stallis a septuagesima vsq; ad pascha. Tractus.

Domine exaudi orationẽ meã et clamor meus ad te veniat. Ne auertas faciẽ tuã a me: in quacũq; die tribulo iclina ad me aurẽ tuã. In quacũq; die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerũt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut in frixorio cõfrixa sũt. Percussus sũ sicut fenũ et aruit cor meũ: qa oblitus sũ mãducare panẽ meũ Tu exurgẽs dñe misereberis syõ: qa venit tẽpus miserẽdi eius. Sequat passio cũ Dñs vobiscum. Passio dñi nostri iesu christi Secundũ Lucã. xxii.

In illo tpe. Appropinquabat autẽ dies festus azimoꝝ: q̃ dicitur pascha. Et querebãt principes sacerdotũ et scribe: quomõ iesũ interficerẽt. Timebãt vero plebẽ. Intrauit autẽ sathanas in iudã q̃ cognominabat scarioth vnũ de duodecim: et abiit et locutus est cũ principibus sacerdotũ et magistratibus queadmodũ illũ traderet eis. Et gauisi sũt: et pacti sunt pecuniã illi dare. Et spopondit. Et q̃rebat oportunitatẽ vt traderet illũ sine turbis. Venit autẽ dies azimoꝝ in qua necesse erat occidi pascha: et misit petrũ et iohãnẽ dicens. ✠ Euntes parate nobis pascha vt mãducemus. At illi dixerunt. S Ubi vis paremus? Et dixit ad eos ✠ Ecce introeũtibus vobis in ciuitatẽ occurret vobis hõ q̃dã amphorã aq̃ portãs: seq̃mini eũ in domũ i quã intrat et dicetis patrifamilias dom⁹ Dicit tibi magister. Ubi est diuersoriũ: vbi pascha cũ discipulis meis mãducẽ? Et ipse vobis ostẽdet cenaculũ magnũ stratũ et ibi parate. Euntes aũt inuenerũt sicut dixit illis iesus: et parauerũt pascha. Et cũ facta esset hora discubuit: et duodeci aplĩ cũ eo. Et ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ: anteꝙ patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei. Et accepto calice: gratias egit et dixit. ✠ Accipite et diuidite inter vos. Dico enim vobis ꝙ non bibam de generatiõe vitis: donec regnũ dei veniat. Et accepto pane: gratias egit et fregit: et dedit eis dicens. ✠ Hoc est corpus meum ꝙ pro vobis datur: hoc facite in meam cõmemorationẽ. Similiter et calicem: postꝙ cenauit dicẽs. ✠ Hic est calix nouum testamentũ in sanguine meo: qui pro vobis fundetur. Uerũtamen ecce manus tradentis me: mecum est in mẽsa. Et quidẽ filius hominis: scdm quod diffinitũ est vadit. Uerũtamẽ ve hoi illi: per quem tradet. Et ipsi ceperũt querere inter se quis esset ex eis: q̃ hoc facturus esset. Facta est autem et contẽtio inter eos: quis eoꝝ videret esse maior. Dixit autẽ eis. ✠ Reges gentiũ dominãtur eoꝝ: et qui potestatẽ habẽt sup eos bñfici vocant. Uos aũt non

sic. Sed q̄ maior est i vobis: fiat sicut
minor. Et q̄ pcessor est: sicut mini-
strator. Nā q̄s maior est: qui recūbit/
an q̄ ministrat? Nonne q̄ recumbit?
Ego autē in medio vestrū sū: sicut q̄
ministrat. Vos āt estis q̄ permansi-
stis mecū in tētationibus meis. Et
ego dispono vobis sicut disposuit mi
chi pater meus regnū: vt edatis & bi-
batis sup mēsā meā in regno meo: et
sedeatis sup thronos duodecim: iudi
cantes duodecim tribus israel. c Ait
aūt dn̄s symoni. ✠ Symon: ecce sa
thanas expetiuit vos vt cribraret si-
cut triticū. Ego aūt rogaui p te: vt
nō deficiat fides tua. Et tu aliq̄n cō
uersus: cōfirma fratres tuos. c Qui
dixit ei. s Dn̄e tecū paratus sū et in
carcerē: et in mortē ire. c Et ille di-
xit. ✠ Dico tibi petre: nō cātabit ho
die gallus dōec ter abneges nosse me
c Et dixit eis. ✠ Qn̄ misi vos sine
sacculo et pera et calciamētis: nūq̄d
aliq̄d defuit vobis. c At illi dixerunt
s Nichil. c Dixit ergo eis. ✠ Sed
nūc q̄ habet sacculū: tollat similiter &
peram. Et q̄ nō habet vēdat tunicā
suam & emat gladiū. Dico eni vobis
q̄m adhuc hoc q̄d scriptū est oportet
impleri in me. Et cū iniq̄s deputa-
tus est. Eteni ea q̄ dicta sūt de me: fi
nē habēt. c At illi dixerūt. s Dn̄e: ec
ce gladii duo hic. c At ille dixit eis ✠
Satis est. c Et egressus: ibat scd̄m
cōsuetudinē in mōtē oliuarū. Secu
ti sūt aūt illū: et discipuli. Et cū pue
nisset ad locū dixit illis ✠ Orate: ne
intretis in tētationē. c Et ipe auul-
sus est ab eis: quātū iact⁹ est lapidis.
Et positis genibus: orabat dicēs. ✠
Pater: si vis trāsfer calicē istū a me.
Verūtamē nō mea volūtas: sed tua
fiat. c Apparuit āt illi angelus de ce
lo cōfortās eū. Et fctus i agonia/ p-
lixius orabat. Et fctus est sudor ei⁹
sicut gutte sāguis decurrētis i terrā.
Et cū surrexisset ab oratiōe et venis-
set ad discipulos suos: īuenit eos dor-
mientes pre tristicia. Et ait illis. ✠
Quid dormitis? Surgite: orate ne i-
tretis in tētationē. c Adhuc eo loquē
te ecce turba & q̄ vocabat̄ iudas vnus
de duodecim ātecedebat eos. Et ap-
propinquauit iesu: vt oscularetur eū
Jesus āt dixit illi. ✠ Juda: osculo fi-
liū hoīs tradis? c Videtes āt hi q̄ cir-
ca ipsum erant q̄d futurū erat: dixe-
rūt ei. s Dn̄e: si pcutimus in gladio.
c Et percussit vnus ex illis seruū prī
cipis sacerdotū: et amputauit auri-
culā eius dexterā. Respōdēs āt iesus
ait ✠ Sinite vsq3 huc. c Et cuz te-
tigisset auriculā eius sanauit eum.
Dixit autē iesus ad eos q̄ venerāt ad
se principes sacerdotum et magistra
tus templi: et seniores. ✠ Quasi ad
latronem existis cum gladiis et fusti
bus: et quotidie vobiscum fuerim in
templo: et non extendistis manus in
me. Sed hec est hora vestra: et pote-
stas tenebrarum. c Comprehēdētes
autē eum: duxerūt ad domū prīcipis
sacerdotū. Petrus vero sequebat̄ euz
a longe. Accenso autē igne in medio
atrii & circumsedentibus illis: erat pe
trus in medio eorū. Quē cum vidis-
set ancilla quedā sedentē ad lumē et
eum fuisset ītuita: dixit. s Et hic cū

illo erat. c At ille negauit eũ dicens. s Mulier nõ noui illũ. c Et post pusillũ: alius vidẽs eũ dixit. s Et tu de illis es. c Petrus vero ait. s O hõ nõ sũ. c Et interuallo facto quasi hore vnius: alius qdã affirmabat dicẽs. Vere: et hic cũ illo erat nã et galileus est. c Et ait petrus. s Hõ nescio qd dicis. c Et cõtinuo adhuc eo loquẽte cãtauit gallus. Et cõuersus dñs: respexit petrũ. Et recordat9 est petrus vbi dñi sicut dixerat qz priusq̃ gallus cantet: ter me negabis. Et egressus foras petrus: fleuit amare. Et viri qui tenebãt illũ: illudebãt ei cedẽtes. Et velauerũt eũ: et percutiebãt faciẽ eius et interrogauerũt eũ dicentes. s Prophetiza: qs est q̃ te pcussit: c Et alia multa blasphemãtes: dicebãt in eũ. Et vt factus est dies cõuenerunt seniores plebis et principes sacerdotũ et scribe et duxerũt illũ in consilium suũ dicẽtes. s Si tu es xps: dic nobis c Et ait illis. ✠ Si vobis dixero nõ credetis michi. Si aũt et interrogauero nõ rñdebitis michi: neqz dimittetis. Ex hoc ãt erit filius hois sedẽs a dextris virtutis dei. c Dixerũt aũt oĩs. s Tu ergo es filius dei. c Qui ait. ✠ Vos dicitis qz ego sũ. c At illi dixerũt. s Quid adhuc desideramus testimoniũ: Ipsi enim audiuimus de ore eius. c Et surgẽs ois multitudo eoꝝ: duxerũt illũ ad pilatũ. Ceperũt aũt accusare eũ dicẽtes. s Hũc inuenimus subuertẽtẽ gẽtẽ nostrã et phibentẽ tributa dari cesari et dicentẽ se xpm regẽ esse. c Pylatus ãt interrogauit eũ dicẽs. s Tu es rex iudeoꝝ. c At ille respõdens ait. ✠ Tu dicis. c Ait aũt pylatus ad principes sacerdotũ: et turbas. s Nichil inuenio cause in hoc hoie. c At illi inualescebãt dicẽtes. s Cõmouit populũ docẽs p vniuersã iudeam: incipiẽs a galilea vsqz huc. c Pylatus aũt audiẽs galileam interrogauit si hõ galileus esset. Et vt cognouit qd de herodis potestate eẽt: remisit eũ ad herodẽ: q̃ et ipse erat hierosolimis illis diebus. Herodes ãt viso iesu: gauisus est valde. Erat eni cupiens ex multo tẽpore videre eũ/eo q audierat multa de eo: et sperabat signũ aliqd videre ab eo fieri. Interrogabat ãt illũ: multis sermonib9. At ipse nichil illi rñdebat. Stabãt autẽ principes sacerdotũ et scribe: cõstãter accusãtes eũ. Spreuit autẽ illũ herodes cũ exercitu suo: et illusit indutum veste alba: et remisit ad pylatũ. Et facti sunt amici herodes et pylatus: in ipsa die. Nam antea inimici erãt adinuicẽ. Pylatus ãt cõuocatis principibus sacerdotũ et magistratibus et plebe: dixit ad illos. s Obtulistis michi hunc hominem quasi auertẽtem populũ et ecce ego coram vobis interrogans: nullam causam inuenio in homine isto: ex his in quibus eum accusatis. Sed neqz herodes. Nam remisi vos ad illũ: et ecce nichil dignum morte actum est ei. Emendatũ ergo illum dimittã. c Necesse autẽ habebat: dimittere eis per diẽ festum vnũ Exclamauit ãt simul vniuersa turba: dicens. s Tolle hunc: et dimitte nobis barrabam. c Qui erat propter seditionẽ quandã factam in ciuitate

⁊ homicidiū missus in carcerē. Iterū
āt pylatus locutus est ad illos/ volēs
dimittere iesū. At illi succlamabant
dicētes. s Crucifige crucifige eum.
c Ille aūt tertio dixit ad illos. s Quid
eni mali fecit iste? Nullā causā mor=
tis inuenio in eo. Corripiā ergo illū:
et dimittā. c At illi instabāt vocibus
magnis: postulātes vt crucifigeref:
et inualescebāt voces eorꝝ. Et pyla=
tus adiudicauit fieri petitionē eorū.
Dimisit aūt illis eū q̄ ꝓpter homici=
diū et seditionē missus fuerat in car=
cerē quē petebāt: iesum vero tradidit
volūtati eorū. Et cū ducerēt eū: ap=
prehēderūt symonē quēdā cyrenensē
venientē de villa: et iposuerūt illi cru=
cē portare post iesū. Seq̄bat aūt illū
multa turba populi ⁊ mulierū: q̄ plā
gebāt et lamētabāt eū. Cōuersus āt
ad illas iesus dixit. ✠ Filie hierusalē
nolite flere sup me: sꝫ super vosipsas
flete: et super filios vestros. Qm̄ ecce
venient dies in q̄bus dicēt. Beate steri
les et vētres q̄ nō genuerūt: et vbera
q̄ nō lactauerūt. Tūc incipiēt dicere
mōtibus: cadite super nos ⁊ collibus
operite nos. Quia si in viridi ligno
hec faciūt/ in arido q̄d fiet. c Ducebā
tur aūt et alii duo neq̄ cū eo: vt inter
ficerent. Et postq̄ venerūt in locū q̄
vocat caluarie: ibi crucifixerūt eū: et
latrones vnū a dextris et alterū a si=
nistris. Jesus aūt dicebat. ✠ Pater
dimitte illis: nō enim sciūt q̄d faciūt.
c Diuidentes vero vestimenta eius
miserunt sortes. Et stabat populus
expectās: et deridebāt illū principes:
cum eis dicētes. s Alios saluos fecit
seipsū saluū faciat si hic est cristus dei
electus. c Illudebāt aūt ei et milites
accedētes: et acetū offerētes illi dicen
tes. s Si tu es rex iudeorꝝ saluum te
fac. c Erat aūt et superscriptio scri=
pta super illū litteris grecis et latinis
et hebraicis. Hic est rex iudeorꝝ. Vn⁹
āt de his q̄ pendebāt latronibus: blas=
phemabat eū dicens. s Si tu es xp̄s:
saluū fac temetipsū et nos. c Rn̄dēs
āt alter: icrepabat illū dicēs. s Neqꝫ
tu times deū: q̄ in eadē dānatione es.
Et nos q̄dē iuste. Nā digna factis
recipimus hic vero nichil mali gessit
c Et dicebat ad iesū. s Dn̄e memen
to mei: cum veneris in regnū tuum.
c Et dixit illi iesus. ✠ Amen dico ti
bi: hodie mecum eris in paradiso. c
Erat autem fere hora sexta: et tene=
bre facte sunt in vniuersa terra vsqꝫ
in horam nonam. Et obscuratus est
sol: et velū templi scissum est mediū.
Et cum dixerit dyaconus. Velum
templi scissum est. Velū ante altare
cadere permittat. Et clamans voce
magna iesus ait. ✠ Pater in man⁹
tuas commendo spiritum meum. c
Et hec dicens expirauit. Hic fiat ge
nuflectio dicēdo. Pater noster. Aue
maria. In manus tuas. c Vidēs au
tem centurio quod factū fuerat glo=
rificauit deū dicēs. s Vere hic homo
iustus erat. c Et omnis turba eorū
qui simul aderāt ad spectaculū istud
et videbant que fiebant: percutiētes
pectora sua reuertebātur. Stabant
autem omnes noti eius a longe: et
mulieres que secuti erant eum a ga=
lilea hec videntes. Euangelium.

Et ecce vir nomine ioseph q̃ erat decurio vir bonus et iustus: hic nõ cõsenserat cõsilio et actibus eorum ab arimathia ciuitate iudee: q̃ expectabat et ipse regnũ dei. Hic accessit ad pylatũ: et petiit corpus iesu et depositum inuoluit syndone: et posuit eum in monumento exciso. In quo nõdũ quisq̃ positus fuerat. Offer. Domine exaudi orationem meã: et clamor meus ad te perueniat. ℣. Ne auertas faciem tuam: ne auertas faciem tuam a me. Secreta.

Suscipe q̃s dñe munus oblatũ/ et dignãter operare: vt qd̃ passionis filii tui dñi nr̃i misterio gerimus piis affectib⁹ cõsequamur. Per eũdẽ Cõio. Potũ meũ cũ fletu tẽperabã q: eleuans allisisti me: et ego sicut fenũ arui tu aũt dñe in eternũ pmanes: tu exurgẽs miserebe͂ris syõ: q: vẽit tẽpus miserẽdi ei⁹. Postcõ.

Largire sensibus nostris omps deus: vt per tẽporalem filii tui mortẽ quã misteria venerãda testãt: vitã nobis dedisse ppetuã cõfidam⁹. Per eundẽ. Super populũ. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Respice q̃s dñe super hanc familiam tuam pro qua dñs noster iesus xp̃s nõ dubitauit manibus tradi nocentiũ et crucis subire tormẽtũ. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate.

¶ Feria .v. in cena dñi. In primis fiat reconciliatio peniten. hoc modo. Nona cantata pergat excellenter sacerdos ad ostiũ ecclesie occid. indutus vestibus sacerd. in cappa serica rubea cum duobus dyaco. albis cũ amictis indutis absq subdyaco. et sine cruce per mediũ chori pced. vexillo cilicino sintq presentes in atrio ecclesie q̃ recõciliãdi sũt. Et si eps adest/ pricipal. archid. ex parte penitẽ. scz extra ostiũ eccl'ie i cappa serica legat hãc lectionẽ

Adest o venerabilis põtifex tempus acceptum dies propiciationis diuine et salutis humane: qua mors interitum et vita accepit eterna principium: quando in vinea dñi sabaoth sic nouorum palmitũ plantatio facienda est: vt purgetur execatio vetustatis. Quãuis enim a diuitiis bonitatis dei nichil tẽporis vacet nunc tamen et largior est per indulgẽtiam remissio peccatorũ: et copiosior per gratiam assumptio renascẽtiũ. Augemus regenerandis: crescimur reuersis. Lauant aque: lauant lachrime. Inde est gaudiũ de assumptione vocatorum: hinc leticia de absolutione penitẽtium. Inde est quod supplices tui postea q̃ in varias formas criminum neglectu mãdatorũ celestiũ et morum probabiliũ transgressione ceciderũt: hũiliati itaq prostrati prophetica ad deũ voce clamãt dicentes. Peccauimus cum patrib⁹ nostris: iniuste egimus: iniquitatem fecimus. Miserere nostri domine: vocem angelicam nõ frustratoria aure capientes: beati qui lugẽt: quoniam ipsi consolabũtur. Manducauerunt sicut scriptũ est panem doloris: lachrimis stratum rigauerũt: cor suum luctu corpus ieiuniis afflixerũt: vt animarũ reciperẽt quã perdiderãt sanitatẽ. Unicũ est itaq penitẽte suffragium: qd̃ et singulis prodest et omnibus i cõmune succurrit. Reintegra

ergo in eis apostolice pōtifex: quicq̄d dyabolo suadente/seuiente/scindente corruptū est: et orationū tuarū patrocinantibus meritis per diuine recōciliatiōis gratiā fac hoīes primos deo: vt q̄ antea in suis peruersitatibus displicebāt/nūc iā placere se domino in regionem viuorū deuicto mortis sue auctore gratulentur. Que lectio nō legatur epō absente. Finita lectione incipiat epūs āñ. Venite venite. infra p̄dictū ostiū ꝯuersus ad boriale signū faciēdo cū manu quasi vocādo. Deinde diaconus ex parte peniten. scilicet extra ostiū dicat. Flectamus genua. Alius dyaconus ex parte epi dicat. Leuate. et ita fiat tribus vicib⁹. Ita tamen ꝙ post tertiā repetitionē āñ. non dicitur. Flectamus genua. sed chorus ꝓsequat̄ totā āñ. cātore incipiente. Filii audite me timorem dñi doceb vos. ps. Bñdicā. Totus ps. dicit̄ cū Gloria patri. Et post vnūquēq̄ v̄. repetat̄ āñ. Dū ps canit̄ a choro cum āñ. semper manuatim penitētes ab aliquo p̄sbytero de choro habitu non mutato reddāt̄ sacerdoti executori officii et ab ipso restituāt̄ eccl'ie gremio Tamē si eps p̄sens fuerit penitentes a p̄sbytero reddāt̄ archiō. ⁊ ab ipo reddant̄ epo et ab ipso restituant̄ ecclesie gremio. Quib⁹ expletis: ꝓcessio more solito in chorū redeat. Deinde prosternāt se oīs et dicāt clerici in choro septē p̄os penitētiales cū Gloria pa. ⁊ Sicut erat. Sacerdō v̄o cū suis ministris dicat p se septē p̄os cū Gloria pa. et Sicut erat. et āñ. Ne reminiscaris. cū kyriel. xp̄e el. kyriel. Pater nr̄

ante altare sicut in die cinerū prenotatum est. Deinde erigens se sacerdos cōuersus ad australē corā dextro cornu altaris sū nota dicat. Et ne nos Sed libera. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperātes in te. Cōuertere domine vsq̄quo. Et dep̄cabilis esto super seruos tuos. Mitte eis domie auxiliū de sancto. Et de syon tuere eos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriam nominis tui dñe libera nos: et propici⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuum. Domie exaudi orationē meam. Et clamor. Dominus vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto domie supplicationibus nostris et me qui etiā mīa tua primus indigeo clementer exaudi: et quem non electione meriti: sed dono gratie tue cōstituisti operis huius ministrū da fiduciā tui mūeris exequēdi: tuipse in nostro ministerio qđ tue pietatis est operare. Per christū. Et dicuntur oīs orationes: et terminētur sub tono lectionis: et oīes orōes cū Oremus. nō dicit̄ Dñs vobiscū. nisi ante primā orō. tm̄. Alia orō.

Deus hūani generis benignissime cōditor: ⁊ misericordissime reformator q̄ hoīem inuidia dyaboli ab eternitate deiectū vnici filii tui sāguine redemisti: viuifica hos famulos tuos quos tibi nullaten⁹ mori desideras: ⁊ q̄ nō derelinq̄s deuios: assume correctos: moueāt pietatē tuam q̄s dñe horum famulorū tuorū lachrimosa suspiria tu eorum medere vulneribus: tu iacētibus manum porrige salutare: ne ecclesia tua aliqua sui

corporis portione vastat: ne grex tuus detrimentum sustineat: ne de familie tue damno inimicus exultet: ne renatos lauacro salutari mors secunda possideat. Tibi ergo domine supplices preces et cordis fletum effundimus: tu parce confitentibus vt sic in hac mortalitate peccata sua te adiuuante defleant: quatinus in tremendi iudicii die sententiam eterne damnationis euadant: et nesciant piissime pater quod terret in tenebris: quod stridet in flammis: atque ab erroris sui via ad iter reuersi iusticie: nequaquam vltra vulneribus saucientur: sed integrum sit eis atque perpetuum: et quod gratia tua contulit et quod misericordia reformauit. Per eundem xpm dnm nrm. Alia oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: qui vulnera nostra curare dignatus es te supplices rogamus ac petimus nos humiles tui sacerdotes vt precibus nostris aurem tue pietatis inclinare digneris atque ad penitentiam confessione mouearis remittasque omnia crimina et peccata vniuersa condones: desque his famulis tuis domine pro supplicijs veniam: pro merore leticiam: pro morte vitam: vt qui ad tantam spem celestis apicis deuoluti sunt/de tua misericordia confidentes: ad bona pacifici premij tui atque ad celestia dona peruenire mereantur. Per christum dnm nostrum. Hic non dr Oremus sed sacerdos ad populum conuersus manu extensa sine nota dicat absolutionem.

Absoluimus vos vice beati petri apostolorum principis cui collata est a domino potestas ligandi atque soluendi: et quantum ad vos pertinet accusatio: et ad nos remissio: sit vobis omnipotens deus vita et salus: et omnium peccatorum vestrorum pius indultor. Qui viuit et regnat cum deo patre in vnitate spiritussancti. etc.

Et sic surgant omnes a prostratione osculantes formulas vel terram: sacerdote dicente. Qui viuit. et si episcopus adest dicat benedictionem. Deinde incipiatur missa solenniter sine regimine chori Officium.

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu cristi in quo est salus vita et resurrectio nostra: per quem saluati et liberati sumus. ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Si episcopus celebret dicitur Gloria patri et filio et spiritui sancto. et siue episcopus celebret siue non dicitur cantus de Conditor. kyrie. absque versibus. Si episcopus celebret dicitur. Gloria in excelsis. aliter non sequatur Oremus sine Flectamus. Oratio.

Deus a quo et iudas proditor reatus sui penam et confessionis sue latro premium sumpsit: concede nobis tue propiciationis effectum vt sicut in passione sua iesus christus dns noster diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum/ita nobis ablato vetustatis errore resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecum viuit.

Ad corinthios. i. xi.

Fratres. Conuenientibus vobis in vnum: iam non est dnicam

cenā manducare. Unusquisqꝫ enim suam cenā presumit ad māducādū. Et alius qdē esurit: alius aūt ebrius est. Nunquid domos nō habetis ad māducādū et bibēdū? Aut ecclesiam dei cōtēnitis et cōfunditis eos qui nō habēt? Quid dicā vobis? Laudo vos/ in hoc nō laudo. Ego enim accepi a dn̄o qd̄ et tradidi vobis: qm̄ dn̄s iesus in qua nocte tradebaẗ: accepit panē: et gratias agēs fregit et dixit. Accipite ꝛ māducate: hoc est corpus meum qd̄ pro vobis tradetur. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter et calicē: postq̄ȝ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamētum est in meo sāguine: hoc facite quociēscunqꝫ bibetis in meā cōmemorationē. Quotiēscūqꝫ enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem dn̄i ānūciabitis donec veniat. Itaqꝫ quicūqꝫ mādducauerit panem vel biberit calicem dn̄i indigne: reus erit corporis et sanguinis dn̄i. Probet aūt seipsū homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui eni manducat et bibit indigne iudiciū sibi manducat ꝛ bibit: nō diiudicās corpus dn̄i. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus: nō vtiqꝫ iudicaremur. Dū iudicamur āt a dn̄o corripimur: vt nō cum hoc mūdo dānemur. Hec p̄dicta ep̄la legaẗ in pulpito: et ibidē cātetur gr̄. a duobus pueris in suppellicits. Gr̄. Christus factus est pro nobis obediens vsqꝫ ad mortem: mortē aūt crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illum: et dedit illi nomen qd̄ est super omne nomen. Repetaẗ gr̄: nisi ep̄s celebret. Euāgel. legatur in pulpito more dn̄icali.

Secundum Johannem xiii.

Ante diem festum pasche sciēs iesus quia venit hora eius: vt trāseat ex hoc mundo ad patrē: cum dilexisset suos q̄ erant in mūdo: in finem dilexit eos. Et cena facta cum dyabolus iā misisset in cor: vt traderet eū iudas symonis scariothis: sciēs q̄a oīa dedit ei pater in manus et qꝛ a deo exiuit: et ad deū vadit surgit a cena et ponit vestimēta sua. Et cum accepisset linteū: precinxit se. Dein de misit aquā in peluim: ꝛ cepit lauare pedes discipuloꝝ suoꝝ et extergere lintheo quo erat p̄cinctus. Uenit ergo ad symonem petrū. Et dicit ei petrus. Dn̄e tu michi lauas pedes? Respōdit iesus et dixit ei. Qd̄ ego facio: tu nescis modo: scies aūt postea. Dicit ei petrus. Nō lauabis mihi pedes ineternū. Respōdit ei iesus. Si non lauero tibi nō habebis partē mecum. Dicit ei symō petrus. Dn̄e nō tantū pedes meos: sed et manus et caput. Dicit ei iesus. Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet: sed est mūdus totus. Et vos mundi estis: sed non oēs. Sciebat eni quisnā esset q̄ traderet eū: propterea dixit non estis mundi omēs. Postq̄ȝ ergo lauit pedes eorū accepit vestimenta sua: et cū recubuisset iterum dixit eis. Scitis qd̄ fecerim vobis? Uos vocatis me magr̄ et domie: et bene dicitis. Sū etenim Si ergo ego laui pedes vestros dn̄s ꝛ magister: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exēplū enim dedi vo-

bis: vt queadmodu ego feci vobis ita et vos faciatis. Sine Credo in vnu deum. Si episcopus celebrauerit legatur euagel. more duplicis festi: cu Credo in vnu deum. Offr. Dextera dni fecit virtutem: dextera dni exaltauit me no moriar sed viuam et narrabo opera dni. Ponant a subdyacono tres hostie ad consecrandu: quare due reseruentur in crastinu vna ad percipiendu a sacerdote: reliqua vt ponatur cum cruce in sepulchro. Secreta.

Ipse tibi qs domie sancte pater oipotes eterne deus sacrificiu nostru reddat acceptu: qui discipulis suis in sui co meoratione hec fieri hodierna traditioe mostrauit iesus xps dns noster. Qui tecum viuit. Prefatio quotid. Hac die. Sanctus. solenniter catet: licet epus defuerit. Infra canonem. Comunicates. et Hanc igitur. et Qui pridie. et dicutur ta a sacerdote q ab epo. Tres pueri ante olei consecratione simul cantent huc Hymnu in supplicijs. O redeptor. Chorus idem repetat post vnuquemqz v. Hac die non dicitur Agnus dei. nec pax detur: nisi epus celebrauerit: tunc eni dicit Agnus dei. solenniter more duplicis festi et sacri crismatis ampulla pro pace deosculet. Coio. Dns iesus post q cenauit cu discipulis suis lauit pedes eoru et ait illis: scitis qd fecerim vobis ego dns et magister: exemplu dedi vobis vt et vos ita faciatis. Catata comunione statim incipiant vespe festiue sine regimie chori et sine Deus in adiutoriu. ab aliquo de superiori gradu incipiatur an. Calicem. Psalmus.

Credidi propter qd locutus su: ego aut humiliatus su nimis. Ego dixi in excessu meo: omis homo medax. Quid retribua dno: pro oib9 que retribuit michi. Calice salutaris accipia: et nome dni inuocabo. Vota mea dno redda cora omi populo eius pciosa in cospectu dni mors sctoru ei9 O dne qa ego seruus tuus: ego seru9 tuus: et fili9 acille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiaz laudis: et nomen dni inuocabo. Vota mea dno redda in cospectu ois populi eius: in atrijs domus dni in medio tui hierusale. Non di Gloria patri. sed repetat an. Calice salutaris accipia et nome dni inuocabo. Et cetere an. cu suis psis dnr sine Gloria. Psalmus.

Ad dnm cu tribularer clamaui: et exaudiuit me. Dne libera aiam mea a labijs iniqs: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut qd apponatur tibi: ad ligua dolosa. Sagitte potetis acute: cu carbonibus desolatorijs. Heu michi qa incolatus meus prologatus est habitaui cu habitantibus cedar: multu incola fuit aia mea Cum his qui oderut pacem era pacificus cu loqbar illis impugnabant me gratis. an. Cum his qui oderut pacem eram pacificus cum loquebar illis impugnabant me gratis. Psalmus.

Eripe me domine ab homie malo: a viro iiquo eripe me. Qui cogitauerut iniquitates in corde: tota die costituebant prelia. Acuerut lingua suam sicut serpetes: venenu aspidum sub labijs eorum. Custodi me domie de manu peccatoris: et ab

hoibus iniquis eripe me. Qui cogita uerunt supplãtare gressus meos: ab sconderunt superbi laqueum michi. Et funes extenderunt in laqueũ iuxta iter scandalum posuerunt michi Dixi dño deus meus es tu: exaudi domine vocem deprecatiõis mee. Dñe domĩe virtus salutis mee: obumbrasti super caput meũ in die belli. Non tradas me dñe a desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me ne derelinquas me ne forte exaltẽt. Caput circuitus eorũ: labor labiorũ ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones: in ignem deiicies eos: in miseriis non subsistent. Uir linguosus nõ dirigetur in terra: virum iniustũ mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudiciũ inopis: et vindictam pauperũ. Uerũtamen iusti cõfitebũtur nomini tuo: et habitabũt recti cum vultu tuo. ãn. Ab hominibus iniquis libera me domine. Psalmus.

Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensũ in conspectu tuo: eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinum. Pone dñe custodiã ori meo: et ostium circũstãtie labiis meis. Non declines cor meũ in verba malicie: ad excusãdas excusatiões in pctis. Cũ hoibus operãtibus iniquitatẽ et non cõmunicabo cum electis eorũ. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me: oleum autẽ peccatoris nõ impinguet caput meũ. Quoniam adhuc et oratio mea in bñplacitis eorũ: absorpti sunt iuncti petre iudices eorũ. Audient verba mea qm̃ potuerũt: sicut crassitudo terre erupta est sup terrã. Dissipata sũt ossa nostra secus infernũ: qa ad te dñe dñe oculi mei ĩ te speraui nõ auferas aĩaʒ meã Custodi me a laqo quẽ statuerũt michi: et ab scãdalis operãtiũ iniquitatẽ Cadẽt in retiaculo eius peccatores: singulariter sũ ego donec trãseã. ãn. Custodi me a laqo quem statuerũt michi: et ab scãdalis operãtiũ iniqtatẽ. Psalmus.

Uoce mea ad dominũ clamaui voce mea ad dñm deprecatus sum. Effundo in cõspectu eius orationẽ meã: et tribulationẽ meã ante ipsũ pronũcio. In deficiendo ex me spiritũ meũ: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ãbulabã: abscõderũt laqueũ michi. Cõsiderabã ad dexterã et videbam et nõ erat qui cognosceret me. Periit fuga a me: et nõ est qui requirat aĩam meã. Clamaui ad te dñe: dixi tu es spes mea portio mea in terra viuentiũ. Intẽde ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequẽtibus me: quia cõfortati sũt super me. Educ de custodia animã meam ad confitendũ noĩ tuo: me expectant iusti donec retribuas michi. ãn. Cõsiderabã ad dexterã et videbã: et nõ erat qui cognosceret me. Finita hac quinta ãn. statim incipiatur Antiphona Cenantibus. Psalmus.

Magnificat aĩa mea dñm. Et exultauit spirit⁹ meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatẽ ancille sue: ecce enĩ ex hoc beatã me dicent oẽs generatiões. Quia

fecit michi magna qui potens est: et sctũ nomẽ eius. Et mia eius a progenie in pgenies timẽtib9 eũ. Fecit potẽtiã in brachio suo dispersit superbos mẽte cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltauit hũiles. Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerũ suũ: recordatus mie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abrahã et semini eius in secula. ãn. Cenãtibus aũt accepit iesus panẽ bñdixit ac fregit dedit discipulis suis. Repetita ãn. post. Magnificat dicat sacerdos postcõio cum Dñs vobis. et Oremus. more solito

Refecti vitalibus alimentis q̃s dñe deus nr̃: vt qd tempore nostre mortalitatis exeq̃mur immortalitatis tue mũere cõsequamur. Per.

¶ Et sic missa et vespere simul finiãtur dyacono dicẽte. Ite missa est. si epũs celebret si vero nõ: missa et vespere simul finiãtur cũ Bñdicamus dño. propter solẽnitatẽ verõ cene dia conus et subdyaconus dalmatica et tunica induanẽ: licz eps nõ celebrauerit. Post prandiũ cõueniãt clerici ad ecclesiã ad altaria abluẽda et ad mandatũ faciẽdũ et ad cõpletoriũ dicendũ In primis benedicat aqua more solito extra chorũ priuatim. Deinde preparenẽ duo sacerd. excellẽtiores cum dyacono & subdyacono de scđa forma et cerofer. de prima forma q̃ oẽs sint albis cũ amictis indui: et incipient a maiori altare abluãt illud infũdẽtes vinũ et aquã et interim canteẽ ℟. In mõte oliueti. a toto choro coram altari cũ suo ℣. et dicit sine Gloria patri

Quo finito dicit ℣. et or. de sãcto in cuius honore consecratũ est altare ab excellent sacerd modesta voce. Ite sine nota que termietur sic. Per xp̃m. nec precedat nec subsequat Dñs vobiscũ. sed tãtũ Oremus. ante orõnẽ. Eodẽ modo oĩa altaria in ecclesia abluanẽ cũ ℟. et. ℣. sicut ordinatim sunt in predicta historia: scz In monte oliueti. et cum ℣. et or. de sanctis vt s̃ dictũ est. Ita q̄ nullũ ℟. incipiat nisi tm̃ corã altari: et ibi totũ cantabiẽ vt supradiximus. Et sẽper in extrema ablutione cantetur ℟. Circumdederũt. cum suo ℣. Et si plura fuerint altaria in ecclesia q̃ ℟. in predicta hystoria tunc reincipiatur hystoria ordine predicto seruato: sed q̄ ℟. Circumdederunt sẽper vltimo loco cãteẽ. Post ablutionẽ altaris intrẽt capl̃m et dyaconus legat euange. Ante diem festũ. sicut ad missã lectum est: deinde dicitur sermo. Quo finito surgant duo predicti sacerd: et incipienẽ a maioribus lauãt omniũ pedes: vnus ex vna parte: et alter ex altera parte chori: et ipsi inuicẽ sibi lauent pedes. Et interim cantentur hee sequẽtes ãn. cum suis p̃s a toto choro interim sedente. ãn. Mandatum nouum. ps. Deus misereaẽ nostri. totus ps dr sine Gloria patri. Et post vnũquẽq ℣. repetaẽ ãn. Et hoc modo dicũẽ oẽs ãn. cum suis p̃s q̃ sequũẽ ãn. Diligamus nos. ps. Ecce q̄ bonũ. ãn. In diebus illis. ps. Miserere. i. ãn. Maria ergo. ps. Beati immaculati. An. Post q̄. ps. Audite hec oẽs gentes. Hee sequẽtes ãn. si necesse fuerit cantenẽ: si autẽ

oino ptermittant an. Vos vocatis. an Si ego dns. a. Ante die. an. Venit ad petru

Peracta ablutioe pedu dicto sermoe accipiat caritatis potu. Quibus rite pactis vnus sacerd dicat pces hoc mo

Suscepimus deus miam tua. In medio tepli tui. Tu mandasti. Mandata tua custodiri nimis. Ecce q bonu et q iocundum. Habitare fratres in vnu. Dne exaudi. Et clamor. Dns vobiscum. Et cu spu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto qs dne officio seruitutis nostre: et qa tu pedes lauare dignatus es tuis discipl'is ne despicias opera manuu tuaru q nobis retinenda madasti: sed sicut exteriora hic abluunt inqnameta corpor: sic a te oiz nostror interiora mudet pcta/ qd ipe pstare digneris. Qui cu patre et spu sancto viuis et regnas deus. Per.

¶ Si vero nullus assit clericus sermone faciens: cetis vt prius paractis: post ablutione pedu dicut pces predicte. Deinde legatur sequens euangeliu a quoda dyacono de scda forma in superpelliciis sine titulo. Benedictione prius petita ab executore officii et legatur more lect. fratribus interim caritatis potum sumentibus et legatur vsq ad illu fine. Surgite eamus hinc Et ita recedant. Euagelium Secundu Johanne xiii. et xiiii.

Amen ame dico vobis: no est seruus maior dno suo: neq apl's maior est qui misit illu. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. No de oib9 vobis dico. Ego scio quos elegerim: sed vt adimpleat scriptura. Qui madu cat meu panem leuabit cotra me calca neu suu. Amen ame dico vobis priusq fiat: vt cu factu fuerit credatis qa ego su. Ame ame dico vobis: q accipit si que misero me accipit. Qui aut me accipit: accipit eu q me misit. Et cu hec dixisset iesus turbatus est spu: et protestatus est et dixit. Amen ame dico vobis: qa vnus ex vobis me tradet. Aspiciebant ergo adinuice discipl'i: hesitates de quo diceret. Erat aut recubes vnus ex discipulis eius in sinu iesu: que diligebat iesus. Innuit ergo huic symon petrus: et dixit ei. Quis est de quo dicit. Itaq cum recubuisset ille supra pectus iesu: dixit illi. Dne qs est. Respondit iesus. Ille est cui ego intinctu panem porrexero Et cu intinxisset pane: dedit iude symonis scariothis. Et post buccellaz introiuit in illu sathanas. Et dicit ei iesus. Qd facis fac citius. Hoc at nemo sciuit discubetiu: ad qd dixerit ei. Quida aute putabat qa loculos habebat iudas q dixisset ei iesus eme ea que nobis opus sut ad diem festum: aut egenis vt aliqd daret. Cum ergo accepisset ille buccellam: exiuit cotinuo. Erat ei nox. Cu ergo exisset: dicit iesus. Nunc clarificatus est filius hois: et deus clarificatus est in eo Si deus clarificatus est in eo: et deus clarificauit eum in semetipso. Et cotinuo clarificauit euz. Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Queretis me et sicut dixi iudeis: quo ego vado vos no potestis veire. Et vobis dico modo. Madatu nouu do vobis vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos vt et vos diligatis inuice. In hoc cognoscet

oēs q̇a discipuli mei estis: si dilectionē
habueritis adinuicē. Dixit ei symon
petrus. Dn̄e quo vadis? Respōdit ie-
sus. Quo ego vado nō potes me mō
seq̇: seq̄ris āt postea. Dixit ei petrus.
Quare nō possū te seq̇ modo? Aiam
meā ꝓ te ponā. Respōdit iesus. Ani-
mā tuā ꝓ me pones. Amē amē dico
tibi: nō cātabit gallus donec ter nega
bis me. Et ait discipulis suis. Non
turbet̄ cor vestrū neqꝫ formidet. Cre
ditis in deū et in me credite. In domo
p̄ris mei mālīōes multe sūt. Si quo
minus dixissē vobis: q̇a vado parare
vobis locū. Et si abiero ⁊ p̄parauero
vobis locū: iterū veniā et accipiā vos
ad meipsū: vt vbi sū ego et vos sitis.
Et quo ego vado scitis et viā scitis.
Dixit ei thomas. Dn̄e: nescim⁹ quo
vadis. Et quō possumus viā scire?
Dicit ei iesus. Ego sū via veritas et
vita. Nemo venit ad patrē nisi ꝑ me
Si cognouissetis me: et patrē meū
vtiqꝫ cognouissetis. Et amodo co-
gnoscetis eum: et vidistis eū. Dicit ei
philippus. Dn̄e ostēde nobis patrē: ⁊
sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tanto
tēpore vobiscū sū: et non cognouistis
me. Philippe q̇ videt me: videt et pa
trē meū. Et quomō tu dicis ostende
nobis patrē? Nō credis q̇a ego in pa-
tre: ⁊ pater in me est. Verba que ego
loquor vobis: a meipso non loquor.
Pater āt in me manēs: ipse facit ope
ra. Nō credetis quia ego in patre: et
pater in me est? Alioquin ꝓpter ipsa
opera credite. Amen amē dico vobis
qui credit in me opera que ego facio:
et ipse faciet. Et maiora horū faciet

quia ego ad patrē vado. Et q̇ſcunqꝫ
petieritis patrē in noīe meo hoc faciā:
Per hui⁹ dñe virtutem mysterii tue nos claritatis ꝑpetu⁹ splēdor illustret: et cū cōsubstātiali tibi filio gratia spūs scti illuminet. Per eū dē. i vni. e. Feria. v. offm. Spūs dñi. kyrie. sine versibus. Oratio.

Presta q̄s ops et misericors deus vt spūs sctūs adueniens tēplum nos glie sue dignāter ihabitādo perficiat. Per dñm. in vnitate eiusdez.

Lectio actuū apostolorum. viii.

In dieb⁹ illis. Philippus descēdens in ciuitatē samarie: ꝑdicabat illis xp̄m. Intēdebāt aūt turbe his q̄ a philippo dicebant̄ vnanimiter audiētes et videntes signa q̄ faciebat corā illis. Multi em̄ eoꝝ q̄ habebāt spūs imūdos: clamātes voce magna exibāt. Mlti āt paralitici et claudi: curati sūt. Factū est ergo gaudiū magnū i illa ciuitate. All'a. ℣. Emitte spiritū tuū i creabūtur: renouabis faciē terre. All'a. ℣. Fact⁹ est repēte de celo sonus aduenietis spūs vehemētis. Sequē.

Alma chorus dñi nūc pāgat nomīa summi. Messyas sother emanuel sabaoth adonai. Est vnigenitus via: vita man⁹ omousyon. Pricipiū primogenit⁹ sapientia virt⁹. Alpha: caput/finisq3 sit vocitar̄ et est oo. Fōs et origo boni paraclit⁹ ac mediator. Agn⁹ ouis vitul⁹: serpēs aries leo v̄mis. O verbū splēdor: sol gloria lux et imago. Panis flos vitis: mōs ianua petra lapisq3. Angelus et sponsus pastorq3 propheta sacerdos. Athanathos: kyrros: theon pāthon cratō et isus. Saluificet nos Sit cui secla. Per oia dora. Scdz lucā. ix.

In illo tp̄e. Cōuocatis ies⁹ duodecim discip'lis: dedit illis virtutē et ꝑtātem: sup oia demonia et vt lāguores curarēt. Et misit eos ꝑdicare regnū dei: et sanare ifirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis i via: neq3 virgā: neq3 perā/ neq3 panez neq3 pecuniā: neq3 duas tunicas habeatis Et in quācūq3 domū itraueritis ibi manete et inde ne exeatis. Et q̄cūq3 nō receperint vos exeūtes de ciuitate illa: etiā puluerē pedū vroꝝ excutite i testimoniū sup illos. Egressi autem circuibāt per castella: euāgelizātes et curātes vbiq3. Credo. Offer. Confirma hoc deus quod operatus es i nobis a templo tuo qd est in hierl'm: tibi offerēt reges munera alleluya. Secreta.

Uirtute sācti spūs dñe munera nr̄a cōtinge/vt qd solēnitate ꝑsenti tuo noī dedicauit et intelligibile nobis faciat et eternū. Per dñz. i vnitate eiusd. Coio. Fctūs est repēte de celo sonus aduenietis sp̄s vehemētis vbi erāt sedētes all'a: repleti sunt oēs spū sctō loquētes magnalia dei all'a all'a. Postcoio.

Sacrificiis celestib⁹ q̄s dñe operante spū sancto vicia nr̄a purgent vt muneribus tuis semp possimus aptari. Per eūdem. in vnitate eiusdem. Feria. vi. Officium.

Repleat os meuz laude tua all'a: vt possim cātare alleluya: gaudebunt labia mea dū cantauero tibi all'a all'a. ꝑs. In te dñe speraui nō cōfūdar ieternū: i iusti

cia tua libera me et eripe me. Oratio.

Da q̄s ecclesie tue misericors de⁹ vt spiritu sctō cōgregata: hostili nullatenus icursiōe turbet̄. p d. in vnita. eiusd. ℂ Lcō actuū apl'oꝝ. ii.

In diebus illis. Aperiēs petrus os suum: dixit. Viri israelite audite verba hec. Jesum nazarenū virum approbatum a deo in vobis: virtutibus et ꝓdigiis ⁊ signis q̄ fecit per illū deus i medio vestri: sicut vos scitis: hunc diffinito cōsilio et prescientia dei traditū per man⁹ iiquoꝝ affligētes interemistis. Quē deus suscitauit solutis doloribus iferni: iuxta qđ impossibile erat teneri illū ab eo. Dauid eñ dicit in eū. Prouidebam dn̄m corā me semp: qm̄ a dextris est michi ne cōmouear. Propter hoc dilatatū est cor meū: ⁊ exultauit ligua mea insuper et caro mea requiescet i spe. Qm̄ nō derelinques aīam meā in iferno: nec dabis sanctū tuū videre corruptionē. Notas michi fecisti vias vite: replebis me iocūditate cuꝫ facie tua. All'a. ℣. Emitte spiritū tuū ⁊ creabunt̄ ⁊ renouabis faciē terre. All'a. Spūs dn̄i repleuit orbē terrarū ⁊ hoc qđ cōtinet oīa sciētiā habet vocis. Sequētia.

Laudes deo deuotas. Dulci voce ac sonora. Plebs resultet catholica. Spūs scī gr̄a. Apostolis die hodierna. In igneis linguis est ifusa Paracliti p̄sentia. Emundet nos a pctī macula. Pura sibi aptās habitacula. Carismatū ac munera. Pectoribus nr̄is pius infundat. Vita nr̄a ei vt complaceat. Per seculorum secula. Cōclamemus all'a. Sit deo laus potestas honor virtus et gloria.

ℂ Secundum lucam. quinto.

In illo tp̄e. Factū est i vna dierū: et iesus sedebat docēs. Et erāt pharisei sedētes ⁊ legisdoctores: q̄ venerāt ex omī castello galilee ⁊ iudee ⁊ hierl'm: ⁊ virtus dn̄i erat ad sanādū eos. Et ecce viri portantes in lecto hoīem q̄ erat paraliticus: et q̄rebāt eū iferre ⁊ ponere āte eū. Et nō iueniētes qua parte illū inferrēt pre turba: ascēderūt supra tectū et p tegulas sūmiserūt illuꝫ cū lecto in medio ante iesum. Quoꝝ fidē vt vidit: dixit. Hō remittūtur tibi pctā tua. Et ceperūt cogitare scribe et pharisei dicētes. Quis ē hic q̄ loquit̄ blasphemias? Quis pōt dimittere pctā: nisi solus de⁹. Vt cognouit aūt ies⁹ cogitatiōes eoꝝ: rn̄dēs dixit ad illos. Quid cogitatis mala i cordib⁹ vr̄is? Quid est facili⁹ dicere dimittūtur tibi pctā an dicere surge ⁊ ambula. Vt sciatis āt q2 fili⁹ hoīs: habꝫ potestatē i terra dimittēdi pctā: ait palitico. Tibi dico surge: tolle lectū tuū: ⁊ vade in domū tuā. Et cōfestim surgens coraꝫ illis: tulit lectū in quo iacebat ⁊ abiit in domū suā magnificās deum. Et stupor apprehēdit oēs: et magnificabāt deū. Et repleti sūt timore dicentes: q2 vidim⁹ mirabilia hodie. Credo. Offer. Lauda aīa mea dn̄m: laudabo dn̄ꝫ i vita mea psallā deo meo q̄diu ero all'.

Sacrificia dn̄e tuis (Secreta. oblata ꝯspectibus ille ignis diuinus assumat: q̄ discipuloꝝ xp̄i tui per spm̄ sanctū corda succendit. Per eundē. in vnitate eiusdē. Coio. Spi

ritus vbi vult spirat et vocē eius audis all'a: sꝫ nescis vñ veniat aut quo vadat all'a all'.

(Postcō. Concede q̄s ops de⁹: vt hui⁹ pceptiōe sacramēti: ita nr̄e fragilitatis vicia expurgēt quatinus per spm̄ sāctū repromissū i nobis: donum tue gr̄e sentiamus. Per dominū. in vnitate eiusdē. ¶ Sabbato quattuor tempor. Officium.

Caritas dei diffusa est i cordibus vr̄is all'a: p inhabitātē spm̄ ei⁹ in vobis all'a all'a. Ps. Dn̄e deus salutis mee: in die clamaui et nocte corā te. kyriel. solēniter dr̄ absqꝫ ℣. Sequat. Gl'ia i excel. Sicut ifra oct. cū regimīe cho. Oēs orōnes sine Dn̄s vobis. dr̄: p̄ter vltimā q̄ ē añ ep'lam: sꝫ tm̄ cū Oremus. et oēs lect. cū suis titulis legātur ad gradū chori in suppelliciis. Pria vero lcō ab accolito: et alie a clericis de. ii. forma legātur. tñ quinta l'c. ab aliquo de superiori gradu legat. Et sigula. All'. a duob⁹ pueris i suppelliciis ibidē cātent sīn repetitiōe. All'a. post suū ℣.

(Orō. Mentib⁹ nr̄is q̄s dn̄e spiritū scm̄ benign⁹ ifunde: cui⁹ et sapiētia cōditi sumus: et puidētia gubernamur. Per d. i vnita. eiusdē. ¶ Lectio iohelis prophete. ii.

Hec dicit dn̄s de⁹ Effūdā de spū meo sup oēm carnē: et pphetabunt filii vr̄i: et filie vr̄e. Senes vr̄i sōnia sōniabūt: et iuuenes vr̄i visiōes videbūt. Sed et sup seruos meos et ancillas meas i dieb⁹ illis effundā de spū meo: et pphetabūt. Et dabo pdigia in celo sursū: et signa i terra deorsum: sāguinē et ignē et vaporē fumi. Sol cōuertet i tenebras: et luna in sāguinē āteq̄ veniat dies dn̄i magnus et horribilis. Et erit. Ois q̄cūqꝫ inuocauerit nomē dn̄i: saluus erit. All'a. ℣. Emitte spiritū tuū et creabūtur: et renouabis faciē terre. non repetatur. All'a. post ℣. sed dr̄ Oremus. Orō.

Illo nos igne q̄s dn̄e spūs sāctus iflāmet: quē dn̄s nr̄ iesus xp̄s misit in terrā et voluit vehemēter acēdi. Qui tecū. in vnitate eiusdem. ¶ Lectio libri leuitici. xxiiii.

In dieb⁹ illis. Locut⁹ est dn̄s ad moysen dicēs. Loq̄re filiis isrl' et dices ad eos. Cū igressi fueritis terrā quā ego dabo vobis: et messueritis segetē: feretis maipulos spicar: primitias messis vr̄e ad sacerdotē. Qui eleuabit faciculum corā dn̄o: vt acceptabilis sit p vobis altero die sabbati et sāctificabit illū. Numerabitis ergo ab ipo die: i quo obtulistis maipulos primitiar septē ebdomadas plenas vsqꝫ ad alterā diē explectōis ebdomade septie. Et sic offeretis sacrificiū nouū dn̄o: ex oib⁹ habitaculis vestris. Panes primitiar duos de duabus decimis simile: quos eleuabit sacerdos corā dn̄o. Et vocabitis hunc diē celeberrimū atqꝫ sctissimū. Oē opus seruile nō facietis i eo. Legitimū sempiternū erit i cūctis habitaculis et gn̄atiōib⁹ vr̄is dicit dn̄s ops. Alleluya. ℣. Veni scē spūs reple tuorū corda fideliū: et tui amoris in eis ignem accende.

(Orō. Deus q̄ ob aiar medelā ieiunii deuotiōe: castigari corpora p̄cepisti cōcede nobis ppicius: et mente et corpore semper tibi esse de-

uotos per dominum. ¶ Lectio libri deuteronomii. xxvi.

In diebus illis. Dixit moyses filiis israel. Audi israel: q̄ ego p̄cipio tibi hodie. Cū intraueris terrā quā dn̄s de⁹ tuus tibi datur⁹ est possidēdā: et obtinueris eā atq̄ habitaueris in ea: tolles de cūctis frugib⁹ tuis primitias: et pones in cartallo. Pergēsq̄ ad locū quē elegerit dn̄s de⁹ tuus: vt ibi inuocet̄ nomē ei⁹. Accedesq̄ ad sacerdotē q̄ fuerit in dieb⁹ illis: et dices ad eū. Profiteor hodie coram dn̄o deo tuo: q̄ exaudiuit nos: et respexit humilitatē nostrā: et laborē atq̄ āgustias: et eduxit nos de egypto in manu forti: et brachio extento. In ingēti pauore: in signis atq̄ portētis: et introduxit nos ad locū istū: et tradidit nobis terrā lacte et melle manātē. Et idcirco: nūc offero primitias frugum terre: quā dn̄s de⁹ tu⁹ dedit michi. Et dimittes eas in ɔspectu dn̄i dei tui: et adorato dn̄o deo tuo epulaberis in oīb⁹ bonis: q̄ dn̄s de⁹ tuus dederit tibi. All'a. ℣. Loquebantur variis linguis apostoli magnalia dei. Oratio.

Presta q̄s ōps deus: vt salutaribus ieiuniis eruditi: ab oībus etiā vitiis abstinētes ꝓpiciationem tuam facilius impetremus. Per.

¶ Lectio libri leuitici. xxvi.

In dieb⁹ illis. Dixit domin⁹ ad moysē. Loquere filiis israel: et dices ad eos. Si i p̄ceptis meis ambulaueritis: et mādata mea custodieritis et feceritis ea: dabo vobis pluuias tp̄ibus suis et terra gignet germē suū: et pomis arbores replebunt. Apprehendet messiū tritura vindemiā: et vindemia occupabit semētē. Et comedetis panē v̄rm in saturitate et absq̄ pauore habitabitis i terra v̄ra. Dabo pacē in finib⁹ v̄ris: dormietis et nō erit q̄ exterreat. Auferā malas bestias a vobis: et gladius nō trāsibit terminos v̄ros. Persequimini inimicos v̄ros: et corruēt corā vobis. Persequēt̄ quiq̄ de vestris cētū alienos: et cētū de vobis decē milia. Cadent inimici vestri: i ɔspectu v̄ro gladio. Respiciā vos et crescere faciā. Multiplicabimini: et firmabo pactū meū vobiscū. Comedetis vetustissima veterū: et vetera nouis supueniētib⁹ ꝓiicietis. Ponā tabernaculum meum in medio vestri: et nō abiiciet vos vltra aīa mea. Ambulabo īter vos et ero vester de⁹ vosq̄ eritis mihi populus meus. Dicit dn̄s oīpotēs. All'a. ℣. Factus est repēte de celo sonus aduenientis spiritus vehementis. Oratio.

Presta q̄s oīpotens deus sic nos ab epulis carnalibus abstinere vt a viciis irruentibus pariter ieiunemus. Per dominum nostrum.

¶ Lectio danielis prophete. iii.

Angelus dn̄i descendit cum azaria et sociis eius in fornacē: et excussit flāmā ignis de fornace et fecit mediū fornacis quasi vētū roris flātem. Flāma aūt diffusa est super fornacē: cubitis quadraginta nouē: et incēdit quos repperit iuxta fornacem de caldeis ministros regis: q̄ eā incēdebant. Illos autē oīno nō tetigit ignis neq̄ ɔtristauit: neq̄ quicq̄ molestie itulit. Tūc hi tres quasi ex

vno ore laudabant et glorificabāt et benedicebāt deum i fornace dicentes ¶ Hic finiat̄ i aduētu. Benedict⁹ es dñe de⁹ patrū nostrorū: et laudabilis ⁊ glorios⁹ ⁊ superaltat⁹ i secula. Et bñdictū nomē glorie tue qd̄ est sāctū: ⁊ laudabile et superaltatū i oībus seculis. Bñdict⁹ es i tēplo sacto glorie tue et suplaudabilis ⁊ supglorios⁹ in secula. Bñdict⁹ es i throno regni tui ⁊ suplaudabilis: ⁊ superaltat⁹ i secula. Benedictus es super septrū regni diuinitatis tue et superlaudabilis et superexaltatus in secula. Benedict⁹ es qui intueris abyssos/⁊ sedes super cherubin: et laudabilis et superexaltatus in secula. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum ⁊ super vndas maris: et superlaudabilis et superexaltatus i secula. ¶ Hic finiat̄ in quadragesima. Bñdict⁹ es i firmamēto celi: et laudabilis et gloriosus i scl'a. Bñdicite oīa opera dñi dño: benedicite celi dño bñdicite āgeli dñi dño. Hymnū dicite et superaltate euz in scl'a. Bñdicite aque q̄ sup celos sunt dño: benedicite oēs virtutes dñi dño: benedicite sol et luna domino. Hymnū dicite et superexaltate eū in secula. Bñdicite stelle celi domino: bñdicite ymber et ros dño: bñdicite oīs spūs dei dño. Hymnum dicite et superaltate eū in scl'a. Bñdicite ignis et estus dño: bñdicite noctes et dies dño: bñdicite tenebre ⁊ lumen dño. Hymnū dicite et superexaltate eum in secula. Benedicite frigus et cauma dño: bñdicite pruina et niues dño: bñdicite fulgura et nubes dño. Hymnū dicite ⁊ superaltate eū in secula. Bñdicat t̄ra dñm: bñdicite mōtes ⁊ colles dño: bñdicite oīa nascētia terre dño. Hymnū dicite et superexaltate eū in scl'a. Benedicite maria ⁊ flumina dño: bñdicite fōtes dño: bñdicite cete et oīa q̄ mouent̄ i aquis domino. Hymnū dicite ⁊ superexaltate euz in scl'a. Bñdicite volucres celi dño: bñdicite bestie et vniuersa pecora dño: bñdicite filii hoim dño. Hymnū dicite: et superaltate eū in secula. Benedicat israel dñm: bñdicite sacerdotes dñi dño: benedicite serui dñi domino. Hymnū dicite et superexaltate eū in secula. Benedicite spūs ⁊ aīe iustorū dño: benedicite sācti et humiles corde dño. Hymnum dicite et superexaltate eū in secula. Benedicite anania azaria misael dño. Hymnū dicite et superexaltate euz in secula. In vigilia sancte trinitatis et in mēse septembris tota lec. legatur. Duo clerici de secunda forma in superpellicijs ad graduz chori dicāt All'a. ℣. Benedict⁹ es de⁹ patrū nostrorum: ⁊ laudabilis i secula. nō repetat̄ All'a. Sequatur. Dñs vobiscū. Orem⁹. Oratio

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas igniū concede ppici⁹ vt adueniēte spū scō: nos famulos tuos nō exurat flāma viciorū. p d̄. in vnita. ei⁹. ¶ L. cō actuū apl'orū. xiii.

In dieb⁹ illis. Cōuenit vniuersa ciuitas: audire verbum dei Uidentes autez turbas iudei: repleti sunt zelo: ⁊ contradicebant his que a paulo dicebantur blasphemantes. Tunc cōstanter paulus ⁊ barnabas

dixerūt. Uobis oportebat primū loqui verbum dei: sed qm̄ repulistis illud: et indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes. Sic eni͂ nobis p̄cepit dn̄s. Posui te ī lucem gentibus: vt sis in salutē vsq₃ ad extremū terre. Audientes aūt gētes gauise sunt: ⁊ glorificabāt verbū dn̄i: et crediderūt quotquot erāt p̄ordinati ad vitam eternā. Dissemina batur aūt verbū dn̄i: p vniuersam regionē. Judei autē cōcitauerunt religiosas mulieres et honestas et p̄rios ciuitatis: et excitauerunt persecutionem in paulū et barnabā: et eiecerūt eos de finib⁹ suis. At illi excusso puluere pedū in eos / venerunt iconiū. Discipuli quoq₃ replebant̄ gaudio ⁊ spiritu sctō. Et legatur in pulpito: qua lecta duo clerici de superiori gradu in cappis sericis ibidē dicāt. All'a ℣. Laudate dn̄m oēs gentes: et collaudate eum oēs populi. Repetatur. All'a sine neuma. Sequentia. Alma chorus. vt supra in feria quinta precedente.

¶ Secundum lucam. quarto.

In illo t̄pe. Surgēs iesus de synagoga: introiuit in domum symonis. Socrus aūt symonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illū pro ea. Et stans super illā imperauit febri: et dimisit illā. Et continuo surgens ministrabat illis. Cū sol aūt occidisset: oēs q̄ habebāt infirmos variis lāguoribus ducebāt illos ad eū. At ille singulis manus imponēs: curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamātia et dicētia: q₂ tu es filius dei. Et increpans: nō sinebat ea loqui q₂ sciebant ipsum esse xp̄m. Facta aūt die egressus ibat in desertum locū: ⁊ turbe requirebant eū. Et venerunt vsq₃ ad ipsum ⁊ detinebant illū ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia ⁊ aliis ciuitatibus: oportet me euangelizare regnum dei. Credo. Offer. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine alleluya. Secreta.

Mitte dn̄e q̄s spiritū sanctū qui ⁊ hec mūera p̄sentia tuu₃ nobis efficiat sacramētum ⁊ ad hoc p̄cipiēdū nostra corda purificet. Per dn̄m. in vnitate eiusdē. Coio. Nō vos relinquā orphanos: veniā ad vos iterū alleluya: et gaudebit cor vestrū all'a all'a. Postcō.

Prebeant nobis dn̄e diuinū tua sancta feruorem: quo eorum pariter et actu delectemur ⁊ fructu. Per dominum nostrum iesum cri.

¶ In die sancte trinitatis. Officiū.

Benedicta sit sācta trinitas: atq₃ indiuisa vnitas: cōfitebimur ei: q₂ fecit nobiscū misericordiam suam. ps. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Non dicitur vlterius. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: q̄ dedisti famulis tuis ī cōfessione vere fidei: eterne trinitatis gloriā agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatem q̄s: vt eiusdem fidei firmitate ab omnib⁹ semper muniamur aduersis. Qui viuis et regnas de⁹. Per. Lectio libri apocalipsis beati iohānis apl'i. iiii.

In diebus illis. Uidi ostium

apertum in celo: et vox prima quam audiui: tanq̄ tube loquētis mecum dicens. Ascende huc/et ostendam tibi: q̄ oportet fieri cito post hec. Statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo: et supra sedem sedens Et qui sedebat: similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardini. Et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdine. Et in circuitu sedis: sedilia vigiti quattuor. Et super thronos viginti quattuor seniores: sedentes circunamicti vestimentis albis/ et in capitibus eorum corone auree. Et de throno procedunt fulgura: et voces et tonitrua. Et septem lāpades ardētes ante thronū: que sunt septem spiritus dei. Et in conspectu sedis: tanq̄ mare vitreum simile cristallo. Et in medio sedis et in circuitu sedis: quattuor animalia: plena oculis ante et retro. Et animal primum simile leoni. Et secundū animal: simile vitulo. Et tertiuz aīal: habens faciē quasi hoīs. Et quartū aīal simile aquile volanti. Et quattuor animalia singula eorū: habebāt alas senas. Et in circuitu et intus/ plena sunt oculis: et requiem nō habebant die ac nocte dicentia. Sāct9/ sanct9/sanctus/dn̄s deus oīpotens: qui erat/et qui est/et qui venturus ē. Et cuz darent illa animalia gloriā et honorē: et benedictionē sedēti sup thronū viuēti in secula seculorū/ procedebant viginti quattuor seniores: ante sedentem in throno. Et adorabant viuētem in scl'a seculorū. Gr. Benedictus es dn̄e qui intueris abyssos: et sedes sup cherubin. ℣. Benedicite deū celi quia fecit nobiscū mīam suā. All'a. ℣. Benedictus es domine deus patrum nostrorū et laudabilis in secula. Sequentia.

Benedicta sit beata trinitas deitas eterna pariter coequalis gloria. Deus genitor: nat9 genitus/ cuz sacro neumate/ pmanens sup oē qd extat. Quibus est vna seper voluntas: et a se discrepat haud vnq̄ triplicata persona. Nā cōstat deitas vna/ nō i tres deos diuisa/ qd fides fatetur a xp̄o: orthodoxe dedita. Hec nanq3 pellit delicta: patriaz reddit serenam qua dulcē iubilāt agmina: symphoniā celica. Alti throni vestigia: imitantur stolis candidata. Operiūtq3 binas quas captant/ post secli discrimina. Et nos quos illustrat gratia dei supera dem9 nostra debita. Quatinus caterua celica nobis maneat: post funera socia. Ultimoq3 peracto discrimine poscim9 alto perfrui mox psallatio Quo perspicua flagrat lux accēsa ꝯstāti flāma q̄ de9 est visio nostra et salus eterna. Angelorū q̄ illustrat fortiter pectora. Ut in xp̄o solo sua defigant lumīa. Hec nāq3 est sitis illa flagrās qua tūc sitient aīe sāctorū vel corpora. Cū fuerint data: perpetua eis p nobis a iudice p̄mia.

¶ Secundum iohannem. iii.

In illo tpe. Erat homo ex phariseis nichodemus noīe princeps iudeorum. Hic venit ad iesum nocte et dixit ei. Rabbi: scim9 quia a deo venisti magister. Nemo eīm pōt hec signa facere que tu facis: nisi fuerit de9 cum eo. Respōdit ies9 et dixit

ei. Amē amen dico tibi: nisi qs nat⁹ fuerit denuo nō potest videre regnū dei. Dicit ad eū nichodemus. Quomodo potest homo nasci cū sit senex? Nunquid potest in vētrem matris sue iterato introire & renasci? Respōdit iesus. Amē amē dico tibi: nisi qs renatus fuerit ex aqua & spū sctō: nō potest introire in regnū dei. Qđ natū est ex carne: caro est. Et qđ natū est ex spū: spiritus est. Nō mireris: qr dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat et vocem ei⁹ audis: sed nescis vnde veniat: aut quo vadat. Sic est oīs qui nat⁹ est ex spiritu. Respondit nichodemus: & dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respondit iesus & dixit ei. Tu es magister in israel: et hec ignoras? Amen amen dico tibi: quia qđ scim⁹ loquimur: et qđ vidimus testamur & testimoniū nostrū nō accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celū: nisi qui descendit de celo: fili⁹ hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpētem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Ut omnis qui credit in ipsum non pereat: sed habeat vitam eternam. Offer. Benedict⁹ sit deus pater: vnigenitusqz dei filius: sctūs quoqz spūs: qr fecit nobiscū miam suā. Secre.

Sanctifica qs dñe deus trinitas sancta: per tui sācti nominis inuocationē huius oblatiōis hostiā: & per eā nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Qui viuis & regnas deus. Per. Prefatio. Qui cum vnigenito. Com. Benedicimus deum celi et coram oībus viuentibus confitebimur ei qr fecit nobiscū misam suam. Post coio.

Proficiat nobis ad salutē corporis & anime dñe de⁹ noster huius sacramenti susceptio: & sempiterne sancte trinitatis eiusdemqz indiuidue vnitatis confessio. In qua viuis et regnas. Per totā ebdomadaꝫ fiat memoria de trinitate ad missaꝫ de die: nisi in festo corporis xpi et dicitur missa de trinitate quādo de trinitate fit seruiciuꝫ nisi missa. Salus populi dicēda fuerit p ebdomadam

¶ In festo corporis xpi. Officium.

Cibauit eos ex adipe frumēti all'a/et de petra melle saturauit eos all'a all'a allelu ya. ps. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. kyrie fons. Oratio.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriaꝫ reliquisti: tribue quesumus: ita nos corporis & sāguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptiōis tue fructum in nobis iugiter sentiam⁹. Qui viuis et regnas cum deo patre.

¶ Ep'la. Ad corinthios. i. xi.

Fratres ego enim accepi a domino: qđ et tradidi vobis quoniam dominus iesus cristus: in qua nocte tradebatur accepit panem et gratias agens fregit et dixit. Accipite et māducate/ hoc est corp⁹ meum qđ pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationē. Similiter et calicem: postqz cenauit dicens. Hic calix nouū testamētū est: ī meo sanguine. Hoc facite quotiēscūqz su

mittis in meã commemorationem. Quotienscũq3 enim manducabitis panẽ hunc ⁊ calicem bibetis: mortẽ dñi annunciabitis donec veniat. Ita q3 quicũq3 mãducauerit panem vel biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis dñi. Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui eñi manducat et bibit idigne: iudiciũ sibi mãducat et bibit: non diiudicans corp9 domini. Grad. Oculi oĩm in te sperãt dñe: et tu das illis escam in tẽpore oportuno ℣. Aperis tu manũ tuam et imples oẽ aĩal benedictiõe. All'a. ℣. Caro mea vere ẽ cibus et sanguis me9 vere est potus: qui manducat meã carnẽ ⁊ bibit meũ sanguinẽ i me manet et ego in eo.

Sequentia.

Lauda syon saluatorem: lauda ducem et pastorem: in hymnis et canticis. Quãtum potes tantũ gaude: q3 maior oĩ laude: nec laudare sufficis. Laudis thema specialis: panis viuus ⁊ vitalis: hodie proponitur. Quẽ in sacre mensa cene: turbe fratrũ duodene: datũ nõ ambigitur. Sit laus plena sit sonora: sit iocunda: sit decora mentis iubilatio. Dies enim solennis agitur: in qua mẽse prima recolitur/ hui9 istitutio. In hac mẽsa noui regis: nouũ pascha noue legis phase vet9 terminat. Vetustatẽ nouitas: vmbrã fugat veritas noctẽ lux illuminat. Qđ in cena xp̃s gessit: faciedũ hoc expressit in sui memoriam. Docti sacris institutis panem vinũ in salutis: cõsecramus hostiam. Dogma datur xp̃ianis: q3 in carnẽ trãsit panis: ⁊ vinũ in sanguinẽ. Quod nõ capis: quod nõ vides: animosa firmat fides: preter rerũ ordinẽ. Sub diuersis speciebus: signis tantũ et nõ rebus latent res eximie. Caro cibus sanguis pot9: manet tamen xp̃s totus: sub vtraq3 specie. A sumente nõ concisus: nõ confractus non diuisus: integer accipitur. Sumit vnus sumũt mille: quãtum isti tantum ille: nec sũptus consumitur Sumũt boni sumunt mali: sorte tamen inequali: vite vel interitus. Mors est malis: vita bonis vide paris sũpsionis q̃ sit dispar exitus. Fracto demũ sacramento: nec vacilles sed memẽto: tantũ esse sub fragmẽto: quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura: signi tantũ fit fractura: qua nec status nec statura: signati minuitur. Ecce panis angelorũ: factus cibus viatorũ: vere panis filiorum nõ mittẽdus canib9. In figuris p̃signatẽ cũ ysaac imolatẽ/ agnus pasce deputatẽ: datur mãna patribus. Bone pastor panis vere: iesu nr̃i miserere: tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre/ in terra viuẽtium. Tu q̃ cũcta scis ⁊ vales: q̃ nos pascis hic mortales/ tu nos ibi commẽsales coheredes ⁊ sodales fac sãctorũ ciuiũ.

¶ Secundum iohannem. vi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorũ. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meã carnem et bibit meum sanguinẽ: in me manet ⁊ ego in illo. Sicut misit me viuens pater: et ego viuo propter patrẽ. Et qui mãducat

me/et ipse viuet propter me. Hic est panis qui de celo descẽdit. Nõ sicut mãducauerũt patres vrĩ manna: et mortui sunt. Qui mãducat hũc panẽ: viuet ieternũ. Offer. Sacerdotes domini incensum et panes offerunt deo: et ideo sancti erũt deo suo: non poluent nomẽ eius alleluya. Secreta.

Ecclesie tue q̃s domie vnitatis et pacis ppicius dona concede q̃ sub oblatis muneribus mystice designãtur. Per. Prefatio. Quia p incarnati. Hec prefatio dr̃ p totas oct. quãdo de octa. fit seruitium et in cõmemoratione eiusdẽ per totũ annũ. Cõio. Quotienscũq3 mãducabitis panẽ hunc et calicẽ bibetis mortẽ dñi ãnũciabitis donec veniat: itaq3 q̃cũq3 manducauerit panẽ vel biberit calicẽ domini idigue: reus erit corporis et saguinis dñi all'a. Postcõio.

Fac nos q̃s dñe diuinitatis tue sẽpiterna fruitiõe repleri quã preciosi corporis et sanguinis tui: tẽporalis perceptio prefigurat. Qui viuis et regnas cum deo. Per totã ebdomadã dr̃ eadẽ missa qñ de oct. fit seruitiũ sed sñ sequẽtia et Credo. vbi fiunt oct. cũ regie cho. dr̃ sequẽtia. Ecce panis angelorũ: quotidie p octa. et ĩ oct. qñ de octa. fit missa. ¶ Dñica p̃ria post festũ sctẽ trinita. Officiũ.

Domine in tua mĩa speraui exultauit cor meũ in salutari tuo cãtabo domino: q̃ bona tribuit michi. Ps. Vsq3quo domine obliuisceris me in finem vsq3quo auertis faciem tuam a me. Oratio.

Deus in te sperantium fortitudo adesto propicius inuocatiõnibus nostris: et quia sine te nichil potest mortalis infirmitas presta auxilium gratie tue: vt in exequẽdis mãdatis tuis: et voluntate tibi et actiõe placeam9. Per d. ¶ Memo. de trinitate fiat omnib9 dñicis vsq3 ad aduentu3 domini: nisi qñ aliqua dñica oĩno differatur. Notãdũ est q̃ qñ duplex festũ per estatẽ in dñica cõtigerit: nulla de dñica fiet memo. licet aliquando p necessitatẽ facta fuerit ad vesperas et ad matutinas sub silẽtio vt alias dictum est: sed quãdo fit de aliquo festo ix. lec. in dñicis: semper fiat memoria de dñica. et de trinitate ad missam quando ad vesperas et ad matuti. facta fuerit memoria. ¶ Lcõ ep̃le bti iohãnis ap̃li. i. iiii.

Carissimi. Deus caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nobis: quoniam filiũ suũ vnigenitum: misit deus ĩ mundu3: vt viuamus p eũ. In hoc est caritas nõ quasi nos dilexerimus deu3: sed quoniã ipse prior dilexit nos: et misit filium suũ propiciationem pro peccatis nostris. Carissimi: si deus dilexit nos: et nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnq̃. Si diligamus inuicẽ: deus in nobis manet: et caritas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus quoniam in eo manem9 et ipse in nobis quoniã de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur: quoniam pater misit filium suum: saluatorem mũdi. Quisquis confessus fuerit quoniam iesus est filius dei: deus in eo manet et ipse in deo. Et nos cognouimus

et credimus caritati: quã habet deus in nobis. Deus caritas est. Et qui manet i caritate: in deo manet & de⁹ in eo. In hoc pfecta est caritas nobiscum vt fiduciã habeamus in die iudicii qꝛ sicut ille est et nos sumus in hoc mundo. Timor nõ est in caritate: sꝫ perfecta caritas foras mittit timorẽ: qm̃ timor penam habet. Qui aũt timet: nõ est pfectus in caritate. Nos ergo diligamus deũ: qm̃ ipe prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo deuꝫ: et fratrẽ suũ oderit: mẽdax est. Qui eni nõ diligit fratrẽ suũ quem videt deuꝫ quem nõ videt quomodo põt diligere? Et hoc mandatũ habem⁹ a deo / vt qui diligit deum: diligat et fratrẽ suũ. Gr. Ego dixi dñe miserere mei: sana animã meã qꝛ peccaui tibi. ℣. Beatus qui itelligit super egenũ et pauperẽ: i die mala liberabit eum dñs. All'a. ℣. Verba mea auribus percipe dñe intellige clamorẽ meũ. Nulla dicitur sequẽtia qñ de dñica agit / vsqꝫ ad aduẽtũ dñi. ¶ Secdm lucam. xvi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: parabolam hanc. Homo quidã erat diues: & induebat purpura et bysso: et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidã mẽdic⁹ noie lazarus: qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plen⁹: cupiens saturari de micis q̃ cadebant de mensa diuitis: et nemo illi dabat. Sed et canes veniebãt et lingebant vlcera ei⁹ Factuꝫ est autem vt moreretur mẽdicus et portaretur ab ãgelis in sinũ abrahe. Mortuus est aũt et diues: & sepultus est in inferno. Eleuãs autem oculos suos: cum esset in tormẽtis: vidit abrahã a longe et lazarũ in sinu ei⁹. Et ipse clamans: dixit. Pater abrahã miserere mei et mitte lazarum vt intingat extremuꝫ digiti sui in aquam: vt refrigeret linguaꝫ meã: qꝛ crucior in hac flãma. Et dixit illi abrahã. Fili recordare: qꝛ recepisti bona in vita tua: & lazarus similiter mala. Nũc autẽ hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in his oĩbus iter nos et vos chaos magnũ firmatum est vt hi qui volũt hinc transire ad vos nõ possũt: neqꝫ inde huc trãsmeare. Et ait. Rogo ergo te pat vt mittas eũ in domũ patris mei. Habeo enim quinqꝫ fratres: vt testet illis: ne et ipsi veniãt in hunc locũ tormentorum. Et ait illi abrahã. Habent moysen & prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non pater abrahã: sed si quis ex mortuis ierit ad eos: penitentiam agent. Ait ãt illi. Si moysen & pphetas nõ audiũt: neqꝫ si q̃s ex mortuis resurrexerit credẽt. Offr. Intẽde voci orationis mee: rex meus et de⁹ meus quoniã ad te orabo dñe. Secreta.

Deus q̃ nos ad imaginẽ tuã cõditos & sacramentis renouas et p̃ceptis supplicuꝫ p̃ces et munera benign⁹ accepta: vt qđ fiducia nõ habet meritorũ: placationes obtineãt hostiarũ. Per. Coio. Narrabo oĩa mirabilia tua: letabor et exultabo in te psallaꝫ nomini tuo altissime. Postcõmunio.

Tantis dñe repleti muneribus p̃sta q̃s vt et salutaria dona capiamus & a tua nũq̃ laude cessem⁹ Per. ¶ Feria quarta. Lectio episto

le beati petri apostoli. ii.i.

Carissimi. Notam fecim⁹ vobis dñi nostri iesu xpi ṽtutẽ et pñciẽtiaȝ: speculatores facti ipsi⁹ magnitudinis. Accepit eñi a deo patre honorez et gl'iam voce delapsa ad eũ huiusmodi a magnifica maiestate. Hic est fili⁹ meus dilect⁹: in quo michi bene complacui ipsũ audite. Et hanc vocem: nos audiuim⁹ delapsã de celo: cum essem⁹ cũ ipso in mõte sancto. Et habem⁹ firmiorẽ pphetĩcum sermonẽ: cui benefacitis attẽdẽtes: queadmodũ lucerne lucenti ĩ obscuro loco: donec dies illucescat ⁊ lucifer oriatur in cordibus vestris.

Secundum matheum. quinto.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nolite putare: qȝ veni soluere legem aut prophetas. Nõ veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec trãseat celũ et terra: iota vnum aut vnus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnũ de mãdatis istis minimis: ⁊ docuerit sic hoĩes minim⁹ vocabitur in regno celorũ. Qui aũt fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum.

Dominica scda. Officium.

Factus est dñs ptector me⁹: et eduxit me ĩ latitudinẽ: saluũ me fecit qm̃ voluit me. ps. Diligã te fortitudo mea: dñs firmamentũ meum et refugium meuȝ et liberator meus. Oratio.

Sancti nõis tui dñe timorẽ pariter et amorẽ: fac nos habere ppetuũ: qȝ nũq̃ tua gubernatiõe destituis / quos in soliditate tue dilectiõis instituis. Per dominum. Lectio epistole beati iohãnis apostoli. i.iii.

Carissimi. Nolite mirari: si odit vos mũdus. Nos scimus qm̃ trãslati sum⁹ de morte ad vitã: qm̃ diligimus frẽs. Qui nõ diligit: manet in morte. Oĩs q̃ odit fratrẽ suũ homicida est. Et scitis qm̃ oĩs homicida: nõ habet vitam eternã in se manẽtẽ. In hoc cognouimus caritatẽ dei: qm̃ ille pro nobis aĩam suã posuit: ⁊ nos debemus p fratrib⁹ animas ponere. Qui habuerit substãtiã huius mũdi et viderit fratrẽ suũ necessitatẽ patientẽ ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quomodo caritas dei manet ĩ eo: Filioli mei nõ diligam⁹ ṽbo: neqȝ lĩgua: sȝ opere ⁊ veritate. Gr. Ad dñm cũ tribularer clamaui: et exaudiuit me. ℣. Dñe libera aĩam meã a labiis iniquis et a lĩgua dolosa. All'a. ℣. Deus iudex iustus: fortis: et patiẽs nũquid irascitur per singulos dies. Secundum lucam. xiiii.

In illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis parabolã hãc. Hõ qdã fecit cenã magnã et vocauit multos. Et misit seruũ suũ hora cene dicere inuitatis vt venirẽt: qȝ iã parata sũt oĩa. Et ceperũt simul oẽs excusare. Primus dixit illi. Villã emi: ⁊ necesse habeo exire: ⁊ videre illã. Rogo te habe me excusatũ. Et alter dixit. Iuga boum emi quiqȝ: et eo pbare illa. Rogo te habe me excusatũ. Et ali⁹ dixit. Vxorẽ duxi: et ideo nõ possum venire. Et reuersus seruus: nũciauit hec dño suo. Tunc iratus paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito in

plateas: et vicos ciuitatis: & paupe-
res ac debiles cecos et claudos intro-
duc huc. Et ait seruus. Dñe: factū
est vt iperasti et adhuc locus est. Et
ait dñs seruo. Exi in vias et sepes: &
cōpelle ītrare: vt impleatur domus
mea. Dico aūt vobis: q nemo viro-
rum illoꝝ qui vocati sunt: gustabit
cenā meā. Offr. Dñe cōuertere ꝛ eri-
pe aīam meā: saluū me fac ꝓpter miaꝫ tuā.

Oblatio nos dñe tuo (Secreta
nomini dicāda purificet: et de
die in diem ad celestis vite trāsferat
actionē. Per. Coio. Cātabo dño: q̄ bo-
na tribuit michi. et psallā noi dñi altissimi.

Sūptis dñe muneribꝰ (Postcō.
sacris q̄s: vt cū frequētatione
mysterii: crescat nr̄e salutis effectꝰ.
P. Fer. iiii. epl̄a. Ad ephesios. iiii.

Fratres. Hoc dico et testificor i
dño: vt iā nō ambuletis sicut
et gentes ambulāt in vanitate sensꝰ
sui tenebris obscuratū habētes intel-
lectū: alienati a via dei: per ignoran-
tiam que est in illis: propter cecitatē
cordis ipsorum. Qui desperantes se-
metipsos tradiderunt impudicitie:
in operationeꝫ immundicie: omnes
in auariciā. Vos autē non ita didi-
cistis cristū: si tamen illum audistis:
et in ipso edocti estis: sicut est veritas
in iesu cristo. Deponite vos secūduꝫ
pristinā conuersationē veterem ho-
minē qui corrūpitur secundum desi-
deria erroris. Renouamini autē spi-
ritu mētis vestre: et induite nouum
hominē: qui secundū deū creatus est
in iusticia et sanctitate et veritate.
In cristo iesu domino nostro.

Secundum matheum. xxi.

In illo tp̄e. Cū venisset iesus
in tēplū accesserūt ad eū prin
cipes sacerdotū et seniores populi di
centes. In qua potestate hec facis: &
q̄s dedit tibi hanc potestatē. Respon
dēs iesꝰ dixit illis. Interrogabo vos:
et ego vnū sermoneꝫ: quē si dixeritis
michi: et ego vobis dicā iu qua pote-
state hec facio. Baptismus iohānis
vnde erat: de celo an ex hoībus: At il
li cogitabant intra se dicentes. Si di
xerimus de celo: dicet nobis. Quare
ergo non credidistis illi: Si autē di-
xerimus ex hoībus: timemus turbā
Omēs eñi habebāt iohānē: sicut pro
phetam. Et rn̄dentes iesu dixerunt
Nescimus. Ait illis & ip̄e. Neqꝫ ego
dico vobis: in qua potestate hec facio

Dominica tertia. Officium.

Respice ī me & miserere mei
dñe qm̄ vnicus et pauper
suꝫ ego: vide hūilitatē me
am et laborem meū / et dimitte omnia
peccata mea deus meus. ps. Ad te do
mine leuaui animam meā: deus meus in te
confido non erubescam. Oratio.

Deprecationē nostram q̄s domi
ne benignus exaudi: et quibꝰ
supplicandi prestas affectuꝫ: tribue
defensionis auxiliū. Per. Lectio
epistole bt̄i petri apostoli. i. vltimo.

Carissimi. Hūiliamini sub po-
tenti manu dei: vt vos exaltet
in tempore visitationis. Omnē sol-
licitudinem vestrā proiciētes in euꝫ
quoniam ipse cura est de vobis. So
brii estote et vigilate: q2 aduersarius
vester dyabolus tanq̄ leo rugiēs cir-

cuit querēs quē deuoret. Cui resisti
te fortes in fide: sciētes eandem pas
sionē ei: que in mundo est vestre fra
ternitati fieri. Deus autem oīs gra
tie qui vocauit vos: in eternā suam
gloriam: in cristo iesu modicum pas
sos ipse pficiet cōfirmabit: solidabit
qꝫ. Ipsi gloria et imperiū: in secula se
culorū. Gr. Jacta cogitatū tuū in do
mino: ꝛ ipse te enutriet. V. Dū clamarē ad
dominū: exaudiuit vocē meā: ab his qui ap
propinquant michi. Alla. V. Diligā te
domine virtus mea: dominus firmamentū
meum et refugiū meum et liberator meus.

¶ Secundum lucam. xv.

In illo tēpore. Erāt appropin
quātes ad iesum publicani et
peccatores vt audirēt illū. Et mur
murabāt scribe ꝛ pharisei dicentes qꝛ
hic peccatores recipit: ꝛ māducat cū
illis. Et ait ad illos parabolā istā:
dicens. Quis ex vobis homo q̄ habet
cētū oues: ꝛ si pdiderit vnā ex illis:
nōne dimittit nonaginta nouē in de
serto: ꝛ vadit ad illā q̄ perierat: donec
inueniat illā. Et cū iuenerit eā: im
ponit in humeros suos gaudēs. Et
veniēs domū cōuocat amicos ꝛ vici
nos dicēs illis. Cōgratulamini mi
chi: qꝛ inueni ouē meā q̄ perierat. Di
co vobis qꝫ ita gaudiū erit in celo sup
vno peccatore penitentiā agēte: q̄ su
pra nonagīta nouē iustis: qui nō in
digēt penitētia. Aut q̄ mulier habēs
dragmas decē: si pdiderit dragmam
vnā: nōne accendit lucernā: ꝛ euer
tit domū ꝛ q̄rit diligēter donec inue
niat eā. Et cum inuenerit: cōuocat
amicas et vicinas dicēs. Cōgratula
mini michi qꝛ inueni dragmā quam
perdiderā. Ita dico vobis: gaudium
erit ī celo corā angelis dei super vno
peccatore: penitētiā agente. Offer.
Sperent in te oēs qui nouerūt nomē tuum
dñe: qm̄ non derelinquis querentes te: psal
lite domino qui habitat in syon quoniā nō ē
oblitus orationem pauperum. Secreta.

Munera tibi dñe q̄s oblata sancti
fica: vt tui nobis vnigeniti cor
pus et sanguis fiat ad medelā. Qui
tecū. Coīo. Ego clamaui qm̄ exaudisti
me deꝰ inclina aurē tuā et exaudi verba mea

Sacris dñe muneri (Postcoīo.
bꝰ pceptis q̄s: vt nos eorū vir
tute ꝛ a viciis oībus expies et donis
gratie tue iugiter repleas. Per dñ.

¶ Feria. iiii. ad thimotheū. ii. iiii.

Carissime. Dñs michi astitit ꝛ
cōfortauit me: vt per me predi
catio adimpleat. Et audiāt oēs gen
tes: qꝛ liberatus suz de ore leonis ope
re malo: et saluū faciet in regnū suū
celeste. Ipsi glīa ī secula sclorū. Amē

¶ Secundum matheum. v.

In illo tpe. Dixit iesus discipu
lis suis. Esto cōsentiēs aduer
sario tuo cito dum es in via cum eo:
ne forte tradat te aduersarius iudici
et iudex tradat te ministro/et in car
cerem mittaris. Amen dico tibi nō
exies inde: donec reddas nouissimū
quadrātem. Audistis: qꝛ dictū est an
tiquis nō mechaberis. Ego autē di
co vobis: qꝛ omnis qui viderit mulie
rē: ad cōcupiscēdam eā iam mecha
tus est eam in corde suo. Quod si ocu
lus tuus dexter scādalisat te: erue eū
et proiice abs te. Expedit enim tibi

vt pereat vnuꝫ mēbrorum tuorum: ꝙ totū corpus tuū eat in gehēnam.

Dominica quarta. Officium.

Dominus illuminatio mea et salus mea quē timebo: domin⁹ defēsor vite mee: a quo trepidabo: qui tribulāt me inimici mei infirmati sunt et ceciderūt. ps. Si consistant aduersum me castra: nō timebit cor meum. Oratio.

Protector in te sperantium de⁹ sine quo nichil est validum nichil sāctū multiplica super nos miaꝫ tuā: vt te rectore te duce: sic trāseam⁹ p bona tpalia: vt nō amittam⁹ eterna. Per dn̄m. Ad romanos. viii.

Fratres. Existimo enim: ꝙ nō sint cōdigne passiones huius tēporis: ad futurā gloriā que reuelabitur i nobis. Nā expectatio creature: reuelationem filioꝝ dei expectat Vanitati eniꝫ creatura subiecta est nō volens: sed propter eū qui subiecit in spe. Quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptiōis: in libertatē glorie filiorum dei. Scimus eni ꝙ oīs creatura ingemiscit: et parturit vsqꝫ adhuc. Nō solum aūt illa: sꝫ et nos ipsi: primitias spiritus habentes: et ipsi intra nos gemimus: adoptionē filiorum dei expectātes: redēptionē corporis nostri. In xp̄o iesu domino nostro. Gr. Propicius esto dn̄e pctis nostris nequādo dicāt gētes vbi est deus eorū. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster et propter honorem noīs tui dn̄e libera nos. All'a. ℣. Domine in virtute tua letabit rex et sup salutare tuū exultabit vehemēter. Secundum lucam. xvi.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: ⁊ nō iudicabimini. Nolite cōdēnare et nō condēnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date et dabit vobis. Mensuram bonam et coagitatam et superfluētem: dabūt in sinum vestrum. Eadē vero mēsura qua mensi fueritis: remetietur vobis. Dicebat autē illis: et similitudinem. Nūquid potest cecus cecum ducere. Nonne ambo in foueam cadūt? Nō est discipulus super magistrum. Perfectus autem oīs erit: si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem aūt que in oculo tuo est non cōsideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo/frater: sine eiiciā festucam de oculo tuo ip̄e in oculo tuo trabem nō vides? Ipocrita: eiice primū trabem de oculo tuo et tunc pspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Offr. Illumīa oculos meos: ne vnꝙ obdormiā in morte: nequādo dicat inimicus meus preualui aduersus eū. Secreta

Respice dn̄e q̄s munera supplicantis ecclesie: et saluti credentium perpetua sanctificatiōe sumēda concede. Per dominū. Coīo. Dominus firmamentum meum et refugium meum: et liberator meus: deus meus adiutor meus. Postcommunio.

Sancta tua nos dn̄e sumpta viuificent: ⁊ mie sempiterne p̄parēt expiatos. Per. Feria quarta.

Lcō ep̄le beati iohis ap̄li. ii. Carissimi. In hoc scim⁹ quoniā

cognouimus deum: si mandata eius seruemus. Qui dicit se scire eum: et mãdata eius nõ seruat mendax est: et in hoc veritas nõ est. Nam qui custodit verbum eius: vere in hoc caritas dei perfecta est. In hoc scim9 quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in eo manere: debet quemadmodum ille ambulauit: et ipse ambulare.

¶ Secundum matheum. xvii.

In illo tpe. Interrogauerũt discipuli iesum: dicentes. Quid scribe dicũt: q helyã oporteat primũ venire? At ille respõdens: ait eis. Helyas quidẽ venturus est: et restituet oia. Dico aũt vobis: quia helyas iam venit: et nõ cognouerũt eũ: sed fecerunt in eo q̃cũq volueruñt. Sic et filius hois passurus est ab eis. Tũc intellexerũt discipli: q de iohãne baptista dixisset eis Et cũ venisset ad turbã: accessit ad eũ homo genub9 puolutus ante eũ dicens. Dñe miserere filio meo: q lunaticus est: et male patitur. Nam sepe cadit in ignẽ: et crebro in aquã: et obtuli eũ discipulis tuis: et nõ potuerũt curare eũ. Rñdens aũt iesus ait. O generatio incredula et puersa: quousq ero vobiscũ vsquo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et icrepauit eũ iesus et exiit ab eo demoniũ et curat9 est puer ex illa hora. ¶ Dominica quinta. Offm.

Exaudi dñe vocẽ meam qua clamaui ad te adiutor meus esto ne derelinquas me/ neq despicias me deus salutaris meus. ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo. Oratio.

Da nobis qs dñe: vt et mũdi cursus pacifice nobis tuo ordie dirigatur et ecclesia tua tranquilla deuotiõe letetur. Per dñm. ¶ Lectio epistole beati petri apostoli. i.iii.

Carissimi. Omẽs vnanimes in oratiõe estote compatientes: fraternitatis amatores: misericordes: modesti: humiles. Nõ reddẽtes malũ pro malo: vel maledictũ p maledicto: sed ecõtrario benedicẽtes. Q in hoc vocati estis: vt bñdictionẽ hereditate possideatis Qui eñ vult vitam diligere et cupit videre dies bonos coerceat linguã suã a malo: et labia eius ne loquãtur dolũ. Declinet autem a malo et faciat bonũ: inquirat pacẽ: et sequatur eã. Quia oculi dñi sup iustos: et aures eius in preces eorum. Vultus aũt dñi: sup facientes mala. Et quis est qui vobis noceat: si boni emulatores fueritis? Sed et si quid patimini propter iusticiam: beati eritis. Timorẽ autẽ eorum ne timueritis: vt nõ cõturbemini. Dominũ aũt cristũ sanctificate in cordibus vestris. Gr. Protector noster aspice deus: et respice super seruos tuos. V. Domine de9 virtutũ: exaudi preces seruorũ tuorũ. Alla. V. In te dñe speraui nõ cõfũdar i eternũ: i tua iusticia libera me et eripe me: inclina ad me aurẽ tuam: accelera vt eripias me. ¶ Secundum lucam. v.

In illo tpe. Cũ turbe irruerent ad iesum vt audirent verbum dei: et ipse stabat secus stagnum genezareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnũ: piscatores autem descenderant: et lauabãt rethia. Ascen-

dens aũt in vnã nauim q̃ erat symonis: rogauit eũ vt a terra reduceret pusillũ. Et sedẽs: docebat de nauicula turbas. Vt cessauit aũt loq̃ dixit ad simonẽ Duc i altũ & laxate rethia vr̃a i capturã. Et rñdẽs symõ dixit illi. Preceptor p totã noctẽ laborãtes nichil cepim⁹: in ṽbo aũt tuo laxabo rethe. Et cũ hoc fecissent cõcluserũt piscium multitudinẽ copiosam. Rũpebatur aũt rethe eorũ: & ãnuerũt sociis q̃ erãt in alia naui vt venirẽt et adiuuarẽt eos. Et venerũt et ĩpleuerũt ãbas nauiculas: ita vt pene mergerẽtur. Qđ cũ videret symon petr⁹: pcidit ad genua iesu dicẽs. Exi a me q2 homo pctõr sũ dñe. Stupor enĩ circũdederat eũ & oẽs q̃ cũ illo erãt i captura piscium quã ceperãt. Similiter aũt iacobũ & iohãnẽ filios zebedei: q̃ erãt socii symonis. Et ait ad symonẽ iesus. Noli timere: ex hoc iã hoĩes eris capiẽs. Et subductis ad terrã nauibus: relictis oĩb⁹ secuti sũt eũ. Offer. Benedicã dominũ qui michi tribuit ĩtellectũ: prouidebã deũ ĩ cõspectu meo semp qm̃ a dextris est michi ne cõmouear. Secre.

Ascendãt q̃s dñe p̃ces humilitatis nr̃e ĩ ɔspectũ clemẽtie tue: et descẽdat super hec oblata virt⁹ tue diuinitatis quã nr̃is quoq3 purificãdis mentibus largiaris. Per. Coio. Vnã petii a dño hãc requirã vt inhabitẽ in domo dñi oĩb⁹ diebus vite mee. Postcoio.

Misteria nos dñe q̃s sctã purificent & suo munere tueantur. Per. Feria. iiii. Ad timotheũ. i. ii.

Carissime. Obsecro primũ oĩm fieri obsecratões orones postulatiões: gratiarũ actiões: p oĩbus hoĩbus. Pro regib⁹ & oĩb⁹ q̃ in sublimitate sunt ɔstituti: vt quietẽ & trãquillã vitã agam⁹ in omĩ pietate et castitate. Hoc enĩ bonũ est et acceptũ corã saluatore nr̃o deo: qui oẽs hoĩes vult saluos fieri et ad agnitionẽ veritatis venire. Unus enĩ deus: vnus et mediator dei & hominũ: homo xp̃s iesus qui dedit redemptionẽ semetipsũ p oĩbus. Cuius testimoniũ temporibus suis ɔfirmatum est: in quo positus sum ego predicator et apostolus. Ueritatem dico nõ mentior: doctor gentium: in fide et veritate.

Secundum lucam. octauo.

In illo tp̃e. Factũ est in vna dierũ et iesus ascẽdit in naviculã et discipli ei⁹. Et ait ad illos. Trãsfretemus trãs stagnũ. Et ascenderunt. Nauigãtibus aũt illis: obdormiuit. Et descẽdit pcella venti i stagnum: & cõpellebant fluctib⁹ & periclitabant. Accedentes aũt suscitauerunt eũ dicẽtes. Preceptor perimus At ille surgẽs increpauit ventũ & tẽpestatem aque: & cessauit. Et facta est trãquillitas. Dixit aũt illis. Ubi ẽ fides vr̃a. Qui timẽtes mirati sũt: adinuicẽ dicẽtes. Quis putas hic est: Qr vẽtis iperet & mari: & obediũt ei.

Dominica sexta. Officium.

Dñs fortitudo plebis sue: et pptector salutariũ xp̃i sui est: saluũ fac ppl'm tuũ domine & benedic hereditati tue: & rege eos vsq3 in seculũ. ps. Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me: ne qñ taceas a me: et assimilabor descẽdentib⁹ ĩ lacũ. Oro.

Deus qui diligētibus te bona inuisibilia preparasti infūde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te oībus et sup oīa diligentes: promissiones tuas q̄ omne desiderium superāt cōsequamur. Per dominū.

Ad romanos. vi.

Fratres q̄cūq̧ baptizati sumus in xp̄o iesu: in morte ipsius baptizati sum⁹. Cōsepulti eñi sum⁹ cū illo p baptismū i morte vt quō surrexit xp̄s a mortuis p gloriā pr̄is: ita ⁊ nos i nouitate vite ābulem⁹. Si eñi cōplātati fcti sum⁹ similitudini mortis eius: simul ⁊ resurrectiōis erim⁹. Hoc sciētes q₂ vetus homo noster simul crucifixus est vt destruatur corpus peccati: vt vltra nō seruiamus pctō. Qui eñi mortu⁹ est: iustificatus est a pctō. Si aūt mortui sum⁹ cū xp̄o / credimus q₂ simul etiā viuemus cū xp̄o Sciētes q̄ xp̄s resurgēs ex mortuis iā nō morit: mors illi vltra nō dñabit. Qō eñi mortu⁹ ē peccato: mortu⁹ est semel. Qō aūt viuit viuit deo. Ita et vos existimate: vos mortuos quidē esse peccato: viuētes autē deo. In xp̄o iesu: dño nr̄o. Gr.

Cōuertere dñe aliquātulū. et deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiū factus es nobis a gñatione ⁊ pgenie. All'a. ℣. Eripe me de inimicis meis de⁹ me⁹: ⁊ ab insurgētibus i me libera me. Scdm matheū. v.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Amē dico vobis q₂ nisi abūdauerit iusticia vr̄a: plusq̄ scribarū et phariseoꝝ nō intrabitis in regnū celoꝝ. Audistis: q₂ dictū est āti-quis: nō occides. Qui aūt occiderit: re⁹ erit iudicio. Ego aūt dico vobis q₂ oīs q̄ irascit fratri suo: reus erit iudicio. Qui aūt dixerit fr̄i suo racha: reus erit cōsilio. Qui aūt dixerit fatue: re⁹ erit gehēne ignis. Si ergo offers munus tuū ad altare: ⁊ ibi recordat⁹ fueris q₂ frater tu⁹ habet aliq̄d aduersū te: relique ibi mun⁹ tuū ante altare: ⁊ vade prius recōciliari fratri tuo. Et tūc veniens: offeres munus tuū. Offr. Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueantur vestigia mea: inclina aurē tuā et exaudi verba mea mirifica misericordias tuas q̄ saluos facis sperantes in te domine. Secreta.

Propiciare dñe supplicationib⁹ nr̄is ⁊ has oblatiōes famulorū tuoꝝ benign⁹ assume vt qō singuli obtulerūt ad honorē tui nōis cunctis pficiat ad salutē. p. Coīo. Circuibo ⁊ imolabo in tabernaculo ei⁹ hostiā iubilatiōis cantabo et psalmū dicam domīo.

Quos celesti dono dñe Postcō. saciasti: pr̄a q̄s: vt a nr̄is mundemur occultis: ⁊ ab hostium liberemur incidiis. Per. Feria quarta.

Lectio ep̄le beati iohannis apl'i. i. ii.

Carissimi. Nō scripsi vobis quasi ignorātib⁹ veritatē: sed quasi scientibus eā q̄m omne mēdaciū ex veritate nō est. Quis ē mēdax nisi is q̄ credit q̄m iesus nō est xp̄s. Hic est antixp̄s: q̄ negat patrē et filium. Oīs q̄ negat filiū: nec patrē habet. Qui aūt cōfitetur filiū: ⁊ patrē habz Uos qō audistis ab initio: in vobis permaneat. Quod si in vobis pmāserit qō audistis ab initio: et vos in filio ⁊ patre permanebitis. Et hec est

repromissio: quã ipse pollicit9 est vobis vita eterna. Secũdũ marcũ. x.

In illo tpe. Cũ egressus esset iesus in via: precurrẽs quidã genuflexo ante eũ: interrogabat eũ dicens. Magister bone: qd faciã vt vitam eternã percipiã? Jesus aũt dixit ei. Quid me dicis bonuz? Nemo bonus nisi solus deus. Precepta nosti? Jlle dixit. Que? Ne adulteres/ne occidas/nõ fureris/nõ falsum testimoniũ dixeris/ne fraudez feceris/honora patrem tuum & matrẽ. Et ille respõdens ait illi. Magister bone: hec oia custodiui a iuuẽtute mea. Jesus autẽ intuitus eũ dilexit eũ: et dixit ei Unum tibi deest. Uade: vende q̃cũ q3 habes et da pauperib9: et habebis thesaurũ in celo: et veni sequere me.

Dominica septima. Officiũ.

Omnes gẽtes plaudite manib9: iubilate deo i voce exultatiõis. ps. Subiecit populos nobis et gentes sub pedibus nostris.

Oratio. Deus virtutũ cui9 est totũ qd est optimũ: isere pectoribus nr̃is amorẽ tui nois: & pr̃a i nobis religiõis augmẽtuz vt q̃ sũt bona nutrias: ac pietatis studio q̃ sunt nutrita custodias. p. Ad romanos. vi.

Fratres. Humanũ dico: pp̃ter infirmitatẽ carnis vestre. Sicut eñi exhibuistis mẽbra vr̃a seruire immundicie et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete mẽbra vr̃a seruire iusticie in sanctificationem. Cum eñi serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quem ergo fructuz habuistis tũc in illis: in qb9 nunc erubescitis? Nam finis illoruz mors est. Nunc vero liberati a peccato: serui autem facti deo. Habetis fructũ vestrum in sanctificationẽ: finez vero vitam eternã. Stipendia enim peccati: mors. Gratia autem dei: vita eterna. Jn xp̃o iesu dño nostro. Gr. Uenite filii audite me timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum et illuminamini et facies vestre non cõfundentur. Alleluya. ℣. Te decet hymnus deus in syõ et tibi reddetur votum in hierusalem.

Secundum marcum. octauo.

In illo tpe. Cum turba multa esset cuz iesu nec haberent qd mãducarẽt: cõuocatis discipulis ait illis. Misereor sup turbam q2 ecce iã triduo substinent me nec habent qd manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domũ suam: deficient in via. Quidam enim ex eis de lõge venerũt Et respõderunt ei discipuli sui. Unde istos poterit q̃s hic saturare panibus in sollitudine? Et interrogauit eos. Qd panes habetis? Qui dixerũt. Septez. Et p̃cepit turbe: discũbere sup terrã. Et accipiẽs septẽ panes: gratias agẽs: fregit et dabat discipulis suis: vt apponerẽt. Et apposuerunt turbe. Et habebãt pisciculos paucos: & ipsos benedixit: & iussit apponi. Et mãducauerũt et saturati sunt. Et sustulerũt qd superauerat de fragmẽtis septem sportas. Erãt aũt q̃ mãducauerũt: quasi quattuor milia: et dimisit eos. Offer. Sicut in olocaustũ arietũ et taurorũ & sicut in milib9 agnorũ pinguiũ sic fiat sacrificiũ nostrorũ in cõspectu tuo hodie: vt cõplaceat tibi quia

nõ est cõfusio cõfidẽtib⁹ i te dñe. Secreta

Propiciare domine supplicatio nibus nostris: & has oblatiões populi tui benign⁹ assume et vt nullius sit irritum votũ: nullius vacua postulatio p̃sta q̃s: vt qd̃ fideliter petimus: efficaciter cõsequamur. Per dominum. Coĩo. Inclina aurem tuaȝ accelera vt eruas nos. Postcoĩo.

Repleti dñe muneribus tuis tribue q̃s: vt eorum mundemur effectu et muniamur auxilio. Per.

¶ Feria. iiii. Ad romanos. viii.

Fratres. Nichil nunc dãnationis est his: q̃ sunt in xp̃o iesu: q̃ nõ scd̃m carneȝ ambulant. Lex eñ spirit⁹ vite in xp̃o iesu: liberauit me a lege peccati et mortis. Nã qd̃ ipossibile erat legi: in quo infirmabatur p carnẽ deus filiũ suũ mittẽs in similitudinẽ carnis peccati. Et de peccato dãnauit peccatũ in carne: vt iustificatio legis impleret̃ in nobis. Qui nõ scd̃m carnẽ ambulamus: sed secũdum spm̃. Qui eñ scd̃m carnẽ sũt: que carnis sũt sapiũt. Qui vero secũdum spm̃ sunt: que sũt spũs sentiũt. Nã prudẽtia carnis mors ẽ. Prudẽtia autẽ spũs vita et pax. In xp̃o iesu dño nr̃o. ¶ Scd̃m matheum. xii.

In illo tp̃e. Abiit iesus sabbato per sata: discipuli aũt eius esurientes ceperũt euellere spicas & mãducare. Pharisei aũt videntes dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciũt qd̃ licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis qd̃ fecerit dauid qñ esuriũt & q̃ cũ illo erãt. Quõ intrauit in domũ dei & panes ꝓpositionis comedit quos licebat eis edere neqȝ is q̃ cũ eo erãt nisi solis sacerdotib⁹. Aut nõ legistis i lege: qꝛ sabbatis sacerdotes in templũ sabbatuȝ violant: et sine crimine sũt. Dico auteȝ vobis: qꝛ templo maior est hic. Si aũt sciretis quid est miam volo et nõ sacrificiuȝ nũq̃ condemnassetis innocentes.

¶ Dominica octaua. Officium.

Suscepimus de⁹ misericordiam tuaȝ: in medio templi tui secũduȝ nomẽ tuũ de⁹ ita et laus tua i fines terre iusticia plena est dextera tua. P̃s. Magn⁹ dominus ꝛ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio.

Deus cuius prouidẽtia in sui dispositiõe non fallit̃: te supplices exoram⁹ vt noxia cuncta submoueas et oĩa nobis ꝓfutura concedas Per. ¶ Ad romanos. octauo.

Fratres. Debitores sumus non carni: vt secũdum carnẽ viuamus. Si eñ secũdum carnẽ vixeritis moriemini. Si aũt spũ facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicũqȝ eñ spũ dei agunt̃: hi sũt filii dei Non enim accepistis spm̃ seruitutis iterũ i timore: sed accepistis spm̃ adoptionis filiorꝫ dei: in quo clamamus abba pater. Ipse enim spũs: testimoniũ reddit spiritui nostro: q̃ sum⁹ filii dei. Si aũt filii et heredes. Heredes q̃dẽ dei: coheredes aũt xp̃i. Gr. Esto michi in deũ protectorem: et in locum refugii vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui dñe nõ cõfundar i eternũ All'a. ℣. Attendite popule meus legem meam.

¶ Secunduȝ matheum. vii.

In illo tpe. Dixit iesus discipu
lis suis. Attendite a falsis p
phetis q̄ veniūt ad vos in vestimētis
ouiū: intrinsecus aūt sunt lupi rapa
ces. A fructib⁹ eorꝝ: cognoscetis eos.
Nunquid colligunt de spinis vuas
aut de tribulis ficus? Sic omnis ar
bor bona: fruct⁹ bonos facit. Mala
autē arbor fructus malos facit. Nō
potest arbor bona fructus malos fa
cere: neqꝫ arbor mala: fruct⁹ bonos
facere. Omnis arbor q̄ nō facit fru
ctum bonū: excidet: ⁊ in ignem mit
tet. Igitur ex fructib⁹ eorꝝ: cognosce
tis eos. Nō omnis q̄ dicit michi: dñe
dñe: itrabit i regnū celorꝝ: sed qui fa
cit volūtatē patris mei q̄ in celis est:
ipse intrabit in regnū celorū. Offer.
Populum humilē saluū facies dñe: et ocu
los superborum humiliabis: quoniam quis
deus preter te domine. Secreta.

Deus qui legaliū differētias ho
stiarū vnius sacrificii pfectio
ne sanxisti: accipe sacrificiuz a deuo
tis tibi famulis oblatū ⁊ pari benedi
ctione: sicut munera iusti abel sctifi
ca vt qđ singuli obtulerūt ad maiesta
tis tue honorē/cūctis pficiat ad salu
tem. Per d. Com. Gustate ⁊ videte: qm̄
suauis est dñs beatus vir qui sperat in eo.

Tua nos dñe medici (Postcō.
nalis operatio: ⁊ a nr̄is puer
sitatib⁹ clementer expediat et ad ea
que sunt recta perducat. Per dñm.

¶ Feria. iiii. ad romanos. v.

Frēs. Cōmēdat deus suā cari
tatem in nobis qm̄ cuz adhuc
peccatores essemus secūdū tempus
xp̄s pro nobis mortuus est. Multo
igitur magis iustificati nunc in san
guine eius salui erimus ab ira p ip̄z.
Si eñ cū inimici essemus: recōsilia
ti sumus deo p mortē filii ei⁹ multo
magis recōsiliati: salui erimus in vi
ta ipsius. Non solū aūt: sed ⁊ gloria
mur in dño. Per iesuz xp̄m dominū
nostrum. ¶ Secundū marcū. ix.

In illo tpe. Dixerūt discipl'i ad
iesuz. Magister: vidim⁹ quē
dā in noie tuo eiicietem demonia: et
phibuimus eū qꝫ nō sequit nos. Je
sus autē ait illis. Nolite phibere eū.
Nemo est eñ qui facit virtutē in no
mine meo: ⁊ possit cito male loqui de
me. Qui enim nō est aduersuz vos:
pro vobis est. Quisqs eñ potū dede
rit vobis calicez aque frigide in noie
meo: qꝫ xp̄i estis: amē dico vobis non
pdet mercedē suā. Et quicūqꝫ scan
dalizauerit vnū ex his pusillis credē
tib⁹ in me: bonū est ei magis: si circū
daret mola asinaria in collo eius et i
mare mitteret. Et si scandalisaue
rit te manus tua: abscinde illā. Bo
num est tibi debilē introire in regnū
dei: q̄ duas man⁹ habētem ire in ge
hēnam in ignē inextiguibilē: vbi ver
mis eorꝝ nō morit ⁊ ignis non extin
guit. Et si pes tu⁹ scādalisat te: am
puta illū. Bonū est tibi claudū intro
ire in vitā eternā: q̄ duos pedes habē
tem mitti in gehēnā ignis iextingui
bilis. Vbi vermis eorꝝ non morit: et
ignis eorꝝ nō extinguit. Et si ocul⁹
tuus scādalisat te erue eū. Bonū est
tibi luscuz introire in regnum dei: q̄
duos oculos habentem: mitti in ge
hēnam ignis. Vbi vermis eorum

nō moritur: et ignis nō extinguitur.

¶ Dominica nona. Officium.

Ecce deus adiuuat me et dominus susceptor est anime mee/ auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos protector meus domine. ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua libera me. Oratio.

Largire nobis dñe q̄s semper spiritum cogitandi que recta sunt propicius et agendi: vt qui sine te esse nō possumus secundum te viuere valeamus. Per dominum nostrum.

¶ Ad corinthios. prime. x.

Fratres. Nō simus concupiscentes malorū sicut et illi cōcupierūt. Neq₃ idolatre efficiamini sicut quidam ex ipsis: queadmodum scriptū est. Sedit populus manducare et bibere: et surrexerūt ludere. Neq₃ fornicemur sicut quidā ex ipsis fornicati sunt: et ceciderunt vna die viginti tria milia. Neq₃ tētemus cristum sicut quidam eorum tentauerūt: et a serpentibus perierunt. Neq₃ murmurauerítis sicut quidam eorum murmurauerunt: et perierunt ab exterminatore. Hec autem omnia: in figura cōtingebāt illis. Scripta aūt sūt hec ad correptionē nostrā: in quos fines seculorum deuenerūt. Itaq₃ q̄ se existimat stare: videat ne cadat. Tentatio vos nō apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est: qui nō patietur vos tentari: supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiā prouentū: vt possitis sustinere. Gr. Domine dñs noster: q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. V. Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos. Alla. V. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob: sumite psalmū iocūdum cū cythara.

¶ Secundum lucam. xvi.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Homo quidā erat diues q̄ habebat villicū: et hic diffamatus est apud illū quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum: et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationē villicationis tue. Iam enī nō poteris villicare. Ait aūt villicus intra se. Quid faciā q₂ dñs meus aufert a me villicationē? Fodere nō valeo mēdicare erubesco. Scio quid faciā vt cū amotus fuero a villicatiōe recipiant me in domos suas. Cōuocatis itaq₃ singulis debitoribus dñi sui: dicebat primo. Quātum debes dño meo? At ille dixit. Centū cados olei. Dixitq₃ illi. Accipe cautionē tuā: et sede cito: et scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quātum debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: et scribe octoginta. Et laudauit dñs villicū iniquitatis quia prudēter fecisset: q₂ filiī huius seculi prudētiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cum defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula. Offer. Iusticie dñi recte letificātes corda: et dulciora super mel et fauū nā et seruus tuus custodiet ea. Secreta.

Suscipe munera quesumus domine q̄ tibi de tua largitate deferimus: vt hec sacrosctā mysteria: gra

tie tue operante virtute et p̄sentis vi te nos cōuersatiōe sanctificent: et ad gaudia sempiterna perducāt. Per. Coio. Primū q̄rite regnū dei: et oīa adiici entur vobis dicit dominus. Postcoio.

Sit nobis dñe q̄s reparatio mentis ꝛ corporis celeste misteriū: vt cuius exeq̄mur actionē sentiam⁹ effectū. p ð. Feria. iiii. ad roma. vi.

Fratres. Nescitis q̄m cui exhibuistis vos seruos ad obediendū: serui estis ei⁹ cui obedistis. Siue peccati ad mortē: siue obeditionis ad iusticiā. Gratias aūt deo qð fuistis serui peccati: obedistis aūt ex corde i eam formaꝫ doctrine in qua traditi estis. Liberati autē a pctō serui facti estis iusticie. In cristo iesu domio nostro. ¶Secundum lucam. xvi.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis Qui fidelis est in minimo et in maiore fidelis est. Et q̄ in modico iniquus est: et in maiore iniquus est. Si ergo iniquo mām̄ona fideles nō fuistis: quod verum est q̄s credet vobis? Et si in alieno fideles nō fuistis quod vestrum est quis dabit vobis? Nemo seruus pōt duobus dominis seruire. Aut enim vnum odiet: et alterum diliget: aut vni adherebit: et alterū contēnet. Nō potestis deo seruire et mām̄one. Audiebant enim hec oīa pharisei qui erant auari: et deridebant illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: deus aūt nouit corda vestra. Qr quod hominibus altū est: abhominatio est ante deum.

Dominica decima. Officium.

Dum clamarem ad dñm exaudiuit vocē meaꝫ ab his qui appropinquāt michi: et humiliauit eos qui est ante secula et manet ineternū: iacta cogitatū tuum in dño ꝛ ip̄e te enutriet. ps. Exaudi deus orationē meā: et ne despexeris deprecationē meā intēde michi et exaudi me.

Pateant aures mie ¶Oratio. tue dñe p̄cib⁹ supplicantiū: et vt petentib⁹ desiderata concedas fac eos q̄ tibi placita sūt postulare. Per dñm. ¶Ad corinthios. i. xii.

Fratres. Scitis q̄m cū gētes essetis ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notuꝫ vobis facio ꝙ nemo in sp̄ū dei loquens dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere domin⁹ iesus nisi in sp̄ū sācto. Diuisiones vero gratiarū sunt/ idem aūt sp̄us. Et diuisiones ministrationū sūt: idē aūt dñs. Et diuisiones operationū sūt: idē vero de⁹: q̄ operat᷑ oīa in omnibus. Unicuiq꞉ aūt datur manifestatio sp̄ūs ad vtilitatem. Alii q̄dē per sp̄m dat᷑ sermo sapientie: alii aūt sermo scientie scðꝫ eūdē sp̄m. Alteri fides: in eodeꝫ sp̄ū. Alii gratia sanitatū in vno spiritu. Alii operatio virtutū: alii prophetia alii discretio spirituū: alii genera linguarum: alii interpretatio sermonū Hec aūt omnia operatur vnus atq꞉ idem sp̄us: diuidens singulis: prout vult. Gr. Custodi me dñe: vt pupillam oculi: sub vmbra alaruꝫ tuarū protege me. ℣. De vultu tuo iudiciū meū prodeat oculi tui videant equitatē. Alla. ℣. Dñe de⁹ salutis mee in die clamaui et nocte coraꝫ te

Secundum lucam. xix.

In illo tpe: Cum appropinquaret iesus hierusalem vidēs ciuitatē fleuit sup illā dicens. Q2 si cognouisses ₇ tu. Et quidē in hac die tua q̄ ad pacē tibi: nunc aūt abscōdita sunt ab oculis tuis. Quia ecce veniēt dies in te: et circūdabūt te inimici tui vallo: ₇ circūdabūt te et coangustabunt te vndiq3: et ad terrā prosternent te ₇ filios tuos q̄ in te sunt. Et nō relinquēt in te lapidē sup lapidē: eo qd̄ nō cognoueris tempus visitationis tue. Et ingressus in tēpluz: cepit eiicere vēdētes in illo ₇ emētes: dicens illis. Scriptū est: quia dom9 mea domus orationis est. Vos aūt fecistis illā: spelūcam latronuz. Et erat docēs quotidie in tēplo. Offer.

Ad te domine leuaui aiam meā: deus meus in te confido non erubescam: neq3 irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta.

Concede nobis hec q̄s dñe digne frequentare mysteria: q2 quotiens hui9 hostie cōmemoratio celebrat᷑ opus nr̄e redēptionis exercetur Per do. Coio. Acceptabis sacrificiū iusticie oblationes et olocausta super altare tuum domine. Postcōmunio.

Tui nobis dñe cōmunio sacramēti: et purificationem conferat et tribuat vnitatem. Per dñm. ¶ Feria iiii. Ad corinthios. i. xv.

Fratres. Nō oīs caro eadē caro sed alia hominū alia pecoruz: alia volucrū: alia aūt piscīū: et corpa celestia: ₇ corpora terrestria. Sz alia q̄dē celestiū glīa alia aūt terrestriuz: alia claritas solis: alia claritas lune: et alia claritas stellaruz. Stella āt a stella differt in claritate: sic et resurrectio mortuorū. Seminat᷑ in corruptiōe: surgit in icorruptionē. Seminatur in ignobilitate: surget in glīa Seminat᷑ in infirmitate: surget in virtute. Seminat᷑ corpus aīale: surget corp9 spiritale: sicut scriptuz est. Fact9 ē prim9 homo adā in aīam viuentē: nouissim9 adā in spiritū viuificantē. Sed nō prius qd̄ spiritale ē: sed qd̄ animale: deinde qd̄ spiritale. In christo iesu domino nostro.

¶ Secundum lucam. xxi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attendite vobis: ne forte grauentur corda vestra in crapula ₇ ebrietate: ₇ curis hui9 vite: et superueniat in vos repētina dies illa. Tāq̄ laque9 enī superueniet in oēs q̄ sedēt sup faciē oīs terre. Vigilate itaq3 orātes oī tēpore: vt digni habeamini fugere ista omnia: que futura sunt et stare ante filium hominis.

¶ Dominica. xi. Officium.

Deus in loco sancto suo de9 qui inhabitare facit vnanimes in domo: ipse dabit virtutē et fortitudinē plebi sue. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: ₇ fugiant qui oderūt eū a facie ei9. Oratio.

Deus qui omnipotentiam tuaz parcēdo maxime et miserādo manifestas multiplica sup nos gratiam tuam: vt ad tua promissa currentes celestium bonorum facias esse consortes. Per dominum.

¶ Ad corinthios. prime. xv.

Fratres. Notũ vobis facio euãgelium qđ predicaui vobis qđ et accepistis in quo ⁊ statis per qđ et saluamini. Qua ratiõe pdicauerim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis qđ et accepi: quoniã xp̃s iesus mortuus est pro peccatis nostris: secunduʒ scripturas et quia sepultus est ⁊ qr resurrexit tertia die secũdum scripturas. Et quia visus est cephe: et post hec vndecim. Deinde visus est plusq̃ quingentis fratribus simul: ex q̃bus multi manẽt vsqʒ adhuc: quidã autẽ dormierũt. Deinde visus est iacobo: deinde apostolis oĩbus. Nouissime aũt oĩum tanq̃ abortiuo visus est ⁊ michi. Ego eñ sũ minim⁹ apostolorũ qui nõ suʒ dignus vocari apostolus: qm̃ persecutus sum ecclesiaʒ dei. Gratia aũt dei sum id qđ sum: et gratia eius in me vacua nõ fuit. Gr. In deo sperauit cor meum et adiutus sum. ⁊ refloruit caro mea: ⁊ ex volũtate mea cõfitebor illi. ℣. Ad te dñe clamabo de⁹ me⁹ ne sileas ne discedas a me. Alleluya. ℣. Domine refugiũ factus es nobis a generatiõe et pgenie. ¶ Scd̃m lucam. xviii.

In illo tp̃e: Dixit iesus ad quosdã: qui in se cõfidebant tanq̃ iusti et aspernabantur ceteros: parabolã istam dicẽs. Duo hoĩes ascenderunt in templũ vt orarent: vn⁹ phariseus et alter publican⁹. Phariseus autem stans: hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi: quia nõ suʒ sicut ceteri hominũ: raptores iniusti adulteri: velut etiã hic publicanus. Ieiuno bis i sabbato decimas do omniuʒ que possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec ad celuʒ oculos leuare: sed percutiebat pectus suum dicens. De⁹ propicius esto michi peccatori. Amen dico vobis: descẽdit hic iustificat⁹ i domũ suã ab illo. Quia oĩs q̃ se exaltat hũiliabit: ⁊ q̃ se hũiliat exaltabit. Offer. Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me: dñe clamaui ad te ⁊ sanasti me. Secre.

Tibi dñe sacrificia dicata reddãtur que sic ad honoreʒ nomĩs tui deferenda tribuisti vt eadẽ remedia nostra fieri pstares. Per. Coĩo. Hora dñm de tua substãtia: et de primitiis frugũ tuarũ: vt impleãtur horrea tua saturitate: et vino torcularia redundabunt.

Quesumus dñe de⁹ noster: vt quos diuini reparare nõ desinis sacramẽtis tuis nõ destituas benignus auxiliis. Per dñm. (Postcoĩo.

¶ Feria. iiii. ad corinthios. i. vi.

Fratres. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt cristi: Tollens ergo membra cristi: faciens membra meretricis: Absit. An nescitis quoniã qui adheret meretrici vnũ corpus efficitur: Erũt enim inquit duo in carne vna. Qui auteʒ adheret deo: vnus spiritus est. Fugite fornicationẽ. Omne enim peccatum quodcunqʒ fecerit homo: extra corpus est. Qui autẽ fornicatur: in corpus suuʒ peccat. An nescitis qm̃ mẽbra vestra templũ est spiritus sc̃ti qui in vobis est quem habetis a deo: et nõ estis vestri: Empti enim estis precio magno glorificate et portate deum: in corpore vestro.

¶ Secundum lucam. xviii.

In illo tpe. Dicebat iesus discipulis suis parabolã hãc. Quoniã oportet sẽper orare: et nõ deficere dicens. Judex quidã erat in quadã ciuitate: qui deũ nõ timebat: et hoiem nõ reuerebatur. Uidua aũt quedaz erat in ciuitate illa: & veniebat ad eũ dicens. Uindica me: de aduersario meo. Et nolebat per multũ tẽpus. Post hec aũt dixit intra se. Et si deũ non timeo: nec hominẽ reuereor: tamẽ quia molesta est michi hec vidua vindicabo illã ne in nouissimo veniens suggillet me. Ait aũt dñs. Audite quid iudex iniquitatis dixit. Deus autẽ nõ faciet vindictã electorũ suorũ clamãtiũ ad se die ac nocte: et patientiam habebit in illis. Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum.

¶ Dominica. xii. Officium.

Deus in adiutoriũ meũ intẽde: dñe ad adiuuãdũ me festina: confũdantur et reuereãtur inimici mei qui querũt animam meã. Ps. Auertantur retrorsum & erubescãt qui volunt michi mala. Oratio

Omnipotens sempiterne deus q̃ abundantia pietatis tue et merita supplicũ excedis et vota effũde super nos miam tuã vt dimittas q̃ cõscĩẽtia metuit: et adiicias quod orõ nõ presumit. Per.

¶ Ad corinthios. ii. iii.

Fratres. Fiduciã talẽ habemus per xpm ad deũ: nõ quod sufficiẽtes simus cogitare aliqd a nobis quasi ex nobis sed sufficientia nr̃a ex deo est. Qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti non littera sed spiritu. Littera eñi occidit spiritus aũt viuificat. Quod si ministratio mortis: litteris deformata ĩ lapidibus fuit in gloria: ita vt nõ possent intendere filii israel in faciẽ moysi ppter gloriã vultus eius qui euacuatur: quomodo nõ magis ministratio spiritus erit in gloria. Nã si ministratio dãnationis in gloria est: multomagis abundat ministeriũ iusticie in gl'ia. Gr.

Benedicã dñm ĩ omni tẽpore: semper laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabitur aĩa mea: audiãt mãsueti & letenť. Alla. ℣. Venite exultemus dño: iubilemus deo salutari nostro. Aliud ℣. Preoccupemus faciẽ eius in confessione et in psalmis iubilemus ei.

Isti duo ℣. dicũtur per ebdomadã alternis vicibus: ita tamẽ quod ℣. Preoccupemus. primo dicať qñ de feria agitur Et si nulla feria per ebdomadaz ad hoc vacauerit: tunc vltimus. ℣. eo anno omnino pretermittatur.

¶ Secundum marcum. vii.

In illo tpe. Exiẽs iesus de finibus tyri: venit per sydonez ad mare galilee: inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei surduz et mutũ: et deprecabãtur eũ vt ĩponat illi manũ. Et apprehendens euz de turba seorsum: misit digitos suos in auriculas eius: et expuẽs tetigit linguã eius. Et suscipiens in celuz ingemuit et ait illi. Effeta quod est adaperire. Et statiz aperte sunt aures eius et solutuz est vinculum lingue eius: et loquebatur recte. Et precepit illis: ne cui dicerent. Quãto aũtem eis precipiebat tãtomagis plus predicabant et eo ãplius admirabañ

tur dicẽtes. Bene omnia fecit et surdos fecit audire: et mľtos loqui. Offertoꝛ. Precat⁹ est moyses i cõspectu dñi dei sui et dixit: precatus est moyses in cõspectu dñi dei sui et dixit: quare dñe irasceris in pplo tuo: parce ire aie tue memento abꝛahã ysaac et iacob quib⁹ iurasti dare terrã fluẽtẽ lac et mel: et placat⁹ fctũs est dñs: de malignitate quã dixit facere pplo suo. Secre.

Respice q̃s dñe nostrã ꝓpici⁹ seruitutẽ: vt qđ offerimus sit tibi mun⁹ acceptũ: sitq₃ nostre fragilitati subsidium. Per. Coio. De fructu operum tuoꝛum domine satiabitur terra: vt educas panẽ de terra et vinũ letificet coꝛ hominis vt exhilaret faciez in oleo ⁊ panis coꝛ hominis confirmet. Postcõmunio.

Sentiamus dñe q̃s tui ꝑceptione sacramẽti subsidiu₃ mẽtis et coꝛpoꝛis: vt in vtroq₃ saluati celestis remedii plenitudine gloꝛiemur. Per d. ℂ Fer. iiii. ad coꝛĩthios. ii. iiii

Fratres. Nõ nosmetipsos ꝑdicamus sed iesu₃ xp̃m dominũ nostrum. Nos aute₃ seruos vestros per iesum. Quoniã de⁹ qui dixit de tenebris lucẽ splẽdescere: illuxit i coꝛdibus nostris ad illuminationẽ scientie claritatis dei: in facie₃ cristi iesu. Habem⁹ ãt thesaurũ istũ: in vasis fictilib⁹: vt sublimitas sit virtutis dei: et non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur: sed non angustiamur. Apoꝛiamur: sed non destituimur. Persecutionẽ patimur sed nõ derelinquimur: humiliamur: sed nõ confundimur. Deiicimur: sed non perimus. Semper moꝛtificatione₃ iesu cristi in coꝛpoꝛe nostro circunferentes: vt et vita iesu in coꝛpoꝛib⁹ nostris manifestetur.

ℂ Secundum matheum. xi.

In illo tp̃e. Cepit iesus expꝛobꝛare ciuitatibus in quib⁹ facte sunt plurime virtutes eius: q꞉ nõ egissent pñitentiã. Ve tibi coꝛosaim ve tibi bethsaida. Quia si in tyro ⁊ sydone facta essent virtutes q̃ facte sũt in vobis: olim in cinere et cilicio penitentiã egissent. Verũtamẽ dico vobis: tyro ⁊ sydoni remissius erit i die iudicii q̃ vobis. Et tu capharnau₃: nunquid vsq₃ in celum exaltaberis: Vsq₃ infernũ descẽdes. Q꞉ si i sodomis fctẽ fuissent virtutes q̃ facte sũt i te foꝛte mãsissent vsq₃ in hunc diem. Verũtamẽ dico vobis: quia terre sodomoꝝ remissius erit i die iudicii q̃ tibi. ℂ Dominica. xiiii. Officium.

Respice dñe in testamentu₃ tuum: et aĩas pauperum tuoꝛum ne derelinquas i finẽ: exurge dñe iudica causa₃ tuã: et ne obliuiscaris voces querẽtiũ te. Ps. Vt quid deus repulisti in finẽ: iratus ẽ furoꝛ tuus sup oues pascue tue. Oratio.

Omnipotens et misericoꝛs deus de cuius munere venit: vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur: tribue nobis q̃sumus vt ad pꝛomissiones tuas sine offensione curramus. Per dominum.

ℂ Ad galathas. tertio.

Fratres. Abꝛahe dicte sunt pꝛomissiones: et semini eius. Non dicit ⁊ seminibus quasi in multis: sed quasi in vno: et semini tuo qui est chꝛistus. Hoc autem dico te-

stamentum cõfirmatum a deo: que post quadringẽtos et triginta annos facta est lex nõ irritum facit ad eua-cuandã promissionẽ. Nam si ex lege esset hereditas: iam nõ ex promissiõe Abrahe aũt per repromissionẽ donauit deus. Quid igitur lex. Propter trãsgressionẽ posita est: donec veniret semen: cui promiserat ordinata p angelos in manu mediatoris. Mediator aũt vnius non est/deus aũt vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si eni data esset lex: que posset viuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed cõclusit scriptura omia sub peccato/vt promissio ex fidei iesu xpi daretur credẽtibus. Gr. Respice dñe in testamẽtum tuũ: et aĩas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris i finẽ. ℣. Exurge dñe et indica causã tuã: mẽor esto opprobrii seruorum tuorũ Allã. ℣. Dñs deus magn⁹ dñs et rex magnus sup oẽm terrã. Scdm lucam. x.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enim vobis: q multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis: et nõ viderunt/et audire que auditis et nõ audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit: tentans illum et dicens. Magister quid faciendo: vitaz eternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege qd scriptum est. Quomodo legis? Ille respondẽs dixit. Diliges dominum deum tuum: ex toto corde tuo: et ex tota anima tua et ex omnibus viribus tuis: et ex omni mẽte tua et proximũ tuum sicut teipsũ. Dixitqz illi. Recte respondisti. Hoc fac et viues. Ille aũt volens iustificare seipsũ dixit ad iesũ. Et qs est me⁹ proximus. Suspiciẽs aũt iesus dixit Homo quidã descẽdebat ab hierusalem i hierico: et icidit i latrones. Qui etiã despoliauerũt eũ: et plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit aũt vt sacerdos quidã descenderet eadem via: et viso illo preteriuit. Similiter et leuita cũ esset secus locũ et videret eũ/pertrãsiit. Samaritan⁹ autẽ quidã iter faciẽs venit secus eũ: et videns eũ mia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius: infundẽs oleũ et vinũ. Et imponens illũ in iumentũ suũ: duxit in stabulum: et curã eius egit. Et altera die protulit duos denarios: et dedit stabulario et ait. Curã illius habe et quodcũqz supererogaueris: ego cũ rediero reddã tibi. Quis horũ triũ videtur tibi ꝓximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit miaz in illum. Et ait illi iesus. Uade: et tu fac similiter. Off. In te speraui domine: dixi tu es deus meus in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Hostias qs dñe ꝓpicius intende quas sacris altaribus exhibemus vt nobis indulgentiã largiendo tuo noi dent honorẽ. Per. Coio. Panẽ de celo dedisti nobis dñe: habẽtẽ oẽ delectamẽtũ et oẽz saporẽ suauitatis. Postcõio.

Uiuificet nos domine qs huius participatio sancta mysterii et pariter nobis expiatiõem tribuat et munimem. Per dñm. Feria. iiii

Ad thessalonicenses i. ii.

Fratres. Memores estis laborũ

nostrorum et fatigationum nocte et die operantes: ne quē vestrū grauaremus. Predicauimus enim ī vobis euangeliū dei. Uos eniz testes estis: et deus ꝙ̄ sancte et iuste ⁊ sine querela vobis: qui credidistis affuim⁹ sicut scitis: qualiter vnūquēqꝫ vestrū: tāꝙ̄ pater filios suos deprecātes vos et cōsolantes testificati sumus vt ābularetis digne deo qui vocauit vos in regnum suū et gloriā. Ideo et nos gratias agimus deo sine intermissione: qm̄ cum accepissetis a nobis verbuz auditus dei: accepistis illud nō vt verbum hominum sed sicut est vere verbum dei: qui operatur in vobis.

Secundum matheum. xii.

In illo tp̄e. Abeuntes pharisei consiliū faciebāt aduersus iesum quō eum perderēt. Jesus autez sciens: recessit inde. Et secuti sūt eū multi: et curauit eos omnes: et precepit eis ne manifestum euz facerent: vt adimpleretur qd̄ dictū est per isaiaz prophetā dicentē. Ecce puer meus quē elegi: dilectus meus: in quo bene complacuit aīe mee Ponā spiritū meum super eum: et iudiciū gentibus nunciabit. Non cōtendet neqꝫ clamabit: neqꝫ audiet aliquis in plateis vocez eius. Arundinē quassatā non cōfriget: et lignū fumigās non extinguet donec eiiciat ad victoriam iudiciū ⁊ in noīe eius gētes sperabūt

Dominica. xiiii. Officium.

Protector nr̄ aspice deus et respice in faciez xp̄i tui q̄a melior est dies vna ī atriis tuis super milia. ps. Quā dilecta tabernacula tuā dn̄e virtutum concupiscit et deficit anima mea in atria dn̄i. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: da nobis fidei spei ⁊ caritatis augmentū: et vt mereamur assequi qd̄ promittis: fac nos amare quod p̄cipis. Per. Ad galathas. v.

Fratres. Spiritu ābulate ⁊ desideria carnis nō perficietis. Caro enī cōcupiscit aduersus spiritum: sp̄us aūt aduersus carnē. Hec enī sibi inuicē aduersātur: vt nō quecunqꝫ vultis illa faciatis. Qd̄ si sp̄ū ducemini nō estis sub lege. Manifesta aūt sūt opera carnis que sūt fornicatio/immundicia/auaricia īpudicitia/luxuria/idolor̄ seruitus/venefitia/inimicitie/cōtentiōes/emulatiōes ire/rixe/dissentiōes/secte/inuidie/homicidia/ebrietates/comessatiōes/⁊ et his similia. Que p̄dico vobis sicut p̄dixi: qm̄ qui talia agūt: regnū dei nō consequētur. Fructus aūt sp̄us est: caritas/gaudiū/pax/patiētia/longanimitas/bonitas/benignitas/māsuetudo/fides/modestia/cōtinētia castitas aduersus huiuscemodi: nō est lex Qui aūt sūt cristi carnē suā crucifixerūt: cū viciis et cōcupiscētiis. Gr. Bonū est cōfiteri dn̄o: ⁊ psallere noī tuo altissime. ℣. Ad annūciandum mane m̄iam tuā ⁊ veritatē tuā per noctē. All'a. ℣. Cōfitemini dn̄o ⁊ inuocate nomē eius annūciate inter gētes opa eius. Scd̄z lucā. xvii

In illo tēpore. Cū iret iesus in hierusalē: trāsibat per mediā samariam et galileā. Et cū ingrederetur quoddā castellū occurrerunt ei decē viri leprosi. Qui steterūt a lōge

et leuauerunt vocem dicentes. Jesu preceptor miserere nři. Quos vt vidit dixit. Jte: ostēdite vos sacerdotibus. Et factū est dum irēt: mūdati sunt. Unus aūt ex illis vt vidit: qa mūdatus ē: regressus est cū magna voce magnificās deū. Et cecidit in faciē ante pedes eius grās agēs. Et hic erat samaritanus. Rñdēs aūt iesus: dixit. Nōne decē mundati sūt: et nouē vbi sūt? Nō est inuētus q̄ rediret: et daret gloriā deo nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge et vade: qa fides tua te saluū fecit. Offr. Jmmittit āgelū dñs i circuitu timētiū eū et eripiet eos: gustate et videte qm̄ suauis ē dñs. Se.

Propiciare dñe populo tuo ppiciare muneribus: vt hac oblatione placatus et indulgentiā nobis tribuas et postulata concedas. Per.

Coio. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcoio.

Sumptis dñe celestibus sacramentis: ad redemptiōis eterne q̄s proficiamus augmentū. Per.

Feria. iiii. Ad corinthios. ii. vi.

Fratres. Nolite iugū ducere cū ifidelibus: sed cū fidelib9. Que enī participatio iusticie cū iiquitate: aut q̄ societas luci ad tenebras? Que autem conuentio xp̄i ad belial? Aut que pars fideli cū infideli? Quis aūt consensus templo dei cū idolis? Uos autem estis templū dei viui: sicut dicit deus. Quoniā inhabitabo in illis et inambulabo inter eos: et ero illorū deus et ipsi erūt mihi populus. Propter quod exite de medio eorū: et separamini dicit dñs. Uos qui portatis vasa domini: et inmundum ne tetigeritis. Et ego recipiā vos et ero vobis in patrem: et vos eritis michi in filios et filias dicit dñs omnipotēs. Has igitur pmissiones habentes carissimi: mūdemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus: perficiētes sanctificationem: in timore dei.

Secundum lucam. xii.

In illo tp̄e. Ait ad iesū quidam de turba. Magister dic fratri meo: vt diuidat mecū hereditatē. At ille dixit ei. Homo quis me cōstituit iudicem aut diuisorē supra vos? Dixitq3 ad illos. Uidete et cauete ab oi auaritia: qa nō in abundātia cuiusq3 vita eius est: ex his que possidet. Dixit autē similitudinē: ad illū dicens. Hoīs cuiusdā diuitis vberes fructus āger attulit et cogitabat itra se dicēs. Quid faciā q2 non habeam: quo congregē fructus meos. Et dixit. Hoc faciam. Destruā horrea mea et maiora faciam: et illuc congregabo oīa que nata sūt mihi: et bona mea et dicam anime mee. Anima habes multa bona posita in ānos plurimos requiesce/comede/bibe/et epulare. Dixit autē illi deus. Stulte: hac nocte animā tuā repetam a te: que aūt parasti cuius erūt. Sic est q̄ sibi thesaurisat: et nō est i deo diues. Dixitq3 ad discipulos suos. Jdeo dico vobis. Nolite soliciti esse aīe vestre q̄d māducetis neq3 corpori vestro q̄d induamini Aīa plus ē q2 esca: et corpus plus q2 vestimentū. Cōsiderate coruos: qa nō semināt neq3 metūt q̄bus non ē cellarium neq3 horreū et deus pascit illos.

Dominica.xv. Officium.

Inclina dñe aurē tuā ad me et exaudi me: saluū fac seruum tuū deus meus sperantem in te: miserere michi domie quoniam ad te clamaui tota die. Ps. Letifica aīam serui tui: quoniam ad te domine animā meam leuaui. Oratio.

Custodi dñe q̄s ecclesiam tuam propiciatione perpetua: et q̄a sine te labit̄ hūana mortalitas tuis sē per auxiliis et abstrahatur a noxiis ⁊ ad salutaria dirigatur. Per dñm.

Ad galatas. vi.

Fratres. Si spū viuimus: spiritu et ābulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicē prouocantes: inuicē inuidētes. Fratres ⁊ si preoccupatus fuerit hō in aliquo delicto vos q̄ spūales estis huiusmodi instruite in spū lenitatis. Considerans teipsū: ne et tu tēteris. Alter alterius onera portate: ⁊ sic adimplebitis legē xp̄i. Nā si quis se existimat aliquid esse cum nichil sit: ip̄e se seducit. Opus autē suū probet vnusq̄sq; et sic in semetipso tantū gloriā habebit et non in altero. Vnusq̄sq; enim onus suū portabit. Cōmunicet autē is: qui cathezisatur v̄bo: ei qui se cathezisat in oībus bonis. Nolite errare: deus nō irridetur. Que enī seminauerit homo: hec ⁊ metet. Qm̄ qui seminat in carne sua: de carne et metet corruptionem. Qui aūt seminat in spiritu de spū metet vitam eternā. Bonū aūt facientes nō deficiamus: tēpore enī suo metemus: nō deficientes. Ergo dū tēpus habemus: operemur bonū ad omnes. Maxime aūt ad domesticos fidei. Gr. Bonum est confidere in dño q̄ cōfidere in hoīe. V. Bonū ē sperare i dño q̄ sperare in p̄ncipibus. All'a. V. Paratū cor meū deus: paratū cor meū cantabo et psallam tibi in gloria mea.

Secundum matheum. vi.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dñis seruire. Aut enī vnū odio habebit et alterū diliget: aut vnū sustinebit et alterum cōtennet. Nō potestis deo seruire et mām̄one. Ideo dico vobis ne solliciti sitis aīe vestre q̄d manducetis: neq; corpori vr̄o quid induamini. Nōne aīa plus est q̄ esca: ⁊ corpus plus q̄ vestimētū. Respicite volatilia celi: q̄m nō serunt neq; metūt neq; cōgregant in horrea: et pater vr̄ celestis pascit illa. Nōne vos magis pluris estis illis. Quis aūt vestrum cogitans potest adiicere ad staturā suam cubitum vnū. Et de vestimēto quid solliciti estis. Cōsiderate lilia agri: quomodo crescunt. Non laborant neq; nēt. Dico autē vobis q̄m nec salomon in oī gloria sua coopertus est sicut vnū ex istis. Si aūt fenum agri q̄d hodie est: ⁊ cras in clibanum mittit̄ deus sic vestit: quantomagis vos minime fidei. Nolite ergo solliciti esse dicētes: q̄d manducabimus: aut q̄d bibem⁹: aut quo operiemur. Hec enī oīa gētes inq̄runt. Scit enī pater vester q̄a his oībus indigetis. Querite ergo primū regnū dei et iusticiā eius ⁊ hec oīa adiicietur vobis. Offer. Expectās expectaui dñm: ⁊ respexit me et exaudiuit deprecationē meā et immisit

in os meū canticum nouū: hymnū deo nr̄o.
Cōcede nobis dñe q̄s: vt (Scr̄a. hec oblatio salutaris et nr̄orū fiat purgatio peccatorꝝ et tue propiciatio pietatis. Per dñz. Coio. Qui manducat carnē meā et bibit sāguinē meū in me manet et ego in eo dicit dn̄s. Post cō

Purificent sēper et muniāt tua sacramēta nos deus: ⁊ ad perpetue ducāt saluatiōis effectū. Per.

¶ Feria. iiii. Ad timotheū. i. primo

Carissime. Scimus aūt qꝫ bona est lex: si q̄s ea legitime vtatur. Sciens hoc: qꝫ iusto non est lex posita: sꝫ iniustis et non subditis: impiis et peccatoribus sceleratis et contaminatis: patricidis et matricidis: homicidis: fornicariis: masculorum concubitoribus plagiariis: mendacibus: et periuriis. Et si quid aliud sane doctrine aduersatur: q̄ est secundum euāgeliū glorie beati dei qđ creditū est mihi. Gr̄as ago ei: q̄ me confortauit in xp̄o iesu dño nr̄o: qꝫ fidelem me existimauit ponēs in ministerio: q̄ prius fui blaphemus: et persecutor et cōtumeliosus. Sed miaꝫ dei cōsecutus sū: quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autē gr̄a dñi nostri cū fide et dilectione: que est in xp̄o iesu domio nostro.

¶ Secundum lucam. xx.

In illo tp̄e. Factū est in vna dierum: docēte iesu pp̄l'z in tēplo ⁊ euāgelisante: conuenerūt pricipes sacerdotū ⁊ scribe cum senioribus: et aiunt dicētes ad illum. Dic nobis in qua potestate hec facis aut q̄s est qui dedit tibi hāc potestatē: Rn̄dens aūt iesus: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnū sermonē: respōdete mihi Baptismus iohānis de celo erat: an ex hoībus: At illi cogitabāt intra se dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidistis illi. Si aūt dixerimus ex hoībus plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt ei iohannē pphetā esse. Et rn̄derūt se nescire: vnde esset. Et iesus ait illis. Neqꝫ ego dico vobis in qua potestate hec facio. ¶ Dñica. xvi of.

Miserere michi dñe qm̄ ad te clamaui tota die quia tu dñe suauis ac mitis es ⁊ copiosus in mia oībus inuocātibus te. ps. Inclina dñe aurem tuam et exaudi me quoniam inops et pauper sum ego. Orō.

Ecclesiam tuā dñe q̄s: miseratio continuata mūdet et muniat et quia sine te nō potest salua cōsistere / tuo semper munere gubernetur. Per. dñm. Ad ephesios. iii.

Fratres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: q̄ est glīa vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē dñi mei iesu xp̄i: ex quo oīs paternitas in celis et in terra nominat̄. Vt det vobis secundū diuitias glorie sue virtutē corroborari: per spiritū eius in interiori hoīe xp̄m habitare p fidē in cordibus vr̄is. In caritate radicati et fūdati: vt possitis cōprehēdere cuꝫ oībus sctīs q̄ sit latitudo / lōgitudo / et sublimitas et pfundū. Scire etiā supereminētem sciētie caritatē xp̄i: vt īpleamini ī oēꝫ plenitudinē dei. Ei aūt q̄ potens ē oīa facere superabun

danter q̄ petimus aut intelligimus secundū virtutē que operat̃ in nobis Ipsi glia in ecclia et in xp̄o iesu: i oēs generatiōes scli seculoꝝ amē. Gr. Timebūt gētes nomē tuū Dñe: ꝛ oēs reges terre gloriā tuā V. Qm̄ edificauit dñs syō et videbit in maiestate sua. Alla V. Qui timent dn̄m sperēt in eū adiutor et ptector eoꝝ est. Secundum. Lucam. vii.

In illo tēpore. Jbat iesus in ciuitatem que vocatur naim: et ibant cū eo discipuli eius et turba copiosa. Cū autē apropiquaret porte ciuitatis: ecce defūctus efferebatur filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidisset dñs: mia mot⁹ super eā dixit illi. Noli flere. Et accessit et tetigit loculū. Hi aūt q̄ portabant: steterūt. Et ait. Adolescēs: tibi dico surge. Et resedit q̄ erat mortu⁹: et cepit loq̄ ꝛ dedit illū matri sue Accepit aūt oēs timor: et magnificabant deū dicētes. Qꝛ ppheta magn⁹ surrexit in nobis: et qꝛ deus visitauit plebē suā. Offr. Dñe in auxiliū meū respice: confūdant̃ ꝛ reuereantur q̄ querunt aīam meā vt auferant eam. Secreta.

Tua nos dñe q̄s sacramenta custodiant: et contra diabolicos tueant̃ sēper incursus. Per d. Coio Dñe memorabor iusticie tue soli⁹ deus docuisti me a iuuētute mea: et vsqꝫ in senectā et seniū deus ne derelinquas me. Postcoio.

Mentes nr̄as et corpa possideat q̄s dñe doni celestis operatio: vt non nr̄ sensus i nobis: sed iugiter eius preueniat effectus. Per dn̄m. Feria. iiii. Ad collocenses. ii.

Fratres. Videte ne quis vos decipiat per philosophiā ꝛ inanē fallaciā secūdū traditionē hoiꝫ: secūdum elemēta mūdi et non secunduꝫ xp̄m. Qꝛ in ip̄o habitat ois plēitudo diuinitatis: corporaliter: et estis in illo repleti qui est caput ois p̄ncipatus et potestatis. Jn quo et circūcisi estis circūcisiōe nō manufacta in expoliatione corporis carnis: sed in circuncisione xp̄i. Cōsepulti eni in baptismo: in quo et resurrexistis: p fidē operationis dei q̄ suscitauit illū a mortuis. Et vos cū essetis mortui in delictis et p̄putio carnis vestre: cōuiuificauit cum illo donans nobis omnia delicta. Per iesum cristū dn̄m nr̄m. Secundum marcum. viii.

In illo t̄pe. Venit iesus bethsaida: et adducūt ei cecū: et rogabātē eū vt illū tāgeret. Et apprehendens manum ceci: eduxit eū extra vicū. Et expuēs in oculis eius iposititis manib⁹ suis: interrogauit eū si aliqd videret. Et aspiciēs ait. Video hoīes velut arbores ābulātes. Deide iterū iposuit man⁹ sup oculos ei⁹: et cepit videre ꝛ restitut⁹ē ita vt videret clare oīa. Et misit illū in domū suā dicēs. Vade i domū tuā: ꝛ si i vicū itroieris nemini dixeris. Dñica. xviii. Offi

Iustus es dñe et rectū iudiciū tuū fac cū seruo tuo secundū miam tuā. ps. Bti imaculati in via q̄ ābulant in lege dñi. oro

Tua nos dñe q̄s gratia sēper et p̄ueniat ꝛ sequat̃ ac bonis operibus iugiter p̄stet eē intētos. Per d. Ad ephesios. iiii.

Fratres. Obsecro itaqꝫ vos vin
ctus in dn̄o vt digne ābuletis ī
vocatione qua vocati estis cū om̄i hu
militate et mās̄uetudine cū patiētia
supportātes inuicē in caritate: sollici
ti seruare vnitatē sp̄us in vinculo pa
cis. Vnū corpus et vnus sp̄us: sicut
vocati estis in vna spe vocatiōis vr̄e.
Vn⁹ dn̄s: vna fides: vnū baptisma
Vnus deus et pater oīm: qui est su
per om̄s et per oīa in oībus nobis qui
est bn̄dictus in secula seculorꝝ amen.
Gr. Beata gens cuius est dn̄s deus eorꝝ
pp̄lus quē elegit dn̄s in hereditatē sibi. ℣.
Verbo dn̄i celi firmati sūt: et sp̄ū oris eius
oīs virtus eorꝝ. All'a. ℣. Dextera dn̄i fe
cit virtutem dextera domini exaltauit me.

¶ Secundum. Lucam. xiiii.

In illo tp̄e. Cū intraret iesus ī
domum cuiusdam principis
phariseorum sabbato mādūcare pa
nem: et ipsi obseruabāt eū. Et ecce
homo quidā idropicus: erat āte illuz
Et respōdens iesus: dixit ad legispe
ritos ⁊ phariseos dicens. Si licet sab
bato curare? At illi tacuerunt. Ipse
vero apprehensū sanauit eū: ac dimi
sit. Et respōdens ad illos dixit. Cu
ius vestrū asinus aut bos in puteuz
cadet: et nō cōtinuo extrahet illū die
sabbati? Et non poterant ad hec re
spondere illi. Dicebat aūt et ad inui
tatos parabolam: intendens quō pri
mos accubit⁹ eligerēt dicēs ad illos.
Cū inuitatus fueris ad nuptias: nō
discūbas in primo loco: ne forte hono
ratior te sit inuitatus ab illo: et veni
ens is qui te et illū vocauit: dicat tibi
da huic locum. Et tunc incipias cū
rubore: nouissimum locum tenere.
Sed cū vocatus fueris / vade recūbe
in nouissimo loco: vt cū venerit q̄ te
inuitauit dicat tibi. Amice: ascende
superius. Tunc erit tibi gloria: corā
simul discūbentibus. Qr omīs qui se
exaltat humiliabit: et q̄ se humiliat
exaltabitur. Offr. Oraui deū meū ego
daniel dicens: exaudi dn̄e preces serui tui: il
lumina faciē tuā super sanctuariū tuum: et
propicius intēde populū istū super quē in
uocatum est nomē tuum deus. Secreta.

Munda nos q̄s dn̄e sacrificii p̄sē
tis effectus: ⁊ pfice miseratus
in nobis: vt eius mereamur esse par
ticipes. Per d. Coīo. Vouete ⁊ reddite
dn̄o deo vr̄o oēs q̄ ī circuitu eius affertis mu
nera: terribili et ei q̄ aufert sp̄m principum:
terribili apud oēs reges terre. Postcoīo.

Purifica dn̄e q̄s mentes nostras
benignus et renoua celestibus
sacramentis: vt cōsequēter ⁊ corporꝝ
presens pariter ⁊ futuruz capiamus
auxilium. Per dn̄m. Feria. iiii.
Epistola. Sicut in vnius. Euan
geliū. Cū venisset iesus et discipuli.
Require in iiii. feria post dn̄icā. xxiiii

Dn̄ica. xviiii. Officium.

Da pacem dn̄e sustinētibus
te vt prophete tui fideles ī
ueniant: exaudi p̄ces serui
tui ⁊ plebis tue isrl'. ps. Letatus sū ī his
q̄ dicta sūt mihi: in domū dn̄i ibim⁹. Orō.

Da q̄sumus dn̄e populo tuo dia
bolica vitare cōtagia: et te so
lum deū pura mēte sectari. Per dn̄z

¶ Ad corinthios. prime primo.

Fratres. Grās ago deo meo sēp
pro vobis in gratia dei q̄ data

est vobis in cristo iesu Qr i oibus diuites facti estis in illo: in omni verbo & in oi scie͞tia: sicut testimoniũ xpi confirmatũ est i vobis: ita vt nihil vobis desit in nulla grã: expecta͞tibus reuelatione͞ dñi nr̃i iesu xpi. Qui et co͞firmabit vos vsq; in fine͞ sine crimie in die aduẽt⁹: dñi nr̃i iesu xpi. Gr. Letatus sũ in his q̃ dicta sũt michi i domũ dñi ibimus. ℣. Fiat pax i vtute tua ꝛ abũdãtia in turribus tuis. All'a. ℣. Letat⁹ sũ in his que dicta sũt mihi: in domũ dñi ibimus. ℣. Stãtes erant pedes nr̃i in atriis tuis hierusalem. Isti duo. ℣. dicunt̃ p ebdoma. alternis vicibus ita tñ q. ℣. Stantes primo dr̃ qñ de feria agit̃. Et si nulla fer. per hãc ebd. ad hoc vacauerit: tũc vltim⁹. ℣. eo ãno oĩno p̃tmittat̃.

Secundum metheum. xxii.

In illo tp̃e. Accesserũt ad iesu; pharisei: & iterrogauit eũ vn⁹ ex eis legis doctoꝛ te͞tans eũ. Magister qd̃ est mãdatũ magnu; in lege? Ait illi iesus. Diliges dñm deũ tuũ ex toto coꝛde tuo: et i tota aĩa tua: et in tota mẽte tua. Hoc est maximũ & primũ mãdatũ. Scdm aũt simile ẽ huic. Diliges primũ tuum sicut teipsum. In his duobus mãdatis vniuersa lex pe͞det et pph̃e. Co͞gregatis aũt phariseis interrogauit eos iesus dicens. Quid vobis videt̃ de xp̃o cuius filius est. Dicũt ei. Dauid. Ait illis? Quõ ergo dauid i sp̃ũ vocat eũ dñm dice͞s. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuoꝛu;. Si ergo dauid vocat eũ dñm quõ filius eius est? Et nemo poterat responde re ei verbum neq; ausus fuit quicq̃ ex illa die: eu; amplius interrogare. Offr. Sanctificauit moyses altare dño offere͞s super illd̃ olocaũsta: et imolãs victimã fecit sacrificiũ vespertinũ: i odoꝛe͞ suauitatis dño deo i ꝯspectu filioꝝ isrl'. Secta.

Maiestate͞ tuã dñe suppliciter dep̃camur vt hec sc̃ã q̃ gerimus et a p̃teritis delictis nos exuãt et futuris. Per dñm. Coio. Tollite hostias ꝛ introite in atria eius: adoꝛate dominum in aula sancta eius.

Postco͞munio.

Sanctificatioĩbus tuis oĩpote͞s deus et vicia nostra cure͞tur et remedia nobis eterna ꝓueniãt. Per

Feria. iiii. Ad romanos. xv.

Fres. Obsecro vos p dñm nr̃m iesũ xp̃m et p caritate͞ sc̃i sp̃us vt adiuuetis me i oꝛõibus vr̃is p me ad deũ: vt liberer ab ĩfidelibus q̃ sũt i iudea et obseq̃i mei oblatio fiat accepta in hierosolla sc̃is: vt veniã ad vos in gaudio per volũtate͞ dei vt refrigerer vobiscũ. Deus aũt pacis: sit cũ oibus vobis amẽ. Scdm matheũ. xiii

In illo tp̃e. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile factũ est regnũ celoꝝ grano sinapis: quod accipie͞s hõ seminauit i agro suo qd̃ minimũ ẽ oibus seminib⁹. Cum aũt creuerit maius est oibus olerib⁹. Et fit arboꝛ: ita vt volucres celi veniãt & habite͞t i ramis eius. Aliã parabolã locutus ẽ eis Simile & regnũ celoꝛu; frume͞to: qd̃ acceptũ mulier absco͞dit in farine satis tribus: donec ferme͞tatũ est totũ. Hec oĩa locutus est iesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis non loquebat̃ eis vt ad-

impleretur qd dictum est per pphe-tam dicentē. Aperiā in parabolis os meū: eructuabo abscŏsa: a cōstitutione mūdi. Dñica. xix. Officium.

Salus populi ego sum dicit dñs: de quacunq3 tribulatione clamauerint ad me exaudiā eos: et ero illoꝝ dñs iperpetuū. ps. Attendite popule meus legē meā inclinate aurē vr̄am i vba oris mei. Orō.

Dirigat corda nostra q̄s dñe: tua miserationis operatio quia tibi sine te placere nō possumus. Per d.

Ad ephesios. iiii.

In dieb⁹ illis. Ego iohānes vidi ciuitatē scām hierusalē nouam descendētē de celo a dō paratā sicut spōsā ornatā viro suo. Et audiui vocē magnā de throno dicētē. Ecce tabernaculū dei cū hoīb⁹: ⁊ habitabit cū eis. Et ipi ppl's eius erūt: et ipse de⁹ cū eis erit eorū de⁹. Et absterget de⁹ oēs lacrimā ab oclis eorū: et mors vltra nō erit: neq̄ luctus/ neq̄ clamor/ neq̄ dolor erit vltra: q̄ p̄ria abierūt. Et dixit q̄ sedebat i throno ecce noua facio oīa. Gr. Loc⁹ iste a deo factus est inestimabile sacramētū irrep̄hēsibilis ē. V. Deus cui astat āgelorū chor⁹ exaudi p̄ces seruorū tuorū. Alla. V. Adorabo ad tēplū scm̄ tuū: ⁊ cōfitebor noī tuo. Hec duo Alla. sequētia dicūt alternis vicib⁹ p octa. nisi i dñica ⁊ i oct. die Alla. V. O q̄ metuēdus ⁊ venerādus ē locus iste: vere nō est hic aliud nisi dom⁹ dei et porta celi. Alla. V. Fūdata est dom⁹ dūi sup verticē mōtiū et exaltata est sup oēs colles. Licet i xl. hoc festum euenerit: dicitur ista Hierusalē ⁊ syō fi- (Sequētia.

Hic: cetus omnis fidei curie me

los pãgat iugis leticie alleluya. Christus enim desponsat hodie matrē nostram norma iusticie quā de lacu traxit miserie ecclesiā. In spūs sancti clementia: sponsa spōsi letatur gratia a reginis laudis cum gloria felix dicta. Dos vt datur crescit leticia: que dos quanta triplex potētia: tangēs celū terras & stigia iusticia. Mira loquor sed sana credere federatā tam largo munere de pprio produxit latere deus homo. Formaretur vt sic ecclesia figurauit i pari glīa: ade costis formata femina hostis eua. Eua fuit nouerca posteris: hec est mater electi generis: vite portus asilū miseris et tutela. Pulcra potens partu mirabilis vt luna sol fulget spectabilis plus acie multo terribilis ordinata. Multiplex est singularis vna generalis et indiuidua: omīs eni serus simul vna parit turmas. Hec signata iordanis fluctibus: hec que venit e terre finibus: scientiam audire cominus salomonis. Sit tipicis descripta sensibus nuptiarū induta vestibus celi prestet hodie ciuibus cristo iuncta. O sollennes festū leticie: quo vnitur christus ecclesie in qua nostre salutis nuptie celebrantur. Cetus felix dulce conuiuium lapsis ibi datur solatiū desperatis offerē spaciū respirandi. Iustis inde soluūtur premia: angelorū nouanē gaudia leta nimis qd facit grā caritatis. Ab eterno fons sapientie intuitu solius gratie sic puidit in rerum serie hec futura. Christus ergo nos suis nuptiis recreatos veris diuitiis interesse faciat sociis electorum.

Infra lxx. vsq; ad capō ieiunii i octa tantū huius festi dicitur. Tractus.

Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutū cōcupiscit & deficit aīa mea in atria dñi. ℣. Cor meū et caro mea exaltauerūt i deū viuū. ℣. Eteni passer inuenit sibi domū et turtur nidum sibi vbi reponat pullos suos. ℣. Altaria tua dñe virtutū: rex meus et deus meus. ℣. Beati q̄ habitāt in domo tua: in eternū laudabūt te dñe. In paschali tpe erit secūdū. Alla. de resurrectiōe quotidie p octa. & i oct. & etiā in prima die. Secundū. Lucā. xix.

In illo tpe. Egressus iesus perābulabat hiericō. Et ecce vir noīe zacheus: et hic erat pūceps publicanor̄ et ipse diues. Et querebat videre iesū quis esset et nō poterat p̄ turba: qa statura pusillus erat. Et precurrēs ascendit in arborē sicomorum vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cū venisset ad locū suspiciens iesus vidit illū: et dixit ad eum. zachee festinās descende: qr hodie in domo tua oportet me manere et festinās descendit: et excepit illū gaudens. Et cū viderent oēs: murmurabant dicētes q ad hominē peccatorē diuertisset. Stans aūt zacheus dixit ad dñm. Ecce dimidiū bonor̄ meorum dñe do pauperibus et si qd aliquem defraudaui reddo quadruplum. Ait iesus ad eū. Qr hodie salus domui huic facta est: eo qd et ipse filius sit abrahe. Venit eni filius hoīs querere: et saluū facere qd perierat. Offer. Dñe deus i simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: et pplm tuū q̄ repertus est vidi cū ingēti gaudio deus israel custodi

haunc voluntatē. In tpe pal. all'a. Scr'a

Annue q̄s dn̄e p̄cib⁹ nostris: vt q̄cūq3 intra tēpli huius: cuius anniuersarium dedicationis diem celebramus ambitū continemur: plena tibi atq3 perfecta corporis et anime deuotione placeamus vt dū hec presentia vota reddim⁹ ad eterna premia te adiuuante peruenire mereamur. Per dn̄m. Prefatio quotidia. Coio. Dom⁹ mea domus orōnis vocabit' dicit dn̄s: in ea oīs q̄ petit accipit et q̄ querit inuenit et pulsanti aperietur. In tempore paschali. All'a alleluya. Postcōio.

Deus qui ecclesiam tuam sponsam vocare dignat⁹ es vt que habeat gratiam per fidei deuotionē3 haberet etiam ex nomine dignitatē3 da vt omis hec plebs tuo nomini seruiens huius vocabuli cōsortio digna inueniatur. Qui viuis et regnas cū deo patre. Si hoc festum a. lxx. vsq3 ad pascha contigerit: dicitur in fine misse. Benedicamus dn̄o. Si autē alio tempore anni finiatur cum. Ite missa est. Per totas octa. dicitur eadem de dedicatione quandocūq3 hoc festum scil3 ab octauis. epyphanie vsq3 ad. lxx. et ab octa. pasche vsq3 ad ascensionem dn̄i vel a festo sancte trinitatis vsq3 ad aduentum domini contigerit: nisi festum. ix lec. intercurrat: sed sine sequentia et. Credo. tamē si sit dn̄ica dicitur ista sequētia

Letabundus exultet fidelis chorus celi curie. Cum iocundus ornatur regine thorus regi glorie. In tali cōnubio nubit lappa lilio soli stella. Cum miro consortio anime fit vnio dei cella. Celebratur hodie christi et ecclesie caste nuptie. Sicut iungit spiritum homo deo subditum iugo gratie. In hoc patrocinio caro dei filio nupsit nobili. Ipse vero filius summus et eximius cessit humili. Ima summus petiit et sponsam expetiit quam de nigra gestiit candidare. Fecit quod disposuit quia fedā potuit quando sibi placuit emundare. Ancilla propera. Ut fias libera. Cum viro regnans sceptrigera. Sponsum considera. Quem velat littera. Ipsum reuelat fides vera.

Secundum Lucam. vi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Omnis qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos: ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domum: qui fodit in altum: et posuit fundamentum supra petram. Inūdatione autem facta: illisum est flumen domui illi et non potuit eā mouere. Fundata enim erat: supra firmam petram. Credo. In octa. dedicationis ecclesie omnia fiant sicut in prima die cum hac sequentia.

Quam dilecta tabernacula domini virtutum & atria. Quā electi architecti tuta edifficia. Que non mouent immo fouent ventus flumen pluuia. Quam decora fundamenta per cōcina sacramenta vmbre precurrentia. Latus ade dormiētis euā fudit immanētis copule primordia. Arcā ligno fabricatā noe seruans gubernatā per mundi diluuiū Prolem sera tandem feta & nus sara

ridet leta nostrum lactans gaudiũ. In biuio tegens nuda: geminos parit et iuda thamar diu vidua. Sic moyses a puella dum se lauit i fiscella reperit cirpea. Hic mas agnus immolat quo israel saciat eius tictus sanguine. Hinc vẽit austri regina salomonis qua diuia cõdit sapiẽtia. Hec est nigra sed formosa: myrrha et thure fumosa ỽga pigmẽtaria. Sic futura q̃ figura obũbrauit reserauit nobis dies gratie. Iã in lecto cũ dilecto quiescamus et psallam⁹ assunt eniꝫ nuptie. Quarũ tonat initiũ i tubis epulẽtiũ ⁊ finis per psalteriũ. Spõsum millena milia vna laudãt melodia sine fine dicentia all'a alleluya.

℄ Secundum iohannem. x.

In illo tpe. Facta sunt encenia in hierosolimis: et hyems erat Et ãbulabat iesus in tẽplo in portici salomonis. Circũdederunt ergo iudei: et dicebãt ei. Quousqꝫ aiaꝫ nostram tollis? Si tu es xp̃s: dic nobis pallã. Rñdit eis ies⁹. Loquor vobis: et nõ creditis. Opera q̃ ego facio i nomine patris mei: hec testimoniũ perhibent de me. Sed vos non creditis quia nõ estis ex ouibus meis. Oues mee vocẽ meã audiũt: et ego cognosco eas: et sequuntur me. Et ego vitam eternam do eis: et non peribũt in eternũ et non rapiet eas quisq̃ de manu mea. Pater me⁹ qd̃ dedit mihi maius oĩbus est: ⁊ nemo potest rapere de manu patris mei. Ego ⁊ pater: vnum sumus. Non dr̃. Credo. nisi dñica fuerit. Si hoc festum a capite ieiunii vsqꝫ ad cenam dñi contigerit: nihil fiat de festo nisi tantum in prima die: preter memoriã infra octauas. et in oct. In consecratione ecclesie. Ad missam. Officium.

Terribilis est loc⁹ iste: hic domus dei est et porta celi et vocabitur aula dĩ. In tp̃e paschali. alleluya. p̃s. Dñs regnauit decorem idutus est: indutus est dñs fortitudinem et precinxit se. Gloria patri. Orõ.

Deus qui sacrandorum tibi auctor es munerum effunde super hanc orationis domũ bñdictionẽ tuam: vt ab oĩbus inuocantibus nomen tuum defensionis tue auxiliuꝫ senciatur: Per d̃. Ep'la. Ego iohãnes vidi ciuitatẽ. vt s̃ i die dedi. Gr. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentũ irreprehensibilis est. ℣. Deus cui astat angelorũ chorus exaudi p̃ces seruorũ tuorꝫ. All'a. ℣. Adorabo ad templũ sanctũ tuũ et cõfitebor noĩ tuo. Sequentia. Quã delicta. vt s̃ in oct. dedica. Euan. Egress⁹ ies⁹ perãbulabat. vt s̃ in die dedicati. Offer. Dñe deus i simplicitate cordis mei let⁹ obtuli vniuersa: et populũ tuũ qui repertus est vidi cum ingenti gaudio deus israel custodi hanc voluntatẽ. In tp̃e pas. All'a. Secreta.

Deus q̃ in omĩ loco dñatiõis tue totus assistis et tot⁹ operaris accepta sacrificiũ noĩ tuo benignus oblatũ: et huius dom⁹ cuius es fũdator esto ꝓtector: vt in ỽtute sp̃us sancti fiat hic semp̃ seruientiuꝫ etiã tibi deuota libertas. Per dñꝫ in vnitate eiusdẽ. Coĩo. Domus mea domus orõnis vocabit̃ dicit dñs: in ea oĩs q̃ petit accipiet qui querit inuenit et pulsanti aperiet

In tpe paschali allā alla. . Postcoio.
Sacramentis dne refectis salutaribus gratias tibi referim⁹ reple qs hoc templum tue gloria maiestatis: vt in honore nois tui fiat populo tuo domus oratiõis. Per dnm.
¶ In recõciliatione ecclesie. Offim.
Dum sanctificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuersis terris et effundā super vos aquā mundā: et mundabimini ab oibus inquinamẽtis vris: et dabo vobis spm nouū. In tpe pas. Alleluya. ps. Benedicam dnm in omni tempore semper laus eius i ore meo. Orõ.
Deus qui dixisti domus mea domus orõnis vocabit domum istā gentiū spurcitiis cõtaminatam mundare et sãctificare digneris: vt oim pces et vota in loco hoc ad te clamantiū exaudias: et begnine pficias Qui viuis et regnas cū deo. Epla.
Ego iohãnes. sicut i die dedicatiõis.
Gr. Tollite hostias z itroite i atria eius adorate dnm i aula scã eius. ℣. Reuelauit dns cõdẽsa et in tẽplo eius oes dicẽt gloriā.
Alla. ℣. Cõfitemini dño et inuocate nomen eius ãnunciate inter gẽtes opera eius
¶ Secundum. Lucam. vi.
In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Non est arbor bona q facit fructus malos: neqz arbor mala faciens fructuz bonum. Vnaqqz enim arbor: de fructu suo cognoscit. Neqz eniz de spinis colligunt ficus: neqz de rubo vindemiant vuā. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: et malus homo de malo thesauro profert malū. Ex abundãtia enim cordis os loquitur. Quid eni vocatis me dñe dñe: et non facitis que dico? Omnis q venit ad me et audit sermones meos et facit eos: ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini edificãti domū qui fodit in altum: et posuit fundamentū supra petram. Inundatione aūt facta: illisū est flumẽ domui illi et nõ potuit eā mouere. Fūdata eni erat: supra firmā petrā. Offr. Oraui deum meū ego daniel dicens exaudi dñe pces serui tui: illustra faciẽ tuam sup sãctuarium tuū: et propitius intẽde populū istum super quẽ inuocatum est nomẽ tuū deus. In tẽpore paschali. Alla alla. Secreta
Hec hostia qs dñe et locum istuz ab immūdiciis iniquorum vel patrate offẽsiõis expurget: et supplicationes nostras hic et vbiqz tibi reddat acceptas. Per dnm. Cõio. Acceptabis sacrificiū iusticie: oblationes et olocausta super altare tuū dñe. In tpe pas.
Percipiẽtes (Alla alla. Postcõ
dñe munera salutis eterne te supplices exoramus: vt templū hoc vel cimiterium a barbarorum vel iniquorum inquinamentis emundatū tua benedictione maneat sanctificatum et pectora nostra ab omni sorde vitiorum aliena tibi semper assistant deuota. Per dnm nostrum.
Ad missā dicẽdā dū sacerd induit se sacris vestibus dicat hymnum.
Veni creator spus mẽtes tuorū visita iple supna grã q tu creasti pectora. Qui paraclit⁹ diceris donū dei altissimi fõs viuus ignis caritas et spiritalis vnctio. Tu septifor-

mis munere dextre dei tu digitus tu
rite promisso patris sermone ditans
guttura. Accēde lumē sensibus in-
funde amorē cordibus īfirma nostri
corporis virtute firmans perpetim.
Hostē repellas longius pacem qꝫ do
nes protinus ductore sic te preuio vi-
temus oē noxiū. Per te sciamus da
patrē noscamus atqꝫ filiū te triusqꝫ
spiritū credam⁹ oī tēpore. Sit laus
patri cū filio sancto simul paraclyto
nobisqꝫ mittat fili⁹ carisma scti spūs
Amen. ℣. Emitte spiritū tuuz et creabū
tur. ℟. Et renouabis faciē terre. Orō.

Deus cui omne cor patet ⁊ oīs vo
lūtas loquitur ⁊ quē nullū la-
tet secretuz: purifica ꝑ infusionē scti
spūs cogitationes cordis nostri: vt te
perfecte diligere: ⁊ digne laudare me
reamur. Per xp̄z. Deinde sequatur
ān. Introibo ad altare dei. p̄s. Judica me
de⁹ et discerne. totus p̄s. dr̄ cū. Glo
ria patri. Deinde d̄r ān Introibo ad al
tare dei ad deū qui letificat iuuētutē meam
kyriel. xp̄e el. kyriel. Pater noster.
Aue maria. ¶ His finitis et officio
misse inchoato cū post officiū. Glo-
ria patri incipitur: accedat sacerdos
cum suis ministris ad gradū altaris
et dicat ipse cōfessionē. diacono assi-
stente a dextris: et subdiacono a sini-
stris hoc modo incipiēdo. Et ne nos
Sed libera nos a malo. Confitemi-
ni dn̄o quoniā bonus. Qm̄ in secu-
lum mia eius. Confiteor deo beate
marie omnibus sanctis ⁊ vobis: quia
peccaui nimis cogitatiōe locutiōe et
opere mea culpa: precor sanctā mari
am oēs sanctos dei ⁊ vos orate ꝓ me.

Ministri respondeāt. Misereat ve-
stri oīpotens deus et dimittat vobis
oīa peccata vestra liberet vos ab omi
malo: cōseruet et cōfirmet in bono ⁊
ad vitam ꝑducat eternā. Sacerdos
Amen. et postea dicat. Confiteor.
quo dicto dicat sacerdos. Misereat
vt s̄. deinde dicat sacerdos. Absolu-
tionē ⁊ remissionē oīum peccatoruz
vestroꝝ: spaciū vere penitētie et emē
dationē vite gratiā et cōsolationē sā-
cti spūs tribuat vobis oīpotens et mi
sericors dn̄s. Ministri respondeant.
Amen. Et sciendū est ꝙ q̇cūqꝫ sacer
dos officiū exequat: semꝑ ep̄s si pre-
sens fuerit ad graduz altaris dicat.
Cōfiteor. Misereatur. et absolutio-
nem. Deinde dicat sacerdos ℣. Adiu
toriū nostrū. Qui fecit. Sit nomē. Ex hoc.
Oremus. Deinde finitis p̄cibus sa-
cerdos deosculetur diaconū ⁊ postea
subdiaconū: ita dicens. Habete oscu
lum pacis ⁊ dilectiōis vt apti sitis sa-
crosancto altari ad perficiendū offi-
cia diuina. Et hoc semper obseruet
per totū annū: nisi tātū in missis pro
defunctis ⁊ in trib⁹ ꝓximis feriis an
te pascha. His itaqꝫ peractis cerofe-
rarii cādelabra cū cereis ad gradū al-
taris dimittāt: deinde accedat sacer-
dos ad altare et dicat in medio alta-
ris tacita voce inclinatoqꝫ corpore:
et iunctis manibus. Oremus.


Aufer a nobis dn̄e q̄s oēs ¶ Orō
iniq̇tates nr̄as vt ad scā scō-
rū patris mētibus mereamur itroire
Per xp̄z. Tūc se erigat sacerd̄. ⁊ oscu
let altare ⁊ hoc i medio: et signet se in
facie sua ita dicēs. In noīe patris ⁊ fi

lii et spūs scti. Amē. Deinde ponat diaconus thus in thuribuluz et dicat sacerdoti. Benedicite. & sacerd. dicat. Dñs. Ab ipso benedicatur hoc incen sum: in cuius honore cremabitur. In noīe pris. &c. Tūc diacon⁹ ei thu ribulū tradēs deosculet manū eius: & ipse sacerd. thurificet mediū altaris & vtrūq3 cornu altaris: prīo in dextera scdō in sinistra pte: et interī in medio deinde ab ipō diacono ipe sacerd. thu rificet: et postea textū ministerio sub diacono sacerd. deosculetur. His ita q3 gestis in dextro cornu altaris cum diacono et subdiacono officium mis se vsq3 ad orationem prosequatur: vel vsq3 ad Gloria i excel. qñ dr. Et post officium et psalmū repetat offi ciū: & postea dr. Gloria patri et Si cut erat. tertio repetat offm. Et hoc per totū annū obseruet tā in dñicis q̄ in festis sctor & in oct. & infra qñ cho rus regitur: & in oībus missis de sctā maria per totū ānū obseruet: nisi in dñica passiōis dñi: & abhic vsq3 ad ce nā dñi ad missā sc3 de tpali tm̄ tunc stati post psalmū q̄ dr post officiū re incipiatur officiuz sine. Gloria pri post repetitionē officii principalis re ctor chori officiū misse a cātore q̄rere debet: deinde illud socio suo itimare: et postea simul icipere. Et similiter kyrie. Sequētia. Offr. Sāctus. Agn⁹. & Cōio q̄ratur itimētur & inci piatur. His finitis & officio misse in choacto cū post offm. Glia pri. icipi tur tūc accedāt ministri ad altare or dinati: prīo ceroferarii duo pariter i cedētes: deide thuribularii p⁹ subdia con⁹: exide diacon⁹ post eū sacer. dia cono & subdiacono casulis indutis sc3 quotidie p aduētū & a. lxx. vsq3 ad ce nā dñi qñ de tpali dr missa: nisi i vigi liis et quattuor tēporibus: man⁹ tn̄ ad modū sacerdotis nō habentib⁹: ce teris vero ministris sc3 cerofer. thuri bulario & accolito i albis cū amictib⁹ existētib⁹. In aliis vero tpib⁹ anni qñ de tpali dr missa & in festis sāctor. to tius āni vtant diacon⁹ & subdia. dal maticis et tunicis: nisi in vigiliis et quattuor tpibus: nisi in vigilia pas. & pēthe. et nati. dñi si in dñica ptigerit et excepto ieiunio quattuor tpm qd celebrat i ebdo. penthe. tūc dalmati cis et tunicis idui debet. In die para sceues et in rogatiōibus ad missā ie iunii & pcel. & i missis dñicalib⁹ et scō rū q̄ in caplo dicitur: tūc em̄ albis cū amictib⁹ vtant: ita tn̄ q̄ i tpe pascha li de quocūq3 dr missa: nisi in inuētio ne sctē crucis vtātur ministri altaris vestimētis albis ad missā. Silr fiat in festo annūcia. btē marie & i cōcep. eiusdē & in vtroq3 festo scti michaelis et in festo sci iohis aplī in ebdā nati. dñi: & p oct. & in oct. assūpt. et nati. btē marie & in cōmemorationib⁹ eius dē p totū ānū: et p oct. & in oct. dedi catiōis ecclie. Rubeis vero vtant ve stimētis oib⁹ dñicis p annū extra tē pus pasche qñ de dñica agit & in. iiii. fer. in capite ieiunii: et in cena dñi et in vtroq3 festo scē crucis i quolibet fe sto martyr aplōr et euāgelistar ex tra tps pasc. In oib⁹ āt festis vni⁹ cō fessoris vel plurimor cōfessor vtā tur vestimētis crocei coloris. Quo fa

cto sacerdos & sui ministri in sedibus paratis se recipiat & expectet vsq3 ad Gl'ia in excel. q̄d incipiat semp i me dio altaris quādocūq3 dr oib9 dñicis p an nū qñ Gl'ia i excel. dr: dicit vnū isto rū p dispositione cantoris.



Gloria in excelsis de o



Gloria in excelsis deo



Gloria in excelsis deo

In oib9 maioribus duplicib9 dicat vnū istor pro dispositione cātoris.



Glori a in excelsis de o




Gloria in excelsis deo

In oibus aliis duplicib9 dicit vnū istor pro dispositionne cantoris.




Gloria in excelsis deo:



Gloria in excelsis deo.

In vtroq3 festo sancti michaelis & in festo sancti dunstani dicitur hic cā tus.




Gloria in excelsis deo

In oibus festis et in oct. qñ inuitat. a tribus cantatur dicit vnū istorū p dispositione cantoris.



Gloria in excelsis deo.



Gloria in excel sis deo.

In omnibus aliis festis simplici= bus tam. iii. q̄. ix. lectionum in qui= bus chorus regitur dicatur vnū isto= rum cantuum.



Gloria in excelsis de o



Gloria in excelsis deo.

In oibus festis iii. lect. et i oct: qñ cho rus nō regitur dicitur vnū istorum.



Gloria in excelsis deo.



Glori a in excelsis deo

In cōmemoratione beate marie dicitur hic cātus per totū ānū qn̄ dicit.



Nisi qn̄ vltimo fit seruitiū de scā maria ante aduentū dn̄i et an̄.lxx. et i oct. assumptiōis et nati. beate marie tūc em̄ dr̄ seqūes cātus tā a choro q̄ a sacerdote et ei⁹ ministris ad altare.



Et in terra pax hoībus bone volūtatis. Laudamus te. Benedicim⁹ te. Adoram⁹ te. Glorificam⁹ te. Gratias agimus tibi ppter magnā gloriā tuā. Dn̄e de⁹ rex celestis deus pater oīpotēs. Dn̄e fili vnigenite iesu criste. Sp̄us et alme orphanoꝝ paraclite. Dn̄e de⁹ agnus dei filius patris. Primogenit⁹ marie virgis matris. Qui tollis peccata mūdi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi: suscipe deprecatiōem nostrā. Ad marie gloriam. Qui sedes a dexteram patris: miserere nobis. Qm̄ tu solus sanctus. Mariā sanctificās. Tu solus dn̄s. Mariā gubernans. Tu solus atissimus. Mariā coronās. Jesu xp̄e cū sctō sp̄ū in gl'ia dei patris. Amē. In oībus aliis missis qn̄ dicendum est dicit sine psa. Post inceptionē. Gloria in excelsis. diuertat se sacerdos ad dextrū cornu altaris et ministri cū eo psequētes: diacon⁹ a dextris et subdiaconus a sinistris submissa voce dicāt idē. In dup. fe. principalis rector chori. Gloria i excel. qn̄ debet dici queret a cātore: et sacerdoti iniungat. ¶ Notandū est q̄ oēs clerici stare tenentur ad missam nisi dū lectio epistole legit et gr. et All'a. vel Tr. cātatur. In duplicibus tn̄ festis stare tenētur oēs dū a choro All'a. canitur. Pueri vero sēp sint stantes ad missā choro canēte. Rectores ho chori cū duo tātum habētur sequātur p oīa regulā clericorū de secūda forma ad vesperas matutinas et ad missā: nisi q̄ semp dū chorus canitur. All'a stare tenent: et in iceptiōibus cātuū ad missā ad altare se conuertant. In dup. festis oēs rectores chori imitent oīa vts. Et notādū est q̄ oēs clerici cōuersi ad altare stare tenent duz ad missam Gloria in excel. inchoatur quousqz chorus cātet. Et in eodem hymno ad hec verba. Adoramus te. et ad hec verba. Suscipe deprecationem nostrā. et in fine eiusdē eū dicitur. Jesu xp̄e cū sctō sp̄ū in gloria dei vsqz ad epistolā vel lec. Dictoqz gr. All'a et sequentia vel tr. a sacerdote priuatim cū suis ministris: accipiat subdiacon⁹ panē et vinū et aquā cuz calice et ea preparet ad eucharistie ministratiōez benedictiōe prius aque a sacerdote petita hoc modo. Benedicite. sic respōdeat sacerdos. Dominus Ab eo sit benedicta de cuius latere exiuit sanguis et aqua. In noīe patris etc. Sacerdos vero interim sedeat in sede sua. In fine vero gr. vel tr. vel all'a vel sequētie chorus ad altare se inclinet anteq̄ ad lectorem euange-

lūi se vertat: et ad **Gloria tibi dn̄e.** semper ad altare se vertat lector euāgelii et etiā oēs clerici signo crucis se signēt qđ ter ad missā publice obseruat: sed ad **Gloria in excelsis,** qn̄ dicit. **In gloria dei patris. Amen** et ad **Gloria tibi** et post **Sctūs.** cū dr̄ **Bn̄dictus qui venit.** et ad inceptionem. **Credo in vnū.** quousq₃ chor⁹ cātet: et iterum ad altare ter inclinet: scꝫ dū dicit̄ hec clausula. **Et incarnat⁹ est de spū sācto ex maria virgine et homo factus est. Crucifixus etiā pro nobis sub pōtio pylato.** et in fine cū dr̄. **Et vitā ventūri seculi. Amē.** Abhic quousq₃ etiā inchoetur offer. et post offer. quousq₃ cōpleatur totū officiū misse hūc gestū chorus imitetur oi festo per annū. Per totū aūt aduētū non dicitur **Gloria in excelsis.** de quocūq₃ dr̄ missa: nec a septuagesima vsq₃ ad vigiliam pasche. His itaq₃ peractis factoq₃ signaculo crucis ī facie sua: vertat se sacerdos ad populū: eleuatisq₃ aliquātulū brachiis iūctisq₃ manib⁹ dicat hoc modo.



Dominus vobiscū.

Et chorus respōdeat. **Et cū spū tuo** sub eodem tono et iterū reuertat sacerdos ad altare et dicat hoc modo.



Quotiescūq₃ dr̄ **Dominus vobiscū** ad missam semper sub eodē tono dicet similiter et **Oremus.** **Oremus.** nisi in prefationibus et nisi in missā spōsaliū cū fiat benedictio super spōsum et spōsam ante. **Pax dn̄i.** tūc enī dicitur sic et in cōsimilibus ita determinando.



Dn̄s vobiscū. Oremus.

Deinde dicitur orō sic determinādo



Per oīa scl'a sclo℞. Amē.

Et si aliqua memoria habēda est iterū dicat sacerdos. **Oremus** vts. Et qn̄ sūt plures collecte dicēde: tūc oēs orationes que sequūtur sub vno. **Per dn̄m.** et vno **Oremus.** dicūtur: ita tamen ꝙ septēnariū numerū excedere nō debent secūdū ecclesie sarū. Et semper dum stat sacerdos ad offīm misse post eū stet diacon⁹ directe in primo gradu et subdiacon⁹ similimodo directe in scđo gradu post diaconū: ita vt quotiēs sacerdos ad populū se conuertit diaconus similiter se conuertat. Subdiacon⁹ vero iterim genuflectendo de casula sacerdotis aptanda subministret. Et si episcopus celebrauerit oēs diaconi in gradu diaconorꝫ cōsistāt: pricipali diacono mediū locū inter eos obtinente. Similimodo in gradu subdiaconorꝫ se habeāt ceteris oibus diaconis et subdia. gestū pricipalis diaconi et pricipalis subdiaconi imitātib⁹: excepto ꝙ pricipalis subdiacon⁹ sacerdoti ad ppl'm cōuertēti sol⁹ subministret. Sciēdū est aūt ꝙ qcqđ a sacerdote dr̄ ante eplām ī dextro cornu altaris explea

tur pter inceptionē. Gloria in excelsis. similiter fiat post perceptionē sacramēti. Cetera oia i medio altaris expleātur nisi forte diaconus defuerit. Tūc eñ in sinistro cornu altaris legatur euāgeliū. Post introitū vero misse vn⁹ ceroferariorꝝ panē ꝫ vinum et aquā que ad eucharistie ministrationē disponūtur: deferat: reliquus vero plenū cum aqua et manutergio portet chorū licet igredi vsqꝫ ad cōpletoriū prime collecte: cetera vsqꝫ ad. Credo. dicūtur vt̄s in prima dominica aduētus dñi.



Credo in vnum deū. Patrem oipotentē factorē celi et terre: visibiliū oim et inuisibiliū. Et in vnū dñm iesum cristuꝫ filiū dei vnigenitū. Et ex patre natuꝫ ante oia secula. Deum de deo lumen de lumine: deum verū de deo vero. Genitū nō factū cōsubstātialē patri: per quē oia facta sunt. Qui pp̄ter nos hoies et pp̄ter nostrā salutē descēdit de celis. Et incarnatus est de spū sancto ex maria virgine: et homo fact⁹ est. Crucifixus etiā pro nobis sub pontio pylato passus ⁊ sepultus est. Et resurrexit tertia die scđm scripturas Et ascendit in celū sedet ad dexterā patris. Et iterū vēturus est cū gloria iudicare viuos ⁊ mortuos: cui⁹ regni non erit finis. Et in spūm sctm̄ dñm ⁊ viuificātē qui ex patre filioqꝫ pcedit. Qui cū pr̄e et filio simul adoratur: ⁊ cōglorificatur: q̄ locut⁹ est p prophās. Et vnā sctāꝫ catholicā ⁊ apl̄icā ecclesiā. Cōfiteor vnū baptisma i remissionē peccatorꝝ. Et expecto resurrectionē ꝫ mortuorū. Et vitā venturi seculi. Amen. Dū a choro canitur Credo. accedat diacon⁹ post lectum euāgel'. et offerat sācerdoti librū euāgeliorū vel textū deosculādo in sinistris ei⁹. Deide sequatur. Dñs vobiscū. et Oremus. Deide dr̄ Offertoriū. P⁹ offertoriū. vo porrigat diaconus sacerdoti calicē cū patena ⁊ sacrificio: ⁊ osculetur manū ei⁹ vtraqꝫ vice. Ipse vero accipiēs ab eo calicē: diligēter ponat in loco suo debito sup mediū altare ⁊ iclinato parumper eleuet calicē vtraqꝫ manu offerēs sacrificium dño: dicendo hanc orationē. Oratio.

Suscipe sācta trinitas hāc oblationē quā ego idign⁹ peccator offero in honore tuo btē marie et oiꝫ sctōrꝝ tuorꝝ. p peccatis et offēsionib⁹ meis p salute viuorꝝ ⁊ requie oim fideliū defūctorū In noie pr̄is. ⁊c. Acceptū sit oipotēti deo hoc sacrificium nouū Dicta orō. reponat calicē et cooperiat cū corpalib⁹ ponatqꝫ panē sup corporalia de cēterante calicē vinū ⁊ aquā continentē et osculetur patenā et reponat eā a dextris sup altare sub corporalib⁹ parum cooperiēdo. Hoc peracto accipiat thuribulū a diaco. ⁊ thurificet sacrificiū: videlꝫ vltra ter signū crucis faciēs: ⁊ ter i circuitu et ex vtraqꝫ parte calicis ⁊ sacrificii: dei de locū iter se et altare. Et dñ thurificat dicat. Dirigatur dñe ad te oratio mea sicut icēsū i ↄspectu tuo. Postea thurif. ipe sacerd. ab ipo diaco. ⁊ sub

diaconus deferat ei textũ deosculandum: deinde accolit⁹ thurificet chorũ incipiẽs a rectoribus chori: deinde superiorẽ gradũ ex parte decani incipiens ab ipso decano vł a primiori stallo eo absente: postea superiorẽ gradũ ex parte cãtoris. Eodẽ ordine secundas: exinde primas formas ita q ipẽ puer singulos pueros incẽsãdo illis inclinet subsequẽte eũ diacono cũ textu ab oĩbus deosculãdo. Si episcop⁹ celebrauerit et duplex festũ fuerit duo pueri veniẽt cũ thuribulis ⁊ duo subdiaconi cũ duob⁹ textibus vel reliqs Si aũt eps nõ celebrauerit et duplex festũ fuerit: textũ deferat accolit⁹ ex parte cãtoris. Primo aũt thurificandus est cãtor q stat in medio chori cũ ceteris rectorib⁹ chori: scꝫ ĩ festis maioribus dup. tm̃: deinde principales rectores chori ex vtraqꝫ parte sui: exinde duo rectores secũdarii: postea chorus more solito eodẽ quoqꝫ ordine sequãtur textus. Qñ vero nõ dr̃. Credo tunc imediate post Oremus. ⁊ offertoriũ accedat diaconus et offerat sacerdoti calicẽ cum patena ⁊c. solito more expleãtur: ⁊ thurificet sacrificiũ more solito: sed chorus nõ thurificet. Nũꝙ eñ incensatur chor⁹ post euãgeliũ ad missam: nisi qñ dr̃. Credo: sed tũc semp. His itaqꝫ peractis eat sacerdos ad dextrũ cornu altaris et abluat man⁹ dicens. Munda me dñe ab oĩ inquinamẽto mentis ⁊ corporis vt possim mund⁹ implere op⁹ sanctũ dñi. Diacon⁹ interim ipsum altare in sinistro cornu thurificãte et reliqs more solito ĩ circuitu. Ablutis maib⁹ sacerdõ reuertat se ad altare ad diuinũ offm̃ exequẽdũ: ⁊ diacon⁹ ⁊ subdiacon⁹ gradibus suis ordinate supradicto modo se teneãt. Deinde reuertat se et stãs ante altare inclinatoqꝫ capite et corpore iũctis manib⁹ dicat oratio.

In spũ humilitatis et in aĩo cõtrito suscipiamur domĩe a te ⁊ sic fiat sacrificiũ nostrũ in cõspectu tuo vt a te suscipiatr̃ hodie et placeat tibi dñe deus. Et erigẽs se deosculetur altare a dextris sacrificii: et dans benedictionẽ vltra sacrificiũ: postea signet se dicẽs. In noĩe patris ⁊c. deinde vertat se sacerdos ad ppł'm et tacita voce dicat. Orate fratres et sorores ꝑ me vt meũ pariterqꝫ vestrũ acceptum sit dño deo sacrificiũ. Respõsio cle. priuatim. Spũs sancti gratia illuminet cor tuũ et labia tua: et accipiat dñs digne hoc sacrificiũ laudis de manibus tuis pro peccatis et offensionibus nostris. In missis vero ꝓ defũctis post ablutionẽ manuũ sacerdotis statim icipiat sacerdos iũctis manib⁹ in medio altaris conuersus ad altare dicens.



Hostias et preces tibi dñe offerim⁹. Et chorus cãtãdo rñdeat. Tu suscipe ꝓ aĩabus illis quarũ hodie memoriã agimus: fac eas dñe de morte trãsire ad vitã. Et interim dicat sacer. In spũ humilitatis. Deinde statim ꝯuersus ad populũ tacita voce. Orate fratres et sorores ꝓ fidelibus defũ

ctis. Responsio clerici cātādo. Requiem eternā dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis: quā olim abrahe p̄misisti et semini eius. ¶ Notādū est q̄ in omibus missis p̄ corpore presenti et in anniuersar. cuiuscūq3 fuerint et in trigintalibus dr. H ostias et p̄ces cū V. Requiē eternā. Quā oliz. In oibus vero aliis missis p̄ defūctis nō dicūtur: nec in die aiarū. Et reuersus ad altare sacerd. secretas orōnes dicat iuxta numerū ante dictarū et ordinē āte epistolā ita incipiēs. Oremus. Quibus finitis dicat sacerdos aperta voce. Per oia secula seculorū. manib9 nō leuatis: donec dr. Sursū corda. et tunc accipiat subdiaconus offr. et patenā de manu diaconi: ipsā patenā tenendā quousq3. Pater noster. dr: quā accolito offertorio cooptā cōmittat i gradu sez post diaconū interi cōstituto. Qd etiā obseruetur in oi missa ad autēticū altare celebrāda p̄ totū āuū: nisi tm̄ in missis p̄ defūctis: tm̄ in die aiarū obseruabitur. Hec p̄fatio dr in die nati. dñi ad oēs missas: et quotidie p̄ ebdomadā et in die circūcisiōis: et i oib9 missis de sctā maria ab hac die vsq3 ad pur. et etiā in die puri. Dicat etiā in festo corpis xpi: et i oct. eiusdē et infra qn̄ de eo fit seruitiū. Dicit etiā in cōmemoratione eiusdē. Cōmunicātes. Vero p̄t tm̄ vsq3 ad circuncisionē et in die circuncisionis.

Eterne de9. Quia per incar



nati verbi mysteriū: noua mentis



nostre oculis lux tue claritatis īfulsit.



Vt dū visibiliter deum cogno



scim9: p̄ hūc in inuisibiliū amorē



rapiamur. Et ideo cū angelis.

Infra canonē ad primā missā in nocte nati. dñi dr. Noctē sacratissimā. ad oēs alias missas dicitur. Diez sacratissimum qn̄cūq3 dicitur.

Cōmunicātes et diē sacratissimū celebrātes: quo btē marie intemerata virginitas: huic mundo edidit saluatorē. Sed et memoriā venerātes. In primis eiusdē gloriose sem per virginis marie genitricis ipi9 dei et dñi nostri iesu cristi. Sed et beatorum aplōr ac martyrū tuorū. Petri Pauli Andree Jacobi Johis Thome Jacobi Philippi Bartholomei. Mathei Symonis et Thadei Lini Cleti Clementis. Sixti Cornelii Cypriani Laurētii Grisogoni Johānis et Pauli Cosme et damiani.

Et oium sanctorz tuorz quorz meritis ꝑcibusqz concedas: vt in oibus protectiōis tue muniamur auxilio. Per eundē xp̄m dn̄m nr̄m. Amen.

¶ Hec pfatio dr̄ in die epyphanie et per oct. et i oct. ⁊ Cōicātes similiter.

Eterne deus. Qr cum vnigenitus tu⁹ i substātia nr̄e carnis apparuit in nouā nos imortalitatis sue lucē reparauit. Et ideo cū āge.

¶ Infra canonem.

Communicātes et diē sacratissimum celebrantes: quo vnigenit⁹ tuus in tua tecū gloria coeternus in veritate carnis nostre visibiliter corporalis apparuit. Sed et memoriā venerātes. In primis gloriose sēper virginis marie genitricis eiusdē dei et dn̄i nostri iesu xp̄i. Sz et beatorz apl'orū ac martyrū tuorz. Petri Pauli Andree Jacobi Johis Thome Jacobi Philippi Bartholomei Mathei Symonis ⁊ Thadei Lini Cleti Clemētis Sixti Cornelii Cipriani Laurētii Crisogoni Johis ⁊ Pauli Cosme et Damiani. Et oim sctōrū tuorz quorū meritis precibusqz cōcedas: vt in oibus protectōis tue muniamur auxilio. Per eūdē cristū dn̄z nostrum. Amen.

¶ Hec prefatio dr̄ in feria. iiii. i capite ieiunii ⁊ in oi missa de ieiunio nisi in dn̄icis abhinc vsqz ad cenā dn̄i.

Eterne deus. Qui corporali ieiunio vi ci a cōprimis: mentem eleuas: virtutem largiris et premia. Per cristum dominum nostrum. Per quē maiestatem.

¶ In dominicis per quadragesimā dicitur ꝑfatio quotidiana. In cena dn̄i ꝑfatio quotidiana dr̄. Infra canonē. Cōmunicātes. et Hanc igit. et Qui pridie. tam ab epō q̄ a sacerdote dicatur. ¶ Infra canonem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrātes quo dn̄s noster iesus cristus pro nobis traditus est. Sed et memoriam venerantes. In primis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei

et dñi nostri iesu cristi. Sed et beato rum aplor ac martyrũ tuorũ. Petri Pauli Andree Jacobi Johis Thome Jacobi Philippi Bartholomei. Mathei Symonis et Thadei Lini Cleti Clementis. Sixti Cornelii Cypriani Laurẽtii Grisogoni Johãnis et Pauli Cosme et damiani. Et oium sanctorũ tuorũ quorũ meritis pcibusq concedas: vt in oibus protectiõis tue muniamur auxilio. Per eundem cristum dominum nostrum. Amen. Item

Hãc igitur oblationẽ seruitutis nostre: sed et cũcte familie tue quã tibi offerim⁹ ob diẽ i qua dñs nr̃ iesus xp̃s tradidit discipl'is suis corporis et sanguis sui mysteria celebrãda Quesumus dñe vt placat⁹ accipias diesq nr̃os i tua pace disponas atq ab eterna dãnatiõe nos eripi: et in electorũ tuorũ iubeas grege numerari Per xp̃m dñm nostrũ. Amẽ.

Qui pridie q̃ pateretur pro nostra oiumq salute hoc ẽ hodie accepit panẽ in sanctas ac venerabiles manus suas: et eleuatis oculis in celum ad te deũ. etc. Hec prefatio dicitur in die pasche et p totã ebdomadam et in oibus dñicis vsq ad asceñsionẽ qñ de dñica siue de pasc. dr̃ mis. Sed in vigilia pasche tm̃ dicitur in prefatiõe. Sed in hac potissimũ nocte. Quandocũq alias dicitur: dicitur. Sed in hac potissimũ die Communicantes. vero et. Hanc igitur. per ebdomddam et in octaua. pasche tantum dicuntur: ita q in vigilia pasche tantum dicitur. Noctem sacratissimam. In die vero pasche et alias qñ dicitur. diem sacratissimũ.

Eterne deus. Et te quidẽ omni tempore: sed in hac potissimũ die gloriosius predi care cum pascha nostrũ immola tus est cristus. Ipse enim verus est agnus qui abstulit peccata mũdi. Qui mortem nostrã mo ri endo destruxit: et vitam resurgẽdo reparauit. Et i de o cũ angelis.

¶ Infra canonem.

Cōmunicātes & diez sacratissimū celebrantes: resurrectiōis domini nostri iesu cristi secundum carnem. Sed et memoriam venerātes. In primis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdē dei et dñi nři iesu xpi. Sed & beatoꝝ aplōꝝ ac martyꝝ tuoꝝ Petri. Pauli Andree Jacobi Johis Thōe Jacobi Philippi Bartholomei Mathei Symōis & Thadei Lini Cleti Clemētis. Sixti Cornelii Cypriāi. Laurētii. Grisogoni Johis & Pauli. Cosme et Damiani. Et oīum sanctoꝝ tuoꝝ quorū meritis precibusqꝫ cōcedas: vt i oībus ꝓtectōis tue muniamur auxilio Per eūdē xpm dñm nřm. Amē. Itē

Hanc igit̄ oblationez seruitutis nře: sꝫ & cūcte familie tue quā tibi offerimꝰ ꝓ his quoqꝫ quos regenerare dignatꝰ es ex aqua & spū sctō tribuēs eis remissionē oīum peccatorū. Quesumus dñe vt placatꝰ accipias: diesqꝫ nřos i tua pace disponas atqꝫ ab eterna dānatiōe nos eripi: et i electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari. Per xpm dñm nostrū. Amen.

¶ Hec p̄fatio dr̄ in die ascēsiōis dñi: & per oct. & in oct. & in dñica ifra oct. qñ de dñica agit̄. et Cōmunicātes.



Eterne deus. Per cristum



dominum nostrum. Qui post



resurrectionem suam omnibus



discipulis suis manifestus ap



paruit: et ipsis cernentibus est



eleuatus in celum: vt nos diui



nitatis sue tribueret esse parti



cipes. Et i de o cum angelis.

¶ Infra canonem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo dominus noster iesus xps vnigenitus filius tuus vnitam sibi fragilitatis nostre substātiam in glorie tue dextera collocauit. Sed et memoriā venerātes. In primis gloriose semp virginis marie genitricis dei et dñi nostri iesu cristi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum. Petri Pauli. Andree Jacobi. Johannis. Thome Jacobi Philippi Bartholo-

mei Mathei Simōis et Thadei Li
ni Cleti Clementis Sixti Cornelii
Cypriani laurētii Grisogoni Johā-
nis et Pauli Cosme et Damiani.
Et oīum sanctorū tuorū quorum meri
tis ꝑcibusqꝫ cōcedas: vt in oībus ꝓte-
ctionis tue muniamur auxilio. Per
eūdem xp̄m dn̄m nostrum. Amen.
¶ Hec prefatio dr̄ in die pēthecostes
et per ebdomadā et i oībus missis de
sctō spū. Cōmunicantes. et Hāc
igitur in die penthecostes: et ab hinc
vsqꝫ ad festū sancte trinitatis dicun-
tur tantum.

Eterne deus. Per cristū
dominum nostrum. Qui ascen
dens super omnes celos sedensqꝫ
ad dexteram tuam promissum
spiritum sanctum hodi er na
die in filios adoptio nis effudit.



Qua propter profusis gaudiis



totus in orbe terrarū mund⁹ ex



ultat sed et superne virtutes atqꝫ



angelice potestates hymnū glorie



tue cōcinuūt sine fine dicentes.

¶ Infra canonem.

Cōmunicātes et diē sacratissi-
mū penthecostes celebrantes
quo spūs sctūs apostolis in igneis lin
guis apparuit. Sed et memoriā ve
nerātes. In primis gloriose sēper ṽgi
nis marie genitricis eiusdē dei et dn̄i
nr̄i iesu xp̄i. Sed et beatorum aplorum ac
martyrum tuorum Petri. Pauli Andree
Jacobi Johis Thōe Jacobi Pphilip-
pi Bartholomei Mathei Symōis et
Thadei Lini Cleti Clemētis. Six
ti Cornelii Cypriāi. Laurētii. Gri
sogoni Johis et Pauli. Cosme et Da
miani. Et oīum sanctorum tuorum quo
rū meritis precibusqꝫ cōcedas: vt i oī
bus ꝓtectionis tue muniamur auxi
lio. Per eundē xp̄m dn̄m nostrum.
Amen. Item

Hāc igitur oblationē seruitutis nostre: sed et cūcte familie tue quā tibi offerimus ꝓ his quoqꝫ quos regenerare dignat⁹ es ex aqua et spū scō tribuēs eis remissionē oīm pctōꝝ. Quesumus dn̄e vt placat⁹ accipias dieſqꝫ nr̄os ī tua pace disponas atqꝫ ab eterna dānatiōe nos eripi: ⁊ in electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari Per xp̄m dn̄m nostrū. Amē.

¶ Hec prefatio dicit in die sancte trinitatis et in oībus dn̄icis vsqꝫ ad aduentum dn̄i quādo de dn̄ica dicit missa: licet in caplō dicatur: ⁊ in oībus cōmemoratiōibus sancte trinitatis per totum annum: et in omni missa spōsalium.

Eterne deus. Qui cum vnigenito filio tuo et spū sancto vnus es de⁹ vnus es domin⁹ Non in vnius singularitate persone: sed in vnius trinitate substātie. Qđ enī de tua gloria reuelante te credimus hoc



de filio tuo: hoc de spiritu sancto si-



ne differentia discretiōis sentimus.



Ut in cōfessiōe vere sempiter-



neqꝫ deitatis: et in personis ꝓprie-



tas et in essentia vnitas: et in ma-



iestate adoretur equalitas. Quam




laudant angeli atqꝫ archangeli



cherubin quoqꝫ ac seraphin qui



non cessant clamare vna voce



dicen tes. Sanctus.

¶ Hec pfatio dr̄ i oibus festis aplo℞ et euāgelistarū ꝛ p oct. aplo℞ petri et pauli atqꝫ andree: qn̄ de oct. dicitur missa: preterq̄ in festo scti iohānis apl'i et euāgeliste in ebd̄. natiui. dn̄i. In octa. vero eiusdē dicetur ꝛ in festo eius in tempore paschali.



Eterne deus. Et te domine



suppliciter exorare vt gregē tuū



pastor eterne nō deseras: sꝫ p beatos



apostolos tuos cōtinua ptectione



custodias. Vt iisdē rectorib9 guber-



netur quos operis tui vica rios



eidem contulisti preesse pasto-



res. Et ideo cum angelis et ar-



changelis cum thronis et domi



nationibus. Cumqꝫ omni mi-



licia celestis exercitus hymnū glo



rie tue canim9 sine fine dicentes.

Hec prefatio dicit in vtroqꝫ festo sancte crucis: et in cōmemorationibus eiusdem per totum annuꝫ.



Eterne deus. Qui salutem



humani generis i ligno crucis cōsti



tuisti: vt vnde mors orie ba tur



inde vita resurgeret. Et q̄ i ligno



vicerat: i ligno quoqꝫ vinceret. Per

tione sempiternā. Hic cruce signā do deponat dictā tertiā partē hostie in sacramentū sāguinis sic dicē do.

H Ec sacro ✠ sancta cōmixtio corporis ⁊ sāguinis dñi nostri iesu xpi fiat mihi: oībusqꝫ sumē tibus salus mētis et corporis et ad vitam eternā promerendā ⁊ capescendā preparatio salutis. Per eūdem xpm dñm nostrum. Amē. Antequā pax detur dicat sacerdos.

D Omine sancte pater omnipotēs eterne deus: da mihi hoc sacrosāctū corpus ⁊ sanguinē filii tui dñi nostri iesu xpi ita digne sumere: vt merear per hoc remissionem oīm peccatorum meorum accipere: ⁊ tuo sancto spiritu repleri ⁊ pacem tuā habere: quia tu es deus solus ⁊ preter te non est alius: cuius regnū ⁊ imperiū gloriosum sine fine permanet in secula seculorum. Amē. Hic osculetur sacerdos corporalia in dextra parte et summitatē calicis: ⁊ postea dyaconū dicens. Pax tibi ⁊ ecclesie dei. Responsio. Et cū spiritu tuo. Dyaconus a dextris sacerdotis ab eo pacē recipiat et subdyacono porrigat. Deinde ad gradū chori ipse dyaconus pacē portet rectoribus chori: et ipsi pacē choro portent vterqꝫ sue parti incipiens a maioribus. In festis vero ⁊ feriis quando chorus non regitur pax a dyacono choro apportatur per duos extremos de secunda forma: cetera sicut prius. Post pacem datā dicat sacerdos orationes sequētes priuatim antequā se cōmunicet tenē do hostiam duabus manibus.

D Eus pater fons ⁊ origo totius bonitatis: qui ductus misericordia vnigenitum tuū pro nobis ad infima mundi descendere ⁊ carnem sumere voluisti: quam ego indignus hic in manibus meis teneo. Hic inclinet se sacerdos ad hostiam dicens. Te adoro: te glorifico: te tota mentis ac cordis intētione laudo: ⁊ precor vt nos famulos tuos non deseras: sed peccata nostra dimittas. quatinus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore seruire valeamus. Per eūdem xpm dominum nostrū. Amen.

D Omine iesu xpe fili dei viui qui ex voluntate patris cooperāte spiritu sancto per mortem tuam mundū viuificasti: libera me queso per hoc sacrosanctum corpus et hunc sanguinē tuū a cūctis iniquitatibus meis ⁊ ab vniuersis malis ⁊ fac me tuis semper obedire mādatis: ⁊ a te nunquā in perpetuū separari permittas saluator mūdi. Qui cum deo patre ⁊ eodem spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

C Orporis ⁊ sanguinis tui domine iesu xpe sacramētum quod licet indignus accipio: nō sit mihi iudicio ⁊ condēnatiōi: sed tua prosit pietatē corporis mei ⁊ anime saluti. Amen. Ad corpus dicat cū humiliatiōe antequā percipiat.

A Ue ineternū sanctissima ca

corxp̄i: mihi ante omnia et sup om
nia sūma dulcedo. Corpus dn̄i no
stri iesu xp̄i sit mihi peccatori via ⁊
vita. In no ✠ mine patris ⁊ filii ⁊
spiritus sancti. Amen. Hic sumat
corpus cruce prius facta cum ipso
corpore ante os. Deinde ad sangui
nem cū magna deuotione: dicens.

Aue ineternum celestis potus
mihi ante oīa ⁊ super oīa sū
ma dulcedo: Corpus ⁊ sanguis do
mini nostri iesu xp̄i ꝓsint mihi pec
catori ad remedium sempiternum
in vitam eternam. Amē. In no ✠
mine patris ⁊ filii ⁊ spiritus sancti
Amen. Hic sumat sanguinē: quo
sumpto inclinet se sacerdos ⁊ dicat
orationem sequentem.

Gratias tibi ago domine san/
cte pater omnipotēs eterne deus:
qui me refecisti de sacratissimo cor/
pore ⁊ sanguine filii tui domini no
stri iesu christi ⁊ precor vt hoc sacra
mentum salutis nostre quod sum
psi indignus peccator non veniat
mihi ad iudicium neq₃ ad condem
nationem pro meritis meis: sed ad
ꝑfectum corporis mei et anime sa
luti in vitam eternā. Amen. Qua
dicta eat sacerdos ad dextrū cornu
altaris cū calice inter manus: digi
tis adhuc coniunctis sicut prius: ⁊
accedat subdiaconus et effundat ī
calicem vinum et resinceret sacer/
dos manus suas ne alique reliquie
corporis vel sanguinis remaneāt
in digitis vel in calice. Cum vero
aliquis sacerdos debet bis celebrare
in vno die: tūc ad primam missam
nō debet percipere ablutionem vl/
lam: sed ponere in sacrario vel ī va
se mundo vsq₃ in finē alterius mis
se: ⁊ tunc sumatur vtraq₃ ablutio
Post primā ablutionē dr̄ hec oratiō

Quod ore sumpsimus domi
ne pura mente capiamus: ⁊
de munere temporali fiat nobis re
medium sempiternum. Hic lauet
digitos in concauitate crucis cum
vino īfuso a subdiacono: quo hau/
sto sequatur oratio. Oratio.


Hec nos communio domine
purget a crimine: et celestis
remedii faciat esse consortes. Post
perceptionē ablutionū ponat sacer
dos calicē super patenā: vt si quid re
manserit in calice stillet: ⁊ postea in
clinando se dicat orationē sequentē

Adoremus crucis signaculū
per quod salutis sumpsim⁹
sacramentum. Deinde lauet ma/
nus: diaconus interim corporalia
complicet. Ablutis manibus et re/
deunte sacerdote ad dextrum cor/
nu altaris: diaconus calicem porri
gat ori sacerdotis si quid īfusionis
in eo remanserit resumendū. Post
ea vero dicat cum suis ministris cō
munionem. Deīde facto signo cru
cis in facie: vertat se sacerdos ad po
pulum: eleuatisq₃ aliquantulum
brachiis ⁊ iunctis manibus dicat.
Dominus vobiscum. Respōsoriū.
Et cum spiritu tuo. Et iterum re/
uertēs se ad altare dicat Oremus.
Deīde dicat postcommunionem


iuxta numerum et ordinem ante/
dictarum orationum ante episto/
lam. Finita vltima postcommuni
one: factoqz signo crucis in fronte
iterum vertat se sacerdos ad popu
lum, et dicat. **Dominus vobiscum.**
Respōsorium. **Et cum spiritu tuo.**
Deinde diaconus. **Benedicamus
domino.** Alio vero tempore dicitur
Ite missa est. Quotienscunqz eniz
dicitur. **Ite missa est.** semper dici/
tur ad populum conuertendo. Et
cum dici debeat. **Benedicamus do
mino.** vel **Requiescant in pace.** cō
uertendo ad altare dicitur. **Bene/
dicamus domino.**


Benedica mus domi no.



Benedica mus domino.


Benedica mus domino.


Benedica mus domino.


Benedica mus do mino.


Benedica mus do


mi no. Benedica


mus do mino.



Benedica mus do mino.


Benedica mus domino.


Benedica mus domi no.

In festis trium lectionum dicitur
vnus istorum cātuum: quandocū
qz dicitur in fine misse. **Ite missa est**


Ite missa est. Ite missa est.


I te mis sa est.


Ite missa est.

In vigiliis pasche et penthecostes
dicantur hic cantus. **Ite missa est.**


Ite missa est.

Notandū est ꝙ quandocunqꝫ cantus istorum sequentium dicitur super Kyrieleyson. Idem etiam cantus sequatur super Ite missa est. Pro dispositione diaco.

Ite Deus creator. missa est.

Ite Kyrie rex genitor. missa est

Ite Kyrie fons bonitatis.

missa est.

Ite Kyrie omnipotēs. missa est

Ite Kyrie rex splendens.

missa est.

Ite Lux ꝛ origo. missa est.

Ite Cunctipotens. missa est.

Ite Conditor. mis sa est.

Ite Orbis factor. missa est.

In omnibus ferijs per annum et in vigilijs quattuor temporum: exceptis vigilijs pasche ꝛ penthecostes: ꝛ in ebdomada pentheco. dicatur ꝛ in missa Salus populi. de cruce: ꝛ in omnibus festis trium lectionum sine Te deum laudamus: in quibus dicitur noctur. dicatur hic cantus.

Benedicamus domino.

In omnibus missis pro defunctis dicitur hic cantus.

Requiescant in pace. Amen.

His dictis sacerdos inclinato corpore iunctisqꝫ manibus tacita voce coram altari in medio dicat hāc orationem.

Placeat tibi sancta trinitas obsequium seruitutis mee: ꝛ presta vt hoc sacrificium quod oculis tue maiestatis indignus obtuli: tibi sit acceptabile mihiqꝫ et omnibus pro quibus illud obtuli: sit te miserante propiciabile. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Quasi/

nita erigat se sacerdos signans se in facie sua dicens. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Et sic inclinatione facta eo ordine quo prius accesserunt ad altare in principio misse sic induti cum ceroferariis et ceteris ministris redeant Et statim post Deo gratias. incipiatur in choro hora nona quando post missam dicitur. Sacerdos vero in redeundo dicat euangelium. In principio erat verbum. Cum vero sacerdos exuerit casulam et alia indumenta sacerdotalia dicat psalmos subscriptos cum an. Trium puerorum. ps. Benedicite sacerdotes dni dno. usque ad finem cantici. ps. Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Totus psalmus. Nunc dimittis seruum tuum domine: secundum verbum tuum in pace. cum Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen. Deinde dicitur tota ana. Trium puerorum cantemus hymnum quem cantabant in camino ignis benedicentes dominum. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Laudemus et superexaltemus eum in secula. Benedictus es domine in firmamento celi. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedicat et custodiat nos trinitas sancta. Amen. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo

Oremus. Oratio.

Vade: qm̄ vas electionis michi est iste: vt portet nomē meū corā gentibus: et regib⁹ & filiis israel. Ego em̄ ostendā illi quāta oporteat eū p noīe meo pati. Et abiit ananias & introiuit in domū: & imponēs ei man⁹ dixit. Saule frater dn̄s misit me iesus: q̄ apparuit tibi in via qua veniebas vt videas et implearis spū sctō. Et cōfestim ceciderūt ab oculis eius tanq̄ squame & visū recepit. Et surgēs baptizatus est: et cū accepisset cibū: cōfortatus est. Fuit autē cum discipulis qui erant damasci per dies aliquot. Et cōtinuo ingressus in synagogas predicabat iesum qm̄ hic est filius dei. Stupebāt autē oēs q̄ eū audiebāt: et dicebāt. Nonne hic est qui expugnabat in hierusalē eos qui inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad pricipes sacerdotū. Saul⁹ aūt multomagis cōualescebat: et ꝯfundebat iudeos q̄ habitabāt damasci. Affirmans: qm̄ hic est xp̄s. Gr. Qui operatus est petro in apostolatū: operat⁹ē et michi inter gētes: & cognouerūt gratiā dei que data est michi. V. Gratia dei in me vacua nō fuit: sed gr̄a ei⁹ semp i me manet. All'a. V. Magnus sctūs paulus vas electiōis vere digne est glorificandus. Sequentia.

Solēnitas sācti pauli deuote est recolenda. Quem dn̄s tanta ditauit gratia. Ut doctor gentiū ab omni vocetur ecclesia. Agnus de lupo de persecutore euāgelista. Mutata sunt opera: mutat̄ & onoma paulus noīat̄: qui saulus ante dict⁹ fuerat. Instigatus furia dirū virus efflabat strage seuissima mēbra xp̄i seuiens torquebat. Lux ethera quē circūfulgens visu priuat. Spiritualē sed ei intuitū donat. Colaphizat eū ne supbiat. Sternit eū sed ruentē releuat. Deiectuz increpat. Increpās emendat. Fidei doctrinā cōmēdat. Defēsorē ecclesie ordinat. Impugnator: qui prius extiterat. Secreta mystica. Credēti reuelat. Que hoī loq̄ nō licebat. Prius synagoga quē educauerat. Postmoduz letat̄ mater ecclesia. Misteria. Que nouerat. Per totū iens: orbem predicat. Venit romam deum vnum annūciat. Nero resistit qui colebat idola. Morte dira Illū necat. Mūdo exēptū mittit ad astra. Quo nos deus miserādo pducat. Adiutos prece pauli sctā. All'a.

Tu es vas electiōis (Vel tract⁹. scte paule apl'e vere digne es glorificandus. V. Predicator veritatis & doctor gētium in fide & veritate: p te oēs gētes cognouerūt gr̄am dei. V. Intercede pro nobis ad deū qui te elegit. Scd̄m matheū. xix.

In illo tp̄e. Dixit symō petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amē dico vobis: quod vos qui secuti estis me in regeneratione cuz sederit filius homīs in sede maiestatis sue sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim trib⁹ isrl'. Et oīs qui reliquerit domuz vel fratres aut sorores/aut patrem aut matrē: aut vxorez/aut filios: aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet: et vitam eternaz possidebit

Credo. Offer. Michi aūt nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Beati pauli apl'i tui precibus q̄s dn̄e plebis tue dona sanctifica vt que tibi grata tuo sunt instituto: gratiora fiāt eius patrocinio supplicantis. Per dominū nostrum.

¶ Alia secreta de sancto preiecto.

Suscipe dn̄e propitius orationē nostrā cuz oblatiōibus hostiarū superimpositis: et bti preiecti martyris tui deprecatione pietati tue perfice benign⁹ acceptas. Prefatio. Et te do. Cōio. Amen dico vobis q vos qui reliquistis oīa: et secuti estis me: cētuplū accipietis et vitā eternā possidebitis. Postc.

Salutari refecti mysterio q̄s oīpotēs deus: vt qui hūc diez in beati pauli apl'i tui cōuersione honorabilem haberi voluisti nos quoq cōuersos a viciis: in tua semper facias seruitute gratulari. Per dominum.

Alia postcōio de sancto preiecto.

Da nobis q̄s dn̄e deus noster: vt sicut beati p̄iecti martyris tui solēnitate presenti gratulamur mysterio ita perpetuo letemur aspectu. Per dominum nostrum iesum cri.

¶ Sancti iuliani episcopi. Officiū.

Statuit ei dn̄s testam entū pacis et principē fecit eū: vt sit illi sacerdotii dignitas ineternū. P̄s. Misericordias dn̄i ineternum cantabo. Oratio.

Deus qui ecclesie tue beatū iulianū mirabilez tribuisti doctorem: concede propicius vt hūc apud te piū semper mereamur habere intercessorem. Per dn̄m. Epl'a. Dedit dn̄s. In cōi fo. xii. Gr. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuētus similis illi qui conseruaret legem excelsi. All'a. V. Amauit euz. Euange. Vigilate quia nescitis. In cōi folio. xi. Offer. Inueni dauid seruum meū et in oleo sancto vnxi eum. man⁹ enim mea auxiliabitur ei: et brachiū meum confortabit eum. Secreta.

Respice dn̄e q̄s super hec que tibi offerimus: et beati pontificis iuliani meritis: ab omnibus nos exue peccatis. Per dominuz. Cōio. Beatus seruus quem cum venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vobis sup omnia bona sua constituet eum. Postcōio.

Diuinis domīe repleti sacramētis: supplices deprecamur: vt beati pōtificis iuliani meritis nos dignos facias celestib⁹ institutis. Per dominum nostrum iesum cristum.

¶ Sancte agnetis scdo. Officium.

Vultū tuū depcabūtur omnes diuites plebis: adducētur regi virgines post eā / proxime eius adducentur tibi in letticia et exultatione. P̄s. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi.

Deus qui nos annua Oratio. beate agnetis martyris tue solennitate letificas: da vt quē veneramur officio: etiam pie cōuersationis sequamur exemplo. Per dominuz. Epl'a. Qui gloriatur. In cōi folio. xv. Gr. Specie tua et pulchritudine tua intende psperē pcede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam. et deducet te mirabiliter dextera tua. All'a

℣. Hec est virgo sapiēs quā dñs vigilantē inuenit. ¶ Si hoc festum vel aliquod aliud festum triū lectionū infra .lxx. vsqꝫ ad caput ieiunii euenerit nō dr̄. Alľa. post epistolā: nec tr. sed gr. cum suo ℣. tm̄. Euāgeliū. Simile est regnū celorum decē. In cōi folio. xvi. Offr. Offerētur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secre.

Orata tibi sint q̄s domine munera nostra: quibus sancte agnetis virginis tue ⁊ martyris magnifica solennitas recensetur. Per dñm. Cōio. Simile est regnū celorum homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita dedit omnia sua et comparauit eam. Postcōio.

Sumpta dñe q̄s sancta mysteria nos interius exteriusqꝫ cōseruent: et intercedēte beata agnete martyre tua presentem nobis conferant clemētiam eteternā. Per dñm.

¶ Sācte batildis regine. Officiū.

Dilexisti iusticiā ⁊ odisti iniquitatē: ppterea vnxit te deꝰ deꝰ tuꝰ oleo leticie p̄ cōsortibus tuis. ps. Eructauit cor meum verbū bonū: dico ego opera mea regi. Or.

Beate batildis natalicia venerāda dñe q̄sumus ecclesia tua deuota suscipiat: ⁊ fiat magne glorificationis amore deuotior: et tante fidei proficiat exemplo. Per dominū. Epistola. Sapientia vincit. In cōi folio. xv. Gr. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alľa. ℣. Diffusa ē gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Euāgelium. Simile

le est regnum celorum thesauro. In cōi folio. xv. Offr. Offerētur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regi domino. Secreta.

Ut hec munera dñe tibi accepta sint sancte batildis obtineant merita: que seipsam tibi hostiam viuam: sanctam et beneplacentem exhibuit. Per dñm. Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Postcōio.

Refecti alimonia celesti op̄s pater q̄s pietatem tuā: vt intercessione sancte batildis misericordie tue gratiā cōsequi mereamur. Per.

¶ Sancte brigide virginis. Offm̄.

Vultū tuū deprecabuntur oēs diuites plebis adducētur regi virgines post eā: proxime eius adducentur tibi in leticia et exultatōe. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi. Oro.

Sancte brigide virginis tue dñe quesumus precatio tibi grata nos adiuuet et tuam nobis indulgētiam poscere non desistat. Per dñm. Epistola. Qui gloriatur. In cōmuni folio. xv. Gr. Diffusa est gratia in labiis tuis: ppterea benedixit te deus ineternum. ℣. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alľa. ℣. Specie tua et pulcritudine tua: intende prospere procede et regna. Euāgelium. Simile est regnū celorum decem. In cōi folio. xvi. Offr. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Sacrificiis domine placatꝰ obla

Sacrificii dñe placatus oblatis intercedēte beata brigida virgine tua opem tuā nobis q̄s nostris temporibus clementer impēde. Per dñm. Cōio. Quinqꝫ prudētes virgines acceperunt oleū in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est ecce spōsus venit: obuiā xpo dño. Postcō.

Beate brigide virginis tue precibus fidelibus tuis dñe sūpta munera suffragentur: ⁊ que tibi placuit nobis imploret auxilium. Per.

In purificatione beate marie virginis cātata hora sexta fiat bñdictio luminis solenniter a pontifice vel a sacerdote cappa serica iduto cū aliis indumentis sacerdotalibus super supremum gradum altaris ꝯuerso ad australem sic incipiente.



Dñs vobis. Et cū spū tuo. Oreꝯ.

Benedic ✠ dñe iesu Oratio. xpe hāc creaturā cere supplicātibus nobis ⁊ infunde ei per virtutē sancte crucis bñdictionē celestē: vt q̄ eā ad repellendas tenebras humano vsui tribuisti: talē signaculo scte crucis tue fortitudinē ⁊ benedictionē accipiat: vt q̄buscūqꝫ locis accēsa siue apposita fuerit: discedat dyabolus ⁊ cōtrimescat et fugiat pallidus cū oībꝯ ministris suis de habitatiōibꝯ illis nec presumat amplius inquietare.



seruientes tibi. Qui cum deo patre



et spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus



Per omnia secula seculorꝝ. Amen. Et dr̄ oēs orōnes cū Oremus. sub eodem tono. Nō dr̄ Dñs vobiscum. nisi ante primā orōnē tātū. Oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deꝯ: q̄ oīa ex nichilo creasti: et iussu tuo per opera apū hunc liquorem ad pfectionē cereorū peruenire fecisti et qui hodierna die petitionē iusti symeonis implesti: te humiliter deprecamur: vt has cādelas ad vsus hoīm et sanitatē corporꝝ et animarū preparatas siue in terra siue in aquis per inuocationē sancti nois tui: et per intercessionē sancte marie semper virginis cuiꝯ hodie festa deuote celebrant̄ et per preces omnium sanctorū tuorꝝ bene ✠ dicere et san ✠ ctificare digneris/ vt huius plebis tue que illas honorifice in manibus portare desiderat: teqꝫ laudando exultare: exaudias voces de celo sācto tuo et de sede maiestatis tue: ⁊ ppitius sis omnibꝯ clamātibus ad te/ quos redemisti precioso sanguine filii tui. Qui tecū et spū sancto viuit ⁊ gloriatur deus. Per oīa secula seculorꝝ. ℞. Amen. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deꝯ qui hodierna die vnigenitū tuum vlnis sancti symeonis in tēplo scō tuo suscipiēdū presentari voluisti: tuā suppli

ces depcamur clemētiā ut hos cereos quos nos famuli tui in tui noīs magnificētia suscipientes gestare cupimus: luce accēsos bñ✠dicere et scti✠ficare: atqz luīe supne bñdictionis accendere digneris quatinus eos tibi dño deo nostro offerēdo digni: et sancto igne dulcissime tue claritatis succensi: in templo sancto glorie tue. representari mereamur. Per eundē dñm nr̄m iesum cristū filiuz tuum: qui tecū viuit et regnat in vnitate spūs sancti deus. Per omnia secula seculoruz. Amen. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Sursum corda. Habemus ad dñm. Gras agamus dño deo nr̄o. Dignū & iustū est

Uere dignum et iustum est equuz et salutare: nos tibi semper et vbiqz gratias agere dñe sancte pater omnipotens eterne deus. Fons et origo totius luminis: qui mundū illustrasti lumine tue claritatis: mittendo nobis vnigenitū tuū per vterū intemerate virginis. Et quē longe ante promisisti prophetarū oraculis



tēporibus nouissimis misisti lucez



populis sedentibus in tenebris.



Te ergo dñe deprecamur: vt has



candelas nomini tuo preparatas



tua benedictione digneris bene ✠



dicere qui nos transtulisti a po-



testate tenebrarū in lucē dilecti



filii tui et regnū. Per quē exortū



est in tenebris lumen rectis corde



et gaudium salutis eterne. Et qui



iusti symeonis implesti expectatio-



nem: vt non prius videret mortē q̃



eiusdem cristi filii tui visibilem in



carnationē totius mundi lumen et



salutem: nos lumie tue claritatis



sic repleas vt omnes infidelitatis te



nebras a nobis repellas. Et sicut



seruuz tuum hodie dimisisti in pa-



ce sic nos in pace ecclesie tue sācte



digneris gubernare: vt portum



quietis eterne valeamus intrare.



Quatin⁹ radiis vere lucis perfusi



ibi in die examinis leti cum hym-



nidicis angelorum choris valea-



mus videre faciem indefessi solis. Hic mutet vocem suã quasi legẽdo. Qui tecũ vivit et regnat in vnitate spũs sancti deus. Per omnia secula seculorũ. Respondetur Amen. Hic aspergant̃ candele aqua benedicta et thurificentur. Deinde sequat̃. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Domine sancte pater oĩps lumẽ indeficiens q̃ es cõditor oĩm luminũ bñ ✠ dic hoc lumẽ tuis fidelibus in honorez nois tui portãdũ quatinus a te sctificati atq; bñdicti lumine tue claritatis accẽdamur et illuminemur et propiti⁹ cõcedere digneris vt veluti eodẽ igne quõdam illuminasti moysẽ famulũ tuũ: ita illumines corda nostra et sensus nostros quatinus ad visionẽ eterne claritatis pervenire mereamur. Per cristuz dñm nostrum. ℟. Amẽ. Oremus. Oro.

Omñps sempiterne deus qui vnigenitũ tuũ ante tp̃a de te genitum sed tp̃aliter de maria virgine incarnatũ lumẽ verũ et indeficiens ad repellẽdas humani generis tenebras et ad incendẽdum lumen fidei et veritatis misisti in mũdũ concede ꝓpicius vt sicut exteri⁹ corporali: ita etiã interius luce sp̃uali: iradiari mereamur. Per eũd. Peracta cãdelarũ bñdictione distribuãtur et inter ĩ cãtetur ãn. Lumẽ ad revelatio. ps. Nũc dimit. to t⁹ ps. dr cũ Gl̃a pr̃i. et post vnũ quẽq; ℣. repetatur ãn. Ad missã Officiũ.

Suscepimus deus miam tuã: in medio tẽpli tui secũdũ nomẽ tuũ deus: ita et laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. ps. Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri i mõte sancto eius. Oratio.

Omnipotẽs sẽpiterne deus maiestatẽ tuã supplices exoram⁹ vt sicut vnigenit⁹ filius tuus hodierna die cũ nostre carnis substantia in tẽplo est p̃sẽtatus ita nos facias purificatis tibi mẽtibus p̃sẽtari. Per e.

¶ Lectio malachie prophete. iii.

Hec dicit dñs de⁹. Ecce ego mitto angelũ meũ q̃ ꝑparabit viã ante faciẽ meã. Et statim veniet ad tẽplũ sanctũ suũ dñator quẽ vos queritis et angel⁹ testamẽti quẽ vos vultis. Ecce eni venit dicit dñs exercituum. Et q̃s poterit cogitare diẽ aduẽtus ei⁹ Et q̃s stabit ad vidẽdũ eum. Ipse eni quasi ignis cõflans et quasi herba fullonũ. Et sedebit conflans

et emundās argentum: et purgabit filios levi. Et conflabit eos quasi aurum: et quasi argētum: et erunt dño offerentes sacrificia in iusticia. Et placebit dño sacrificium iuda et hierusalem sicut dies seculi et sicut anni antiqui. Dicit dñs: oipotēs. Grad. Suscepimus deus miam tuam in medio tēpli tui: secundū nomen tuum dñe: ita et laus tua in fines terre. V. Sicut audivimus ita et vidimus in civitate dei nostri in monte sācto eius. Alleluya. V. Adorabo ad templum sanctū tuū: et confitebor nomini tuo.

Hac die dicit sequentia: licet infra lxx. hoc festū cōtigerit. Sequentia.

Hac clara die turma festiua dat preconia. Mariā concrepādo symphonia nectarea. Mūdi dña q̄ es sola castissima virginū regina. Salutis causa: vite porta atq̧ celi referta gratia. Nā ad illā sunt nūcia olim scā angelica. Aue maria gr̄a dei plena per secula V. p̄cedēs ter dr̄ hac die tātū. Mulierū pia agmina intra sēper bñdicta. Virgo et grauida mater intacta prole gloriosa. Cui cōtra maria hec reddit famina. In me quomō tua iā fiēt nūcia. Viri noui nulla certe copula. Ex quo atq̧ nata sū incorrupta. Diua missus ita reddit affata. Flatu sacro plēa fies maria. Noua efferēs gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra portans qui gubernat eterna. Omnia q̄ dat tempora pacifica. Tūc sacerdos et eius ministri in sedibus iuxta altare priuatim dicant. Tractus.

Nunc dimittis seruū tuū dñe: secūdum verbū tuū in pace. V. Qr viderūt oculi mei: salutare tuū. V. Qd parasti āte faciē oim p̄plor. V. Lumē ad reuelationē gētiū: et gloriā plebis tue israel. Scdm lucam ii.

In illo tēpore. Postq̄ impleti sunt dies purgatiōis marie secūdum legem moysi tulerunt iesum in hierusalē vt sisterent eum domino sicut scriptū est in lege dñi. Quia omne masculinū adaperiens vuluam: sanctum domino vocabitur. Et vt darent hostiam secūdū quod dictum est in lege dñi par turturum aut duos pullos colūbarū. Et ecce hō erat in hierusalem cui nomen symeon: et homo iste iustus et timoratus expectans cōsolationē israel. Et spiritus sanctus erat in eo. Et responsū acceperat symeon a spiritu sancto: nō visurum se mortem nisi prius videret christum domini. Et venit in spiritu in templū. Et cū inducerent puerum iesum parentes eius vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eum in vlnas suas: et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis seruū tuum domine: secundū verbū tuū in pace. Quia viderūt ocli mei salutare tuū: quod parasti ante faciē oim populor. Lumē ad reuelationē gētiū: et gloriā plebis tue israel. Credo. Offer. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum et in seculum seculi. Secreta.

Presta q̄s omnipotens deus vt sicut hodierna die munera venerāda filii tui oblatione consecrant sic ipsius gloriose genitricis precibus sempiterni luminis nobis claritas cō

feratur. Per eundē. Prefatio. Quia per incarnati. Cōio. Responsū accepit symeon a spiritu sancto non visurū se mortē nisi videret christū dñi. Postcōio.

Quesumus dñe deus noster: vt sacrosancta mysteria que pro reparatiōis nostre munimie ꝯtulisti: intercedente beata sẽper virgine maria et presens nobis remediū esse facias et futurum. Per dñm nostrum.

Sancti blasii epi et marty. Offiū.

Sacerdotes dei bñdicite dominū: sācti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini dño: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Beatus martyr tuus blasius domie nobis misericordie tue implore auxiliū: vt cuius festa celebramus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dñm. Epla. Ois pōtifex In cōi folio. v. Gr. Domie preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. V. Vitam petiit: et tribuisti ei longitudinē dierum in seculum seculi. Alleluya. V. Posuisti domine super caput eius: coronam de lapide precioso. Euangeliū. Nichil opertum In cōi fo. v. Offr. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuū tuarū domine. Secreta.

Maiestati tue dñe hostiarū oblationes offerimus precātes vt intercessiōe beati blasii martyris tui atqꝫ pōtificis fiāt accepte in quo filii tui domini nostri iesu christi dilectio flagrauit. Qui tecū viuit et regnat. Cōio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcōio.

Mysteria q̄s dñe q̄ in sancti blasii martyris tui atqꝫ pōtificis cōmēoratiōe sūpsim⁹ nos tueāt: cuius hodie deuotis officiis recolim⁹ passionē. Per. Scte agathe vgis Offi.

Gaudeamus oēs in domino diem festū celebrātes: sub honore agathe martyris: de cuius passione gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: cōcede ꝓpicius vt qui beate agathe virginis et martyris tue natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dominū nostrum. Epla. Cōfitebor tibi. In cōmuni fol. xiiii. Gr. Adiuuabit eam deus vultu suo: deus in medio eius non commouebitur. V. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Alla. V. Emulor enī vos dei emulatione despōdi enī vos vni viro virginē castā exhibere christo. Sequentia. Exultemus: vel tractus. Diffusa est. Euangeliū. Simile est regnū celorū thesau. q̄re oīa in cōi fo. xv. Offr. Offerētur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione adducētur in tēplum regi domino. Secreta.

In cōmemoratiōe btē agathe virginis tue et martyris altaria tua dñe misticis mūeribus cumulam⁹ maiestatē tuā suppliciter depcātes vt ipsius adiuuātibus meritis: cūctis mereamur carere cōtagiis. Per.

Cōio. Qui me dignatus est ab oī plaga curare: et mammillā meā meo pectori restituere: ipsū inuoco deū viuum. Postcōio.

Celesti refectam mysterio tue re q̄s dn̄e familiā tuam vt intercedente beata agatha virgine tua et martyre salutis eterne remedia q̄ te aspirante requirimus: te largiente cōsequamur. Per dn̄z. ¶ Sanctoꝝ vedasti et amandi epoꝝ. Officium.

Sacerdotes eius induāt salutari: et sācti eius exultatiōe exultabūt. ps. Memēto dn̄e dauid: et oīs māsuetudis eius. Orō.

Adesto dn̄e populo tuo cū sctōꝝ cōfessoꝝ tuoꝝ atq; pontificū vedasti et amādi tibi patrocinio supplicāti: vt qd̄ ꝓpria fiducia nō presumit: intercessoꝝ tibi placētiū meritis cōsequat̄. Per. Epl'a. Plures facti sūt. In cōi fo. xiii. Gr. Sacerdotes eiꝰ induāt salutare: et sc̄ti eius exultatiōe exultabūt. ℣. Illuc ꝓducā cornu dauid: paraui lucernā xp̄o meo. Alleluya. ℣. Fulgebūt iusti: et tanq̄ scintille in arūdineto discurrēt ineternū. Euāgeliū. Sint lumbi. In cōi fol. xiii. Offꝫ. Exultabūt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Hostias laudis domine tuis altaribus adhibemus: quas eorum tibi patrociniis commēdandas suppliciter exoramus: in quoꝝ veneratiōe pietati tue hec sacrificia offerimus. Per dn̄m. Cōio. Ego vos elegi de mundo: vt eatis et fructum afferatis: et fructus vester maneat. Postcōio.

Sumentes dn̄e diuinā mysteria q̄s: vt sanctorum cōfessorum tuorū atq; pontificū vedasti et amādi precibus sanctificationē nobis iugiter operentur. Per dn̄m nostrum. ¶ Sctē scolastice v̄ginis. Officiū.

Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. ps. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus q̄ btē virgis tue scolastice aīam ad ostēdēdā inocētie viā in colūbe specie celos penetrare fecisti da nobis q̄s eius meritis ita innocenter viuere: vt ad eadē mereamur gaudia peruenire. Per dn̄m nostruz iesum christū. Epl'a. Sapiētia vincit. In cōi fo. xv. Gr. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. All'a. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Euāgeliū. Simile est regnum celoꝝ decem virgini. In cōi folio. xvii. Offꝫ. Offerētur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Suscipe quesumus domine desideria supplicantium fideliū cum oblationibus hostiarum: vt interueniente beata scolastica virgine tua: que te sincero dilexit amore: nec fides in nobis torpeat: nec caritas tepescat. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Postcōio.

Familiam tuam q̄sumus domine spirituali cibo satiatam: beate virginis tue scholastice meritis

propicius respice: vt sicut ipsius preci
bus ad obtinẽdũ: qd cupiuit: imbrem
celitus descendere fecisti: ita eius sup-
plicationibus ariditatẽ cordis nostri
superne digneris gratie roze perfun-
dere. Per dñm. Sancti valentini
epi et martyris Officium.

IN virtute tua dñe letabi-
tur iustus: et super saluta
re tuũ exultabit vehemen
ter: desideriũ anime eius tribuisti ei.
ps. Quoniã preuenisti eum in benedictio-
nibus dulcedinis: posuisti in capite eius co-
ronam de lapide precioso. Oratio.

PResta q̃s o͞ps deus vt q̃ bti valẽ
tini martyris tui natalicia co-
limus: a cũctis malis imminentibus
eius intercessiõe liberemur. Per do.
Epl'a. Btũs vir q̃ inuentus. In cõi
fo. iiii. Gr. Beatus vir q̃ timet dñm: in
mãdatis ei9 cupit nimis. V. Potẽs in terrã
erit semen eius generatio rectorũ benedicet.
All'a V. Beatus vir q̃ suffert tentationẽ:
qm cũ pbatus fuerit accipiet coronam vite
Euãgel. Si q̃s vult post me ve. In
cõi fo. v. Offer. In vtute tua dñe letabit
iustus: et sup salutare tuũ exultabit vehemẽ-
ter: desideriũ aĩe eius tribuisti ei. Secreta.

SAcrificiũ dñe quod offerimus
gratum tibi quesumus beat9
martyr valentinus suffragator effi-
ciat. Per dñm. Cõio. Magna est gl'ia
eius in salutari tuo: gloriã et magnũ decorẽ
impones super eum domine. Postcõio.

QUos celesti domine substan-
tia recreasti: beati valentini
martyris tui meritis: a cũctis q̃sum9
exime ppiciatus aduersis. Per dñz.
Scẽ iuliane virgi. et mar. Offm

LOquebar de testimoniis
tuis in conspectu regum/
et non confũdebar: et me-
ditabar in mandatis tuis que dilexi
nimis. ps. Beati immaculati in via qui
ambulant in lege domini. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus
qui infirma mundi eligis: vt
fortia queq3 confundas da nobis in
festiuitate sancte martyris tue iulia-
ne congrua deuotione gaudere: vt et
potentiã tuam in eius passione lau-
demus: et prouisum nobis percipia-
mus auxilium. Per dñm nostrum.
Epistola. Domine deus meus. In
cõi folio. xiiii. Grad. Diffusa est gra-
tia in labiis tuis: propterea benedixit te deus
in eternum. V. Propter veritatem et man-
suetudinem et iusticiam: et deducet te mira-
biliter dextera tua All'a V. Hec est virgo
sapiens quam dominus vigilantẽ inuenit.
Euãgeliũ. Simile est regnum celo-
rum thesauro. In cõmuni folio. xv.
Offertorium. Filie regum in honore tuo
astitit regina a dextris tuis in vestitu deau-
rato circumdata varietate. Secreta.

IN sãcte martyris tue iuliane
passione preciosa te dñe mira-
bilem predicãtes munera votiua de-
ferimus: presta q̃sumus vt sicut eius
tibi grata sunt merita: sic nostre ser-
uitutis accepta reddant officia. Per
dominum nostrum. Cõio. Simile est
regnum celorum homini negociatori que-
renti bonas margaritas: inuenta vna pre-
ciosa margarita dedit oĩa bona sua et cõ-
parauit eam. Postcõio.

LIbantes domĩe mense tue bea
ta mysteria q̃s: vt sancte iulia-

ne martyris tue interuenientibus meritis et temporalem nobis misericordiam tribuas et eternam. Per dominum nostrum.

¶ Cathedra sancti petri. Officium

Statuit ei dominus testamentum pacis/et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. ps. Misericordias domini in eternum cantabo. Oratio.

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis animas ligandi atque soluendi pontificium tradidisti: concede propicius vt intercessione eius auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis et regnas cum deo patre. Lectio epistole beati petri apostoli. i. i.

Petrus apostolus iesu cristi electis aduenis dispersionis ponthi galatie: capadocie/asye: et bitynie secundum prescientiam dei patris in sanctificationem spiritus in obedientiam et aspersionem sanguinis iesu cristi gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus deus et pater domini nostri iesu cristi qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem iesu cristi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et immarcessibilem conseruatam in celis: in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo. In quo exultabitis modicum nunc: si oportet contristari in variis tribulationibus vt probatio fidei vestre multo preciosior sit auro quod per ignem probatur. Inueniatur in laudem et gloriam et honorem in reuelatione iesu cristi: domini nostri. Gr. Exaltent eum in ecclesia plebis et in cathedra seniorum laudent eum. V. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum. Tractus.

Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. V. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam: et tibi dabo claues regni celorum. V. Quodcunque ligaueris super terram erit ligatum et in celis. V. Et quodcunque solueris super terram: erit solutum et in celis. Secundum matheum. xvi.

In illo tempore. Uenit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam: alii autem helyam: alii vero hieremiam aut vnum ex prophetis. Dixit illis iesus. Uos autem quem me esse dicitis. Respondens autem symon petrus dixit. Tu es cristus filius dei viui. Respondens autem iesus dixit ei Beatus es symon bariona quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi: quia tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunque ligaueris super terram: erit ligatum et in celis. Et quodcunque solueris super terram: erit solutum et in celis. Credo. Offer. Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione. Secreta.

Ecclesie tue quesumus domine preces et munera beati petri apostoli tui commendet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus nobis prosit ad veniam. per. Prefatio. Et te domine. Communio. Tu es petrus et super hanc petram

edificabo ecclesiam meam. Postcōio.
Letificet nos dn̄e q̄s munus sū-ptū; vt sicut i apostolo tuo pe-tro te mirabilem predicamus: sic per illū tue sumam⁹ indulgentie largita-tem. Per dominū nostrum iesum.
Sancti mathie apli. Officium.
Michi aūt nimis honorati sūt amici tui deus nimis ɔfor-tatus est principatus eorū. ps. Dn̄e pbasti me et cognouisti me tu co-gnouisti sessionem meam et resurrectione; meam. Gloria patri. Oratio.
Deus qui beatū mathia; aplo⁊ tuo⁊ collegio sociasti: tribue q̄s sumus vt eius interuētiōe tue circa nos pietatis semp viscera sentiam⁹. Per dominum nostrū iesum.
Lectio actuum apostolorum. i.
In diebus illis. Exurgens pe-tr⁹ i medio fratrū dixit. Erat autē turba hominū simul fere centū viginti. Viri fratres oportet imple-ri sciptura quā predixit sp̄us sanctus per os dauid de iuda: qui fuit dux eo-rum: qui cōprehenderūt iesum: q̄ cō-numeratus erat in nobis: ⁊ sorti⁹ est sortē misterii huius. Et hic quidem possedit agrū de mercede iniquitatis et suspensus crepuit medi⁹/ et diffu-sa sunt oīa viscera eius. Et notum factū est oībus habitātib⁹ hierusalē: ita vt appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach: hoc est ager san-guinis. Scriptū est eñ in libro psal-mo⁊. Fiat cōmoratio eius deserta: et nō sit qui inhabitet in ea: et episco-patum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscū cōgrega-ti sunt in omni tēpore quo intrauit ⁊ exiuit inter nos dn̄s iesus incipiens a baptismate iohannis: vsq; in diē qua assumptus est a nobis testē resurre-ctionis eius nobiscū fieri vnū ex istis. Et statuerūt duos ioseph qui voca-batur barsabas/ qui cognominatus est iustus et mathiā. Et orantes di-xerunt. Tu domine qui corda nosti oī-um: ostende quē elegeris ex his duo-bus/ vnum accipere locum ministe-rii hui⁹ ⁊ apostolatus de quo preuari-cat⁹ est iudas vt abiret i locū suū. Et dederunt sortes eis: et cecidit sors su-per mathiā. Et annumerat⁹ est: cū vndecim aplis. Gr. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est pri-cipatus eorū. V. Dinumerabo eos: ⁊ super arenam multiplicabuntur. Tractus.
Beatus vir qui timet dn̄m: in manda-tis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius: generatio recto⁊ bene-dicetur. V. Gloria et diuitie in domo eius: ⁊ iusticia eius manet in seculū seculi.
Secundum matheum. xi.
In illo tp̄e. Rn̄dēs iesus dixit. Confiteor tibi pater dn̄e celi ⁊ terre q̄ abscōdisti hec a sapiētibus et prudētibus: ⁊ reuelasti ea paruulis. Ita pr̄ qm̄ sic fuit placitū āte te. Oia michi. tradita sūt a pr̄e meo. Et ne-mo nouit filiū nisi pr̄/ neq; patre; q̄s nouit nisi fili⁹ ⁊ cui voluerit fili⁹ reue-lare. Venite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati estis: et ego reficiā vos. Tol-lite iugū meū sup vos: et discite a me q̄ mitis sū ⁊ hūilis corde: ⁊ inuenietis requiē aīabus vr̄is. Iugum eñ meū suaue est: et onus meū leue. Credo.

Offer. In oem terrā exiuit sonus eorū: et i fines orbis terre verba eorum. Secreta.
Deus qui pditoris apostate ruinam ne aplor tuorū numerus sacratus perfectione careret: beati mathie electione supplesti: presentia munera sanctifica: et per ea nos gratie tue virtute confirma. Per dominū. Prefatio. Et te dne. Cōio. Vos qui secuti estis me sedebitis sup sedes iudicantes duodecim tribus israel: dicit dominus. Postcōio.
Presta qsum⁹ ops et misericors deus: vt per hec sancta que sūpsimus interueniente beato mathia apostolo tuo veniā consequamur et pacem. Per dominū. ¶ Sācti dauidis episcopi et confessoris. Officiū.
Statuit ei domin⁹ testamētum pacis: et principē fecit eum: vt sit illi sacerdotii dignitas ineternū. ps. Misericordias domini ineternum cantabo. Oratio.
Da qs omnipotēs deus: vt beati dauidis confessoris tui atqz pontificis veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutez. Per dominū nostruz. Epla. Ecce sacerdos magnus qui in die. In cōmuni folio. x. Gr. Dne preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti i capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinē dieruz in seculum seculi. Tractus.
Beatus vir qui timet dnm: in mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius: generatio rector bene dicetur. V. Gloria et diuitie in domo eius: et iusticia eius manet in seculū seculi. Euagelitū. Homo qdā peregre. In cōi fo. xi. Offer. Veritas mea et mia mea cum ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius.
Respice qsumus dne Secreta. munera ppli tui i beati dauidis cōfessoris tui atqz pōtificis honore oblata et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutē. Per dnm. Cōio. Beatus seruus quē cū venerit domin⁹ inuenerit vigilantē: amē dico vobis super oia bona sua cōstituet eū. Postcōio.
Quos tuis dne reficis sacramentis sancti dauidis confessoris tui atqz pōtificis attolle benign⁹ suffragiis: vt nostre redemptionis effectum/ et mysteriis capiamus et moribus. Per dominū nostrū ¶ Scti cedde epi et confessoris. Officium.
Sacerdotes dei bndicite dominuz: sancti et humiles corde laudate deum. ps. Benedicite oia opera dni domino: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.
Omnipotēs sempiterne deus: qui nos beati cedde cōfessoris tui atqz pontificis hodierna festiuitate letificas: quā supplices exoram⁹ clemētiā: vt cuius solēnia deuotis officiis veneramur: eius piis suffragiis vite eterne remedia cōsequamur. p. Epla. Dilectus deo et hominibus. In cōi fo. x. Gr. Ecce sacerdos magn⁹ qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuētus similis illi qui conseruaret legez excelsi. Tractus. Beatus vir. vt supra in officio proximo. Euāgeliuz. Uidete vigilate. In cōi folio. xi. Offer. Inueni dauid seruū meū: et in oleo sancto vnxi eū manus enī mea auxiliabit ei: et brachiū

meum confortabit eum. Secreta.

Propiciare dñe quesumus supplicationibus nostris et intercedente pro nobis beato cedda confessore tuo atqz pōtifice his sacramētis celestibus seruiētes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificāte nos gratia tua: eisdez quib9 famulamur mysteriis emundemur. Per dñm. Coio. Dñe quinqz talenta tradidisti michi: ecce alia quinqz superlucratus sum euge serue fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam: intra in gaudiū domini tui. Postcōio.

Presta q̄s dñe deus noster: vt diuinis mysteriis expiati intercedente beato cedda cōfessore tuo atqz pontifice: ad superni plenitudinē sacramenti cuius libanimus sancta tendamus. Per dominū nostrum.

Sctār. perpetue et felicitatis. of.

Vultū tuū depcabūtur omnes diuites plebis: adducētur regi virgines post eā/ proxime eius adducentur tibi in leticia et exultatione. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Oratio.

Da nobis q̄s dñe deus noster sanctarū martyrū tuarum perpetue et felicitatis palmas īcessabili deuotiōe venerari: vt quas digna mēte non possumus imitari: humillimis saltē frequentemus obsequiis. Per dñm. Epla. De virginibus autem preceptū domini non habeo. In cōi folio. xvi. Gr. Gloriosus deus in scīs mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua domie glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicum. Euāgeliū. Simile est regnum celorum decem. In cōi folio xvi. Offr. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerētur tibi. Secreta.

Intende dñe munera q̄s altaribus tuis p sanctarū martyrū tuarum perpetue et felicitatis commemoratione proposita: vt sicut per hec beata mysteria illis gloriā contulisti: sic nobis indulgentiam largiaris et gratiā. Per dñm. Cōio. Quinqz prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obuiā cristo domino. Postcōio.

Sanctarū martyrum tuarum perpetue et felicitatis festiuitate et sacramenti diuini munere vegetati: quesum9 dñe: vt sicut bonis tuis per tuā gratiaz temporaliter fouemur: ita pfruamur eternis. Per dominū. Si aliquod festum trium lectioniz a capite ieiunii vsqz in crastinū oct. pasche ptigerit nihil inde fiat nec etiam memoria. Patricii episcopi et cōfessoris. Officium

Statuit ei dñs testamentuz pacis et principē fecit eū: vt sit illi sacerdotii dignitas ineternū. ps. Misericordias dñi ineternum cantabo. Oratio.

Da q̄s ops deus: vt beati patricii cōfessoris tui atqz pōtificis veneräda solēnitas: et deuotionē nobis augeat ꝗ salutē. p. Epla. Ecce sacer. ma. q̄ i di. In cōi f. x. Gr. Iurauit dñs: nō penitebit eū: tu es sacerdos ineternū: scdm ordinē melchisedech. V. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Tractus.

Beatus vir qui timet dominū: in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semē eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et divitie in domo eius et iusticia eius manet in seculum seculi. Euāgeliū. Vigila. qz nesci. In cōi fo. xi. Offr. Inveni david servū meū: ꝛ in oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Respice q̄s dn̄e munera populi tui in beati patricii cōfessoris tui atqꝫ pontificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutē. Per dominū. Cōio. Fidelis servus ꝛ prudēs quem constituit dominus super familiā suā vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.

Quos tuis dn̄e reficis sacramentis sancti patricii confessoris tui atqꝫ pontificis attolle benignus suffragiis: vt nostre redemptiōis effectū et mysteriis capiamus ꝛ moribus. p. ¶ Sci gregorii pape. Offm.

Sacerdotes dei bn̄dicite dominū: sancti et humiles corde laudate deum. ps. Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Deus qui anime famuli tui gregorii eterne beatitudinis premia contulisti: cōcede ꝓpicius vt qui pctōꝝ nostroꝝ pōdere p̄mimur: ei⁹ apud te patrociniis subleuemur. p. Epl'a. Dedit dn̄s. In cōi folio. xii. Gr. Iuravit dominus et nō penitebit eū tu es sacerdos in eternum secundum ordinē melchisedech. ℣. Dixit dominus dn̄o meo sede a dextris meis. Tractus.

Beat⁹ vir qui timet dn̄m: in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semē eius: gn̄atio rectoꝝ benedicetur. ℣. Gloria ꝛ divitie in domo eius et iusticia eius manet in seculū seculi. Euāgeliū. Vigila. qz nesci. In cōi fo. xi. Offr. Veritas mea et mīa mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. Secreta.

Intercessio q̄s dn̄e btissimi gregorii cōfessoris tui atqꝫ pōtificis: mīe tue munera nostra cōciliet: vt qd̄ merita nostra nō valēt eius deꝑcatio nobis obtineat. Per dominū. Cōio. Fidelis servus et prudēs quē constituit dn̄s super familiā suā: vt det illis in tēpore tritici mensuram. Postcōio.

Corporis sacri preciosiqꝫ sanguinis repleti libamie: q̄sum⁹ domine deus noster: vt qd̄ pia devotiōe gerimus: intercedente beato gregorio cōfessore tuo atqꝫ pontifice certa redemptione capiam⁹. Per. ¶ Sācti edwardi regis et mar. Officiū.

Gloria et honore coronasti eum/ et constituisti eū super opera manuum tuarū. ps. Dn̄e dn̄s noster: q̄ admirabile est nomen tuum in vniversa terra. Oratio.

Deus eterni triūphator imperii familiā tuā ꝓpicius respice: martyriū regis celebrantem edwardi: et presta vt sicut illū munere glorificare dignaris celesti: ita nos ei⁹ obtentu: eterne felicitati facias dignāter ascribi. p. Epl'a. Beat⁹ vir q̄ iuētus. In cōi fo. iiii. Gr. Posuisti dn̄e suꝑ caput ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. ℣. Desideriū aīe eius tribuisti ei: et volūtate labioꝝ eius non fraudasti eum. Tractus.

Desiderium aie eius tribuisti ei: et volũtate labiorũ eius non fraudasti eũ. ℣. Quoniam preuenisti eum in benedictione dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. Euãgeliũ. Siquis venit ad me. In cõi folio v. Offertorium. Gloria et honore coronasti eũ et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Intuere q̃s eterne deus ad nostre hũilitatis hostiã tibi in honore tui martyris ac regis edvvardi oblatam: quã tibi sacram; oblationẽ mirabili dispensatione efficere voluisti: et concede nobis illius precibus ita ĩnocenter viuere vt ad eterna mereamur gaudia peruenire. Per dñm. Coio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorẽ impones super eum domine. Postcõio.

Sancta tua nos domiñe sumpta purificent et btõ martyre tuo ac rege edvvardo ĩtercedente ad ppetue btitudinis gloriã pducãt. Per.

¶ Sci cuthberti epi et cõfes. Offm.

Statuit ei dñs testamentũ pacis: et principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. ps. Misericordias domini in eternum cantabo. Oratio.

Deus qui per inestimabile munus gratie tue sãctos tuos facis esse gloriosos: presta q̃s: vt interueniẽte btõ cuthberto cõfessore tuo atq; põtifice mereamur ad culmen virtutũ puenire. Per. Epl'a. Ecce sacerdos magnus q̃ in die. In cõi fo. x. Gr. Ecce sacerdos magnus qui ĩ diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi q̃ conseruaret legẽ excelsi. Tractus.

Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iusticia eius manet in seculũ seculi. Euãgeliũ. Homo q̃dã peregre. In cõi fo. xi. Offm. Inueni dauid seruũ meum: et in oleo sancto vnxi eũ manus enĩ mea auxiliabitur ei: et brachium meũ confortabit eum.

Suscipe dñe q̃s hostiã Secre. redemptionis humane: et intercessione beati cuthberti confessoris tui atq; põtificis: salutem nobis mẽtis et corporis placatus operare. p. Coio. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtem: amen dico vobis super oĩa bona sua constituet eum. Postcõio.

Sancta tua q̃sumus dñe q̃ sumpsimus nos sua virtute tueantur: et intercedente beato cuthberto cõfessore tuo atq; pontifice: cuius vita gloriosa effulsit in pace nos et sanctitate custodiant. Per dominũ no.

¶ Sancti bñdicti abbatis. Officiũ.

Os iusti meditabitur sapiẽtiam et lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignãtibus neq; zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus q̃ hodierna diẽ carnis eductum ergastulo beatissimum confessorem tuum benedictum subleuasti ad celũ: concede q̃sumus hec festa tuis famulis celebrãtibus cũctorum veniã delictorum: vt qui exultantibus animis eius claritati cõgaudent: ipso apud

te interueniente cōsocientur et meri-
tis. Per dñm nřm. Epl'a. Justus
cor suū tradet. In cōi fol. xii. Gr.
Os iusti meditabit sapientiam: et lingua
eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eius in cor
de ipsi⁹: et nō supplātabuntur gressus eius.
Desideriū aīe ei⁹ tribui Tract⁹
sti ei ꝑ volūtate labiorꝫ ei⁹ nō
fraudasti eū. ℣. Qm̄ ꝑuenisti euꝫ in
bñdictiōe dulcedinis. ℣. Posuisti su-
per caput ei⁹ coronā de lapide precio
so. Euāg. Nemo accēdit. in cōi fo.
xiii. Offr. Desideriū aīe eius tribuisti
ei dñe: et voluntate labiorum eius non frau
dasti eum posuisti in capite eius coronaꝫ de
lapide precioso. Secreta.
Oblatis dñe ob honorē beati bñ
dicti cōfessoris tui atqꝫ abba-
tis placare muneribus et ipsius iter-
uētu cūctorū nobis indulgentiā tri-
bue pctōꝝ. p. Coio. Beat⁹ seruus quē
cū venerit dñs īuenerit vigilātē: amen dico
vobis sup oīa bōa sua ꝯstituet eū. Postcō.
Prestet nobis dñe tui perceptio
sacramenti: intercedente btō
benedicto cōfessore tuo atqꝫ abbate:
vt et cōuersatiōis eius imitemur ex-
empla et pertingamus ad ꝑmia. p.
¶ In annunciatione beate marie.
Rorate celi desuper ꝑ nubes
pluant iustū: aperiat̄ ter-
ra et germinet saluatorē.
in tp̄e pas. all'a all'. ps. Et iusticia orie
tur simul: ego dñs creaui eum. Oratio.
Deus qui de beate marie semp
virginis vtero verbum tuuꝫ
angelo nūciante carnē suscipere vo-
luisti: presta supplicibus tuis: vt qui
vere eam dei genitricē credimus: ei⁹
apud te itercessionibus adiuuemur.
Per eūd. ¶ Lcō ysaie prophete. vii.
In diebus illis: Locutus est do-
minus ad achaꝫ dicēs. Pete ti
bi signū a dño deo tuo in ꝑfundum
inferni siue in excelsuꝫ supra. Et di
xit achaꝫ. Nō petā: et nō tentabo do
minū. Et dixit. Audite ergo dom⁹
dauid. Nūquid parum vobis est mo
lestos esse hoīb⁹ qꝛ molesti estis ꝑ deo
meo. Propter hoc dabit dñs ipse vo-
bis signū. Ecce virgo cōcipiet et pa-
riet filiū. Et vocabitur nomen eius
emanuel. Butyruꝫ ꝑ mel comedet:
vt sciat reprobare malū: et eligere bo
num. Gr. Tollite portas principes ve
stras et eleuamini porte eternales et introi-
bit rex glorie. ℣. Quis ascēdet in mōtē dñi
aut qs stabit in loco sancto eius īnocēs ma-
nibus et mundo corde. in tp̄e pasc. All'a
℣. Aue maria gratia plena dñs tecū bene-
dicta tu in mulierib⁹. Scōm. All'a erit
vnum de subscriptis ī officio sequēti
scꝫ scī ricardi. Hac die dicat̄ ista seqñ.
licet in quadragesima contigerit.
Aue mundi spes maria: aue mi
tis aue pia: aue plena gratia.
Aue virgo singularis que per rubuꝫ
designaris nō passum incēdia. Aue
rosa speciosa: aue iesse virgula. Cu-
ius fructus nostri luctus / relaxabat
vincula. Aue carens simili mundo
diu flebili reparasti gaudium. Aue
cuius viscera contra mortis federa:
ediderūt filium. Aue virginum lu-
cerna: per quam fulsit lux superna:
his quos vmbra tenuit. Aue virgo
de qua nasci: et de cui⁹ lacte pasci rex
celorum voluit. Aue gemma: celi lu

minariuꝫ. Aue sancti spiritus sacra
rium. O q̄ mirabilis ⁊ q̄ laudabilis
hec est virginitas. In qua per spiritū
sancta paraclitum fulsit fecunditas.
O q̄ sancta q̄ serena: q̄ benigna q̄
amena esse virgo creditur. Per quā
seruitꝰ finit porta celi aperitur: nec
nō libertas redditur. O castitatis li
lium: tuum precare filium qui salꝰ
est humilium. Ne nos pro nostro vi
cio in flebili iudicio: subiiciat suppli
cio. Sed nos tua sancta prece: mun
dans a peccati fece Collocet in lucis
domo: amen dicat oīs homo. Tunc
sacerdos ⁊ eius ministri in sedibꝰ iux
ta altare priuatim dicant. Tractū.

Aue maria gratia plena dominus te
cum. ℣. Benedicta tu in mulieribꝰ
et benedictus fructus ventris tui. ℣. Spi
ritus sanctus superueniet in te et virtus al
tissimi obumbrabit tibi. ℣. Ideoqꝫ et qđ na
scetur ex te sanctum vocabitur filius dei.

¶ Secundum lucam. primo.

In illo tempore. Missus est an
gelus gabriel a deo in ciuitatē
galilee cui nomen nazareth/ad virgi
nem desponsatā viro: cui nomē erat
ioseph de domo dauid: et nomen vir
ginis maria. Et ingressus angelus
ad eam dixit. Aue gratia plena dn̄s
tecum: benedicta tu in mulieribus.
Que cum audisset turbata est in ser
mone eius et cogitabat qualis esset
ista salutatio. Et ait āgelus ei. Ne
timeas maria: inuenisti eniꝫ gratiā
apud deū. Ecce concipies in vtero ⁊
paries filium: et vocabis nomen eiꝰ
iesum. Hic erit magnus: et filius al
tissimi vocabitur. Et dabit illi do
minus deus sedem dauid patris eiꝰ/
et regnabit in domo iacob ineternū:
⁊ regni eius non erit finis. Dixit au
tem maria ad angelum. Quomodo
fiet istud quoniam virum nō cogno
sco? Et respondens angelus dixit
ei. Spiritus sanctus superueniet
in te: et virtus altissimi obumbra
bit tibi. Ideoqꝫ et quod nascetur ex te
sanctuꝫ: vocabitur filius dei. Et ec
ce elisabeth cognata tua: et ipsa con
cepit filiū ī senectute sua. Et hic mē
sis est sextus illi que vocatur sterilis/
quia non erit impossibile apud deuꝫ
omne verbum. Dixit autem maria
Ecce ancilla domini fiat michi secū
dum verbum tuum. Offer. Aue ma
ria gratia plena dominus tecuꝫ benedicta
tu in mulieribus ⁊ bn̄dictus fructus vētris
tui. In tp̄e paschali. all'a. Secreta.

In mentibus nostris quesumꝰ
domine vere fidei sacramen
ta confirma: vt qui conceptū de vir
gine deum verum et hoīem firmiter
confitemur per eiusdeꝫ salutifere in
carnationis potentiam: ad eternaꝫ
mereamur peruenire leticiam. Per
eundē. Prefatio. Et te in annūcia
tione. Coīo. Ecce virgo concipiet et pa
riet filiū: ⁊ vocabitur nomen eius emanuel
In tp̄e pascha. all'a all'a. Postcoīo.

Gratiā tuā q̄s dn̄e mētibus nr̄is
infūde: vt qui angelo nūciāte
xp̄i filii tui īcarnationē cognouimꝰ
per passionē eiꝰ et cruceꝫ ad resurre
ctiōis gloriā pducamur. p eūdē. Si
hoc festū ī aliqua dn̄ica. xl. euenerit
semp differat ī crastinū: cū vero ista
passionē extra dn̄icaꝫ cōtigerit: ibi so

leniter celebretur. Si aũt in die cene vel in duobus dieb⁹ sequẽtibus siue in ebdomada pasche euenerit: in proxima feria vacante post octauas pasche vbi cõuenientius potest celebrari/celebretur. Et hoc codez modo fiat de ceteris festis duplicibus tempore predicto contingentibus: et semp infra quadragesimaz quando fit seruitiũ de aliquo sancto nouem lectionum missa de festo post. iii. dicitur missa vo de ieiunio post nonã: vtraq; ad pricipale altare: et fiat prostratio post. **Sanctus.** et dicũtur feriales preces more solito ad illam missã de ieiunio: licet duplex festuz fuerit

¶ Sancti ricardi episcopi officium

tate beate marie. Officium.

Gaudeamus oẽs in dño diẽ
festum celebrantes sub ho-
nore marie virginis de cu-
ius natiuitate gaudent angeli et col-
laudãt filiũ dei. ps. Eructauit cor meuz
verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Orõ.

Supplicationẽ seruorum tuorũ
deus miserator exaudi vt qui
in natiuitate dei genitricis et virgi-
nis cõgregamur: eius intercessioni-
bus a te de instantibus periculis eru-
amur. Per eundem. ¶ Lectio libri
sapientie. Ecclesiastici. xxiiii.

Ego quasi vitis fructificaui sua-
uitatẽ odoris: et flores mei fru-
ctus honoris et honestatis. Ego ma-
ter pulchre dilectiõis et timoris: et ma-
gnitudinis et sancte spei. In me gra-
tia omnis vie et veritatis: in me om-
nis spes vite et virtutis. Trãsite ad
me omẽs qui cõcupiscitis me: et a ge-
nerationibus meis implemini. Spi-
ritus eñi meus super mel dulcis: et
hereditas mea super mel et fauum.
Memoria mea in generatione secu-
lorum. Qui edunt me adhuc esurient
et qui bibunt me adhuc sitient. Qui
audit me non cõfundetur: et qui ope-
rantur in me non peccabunt. Qui

elucidãt me: vitã eternã habebũt. Alia
epl'a p oct. Lectio libri sapientie. iiii.

O quã pulcra est casta generatio
cum claritate. Immortalis est
enim memoria illius: quoniã apud
deum nota est et apud homines. Cũ
presens est imitantur illam: et deside-
rãt eam cũ se eduxerit: et in perpetuũ
coronata triumphat/in coiquinato-
rum certaminum premiũ vincens.
Multigena enim impiorũ multitu-
do nõ erit vtilis: et spuria vitulami-
na non dabunt radices altas: nec sta-
bile firmamentuz collocabunt. Et
si in ramis in tẽpore germinauerint
infirmiter posita a vento cõmouebũ-
tur: et a nimietate ventorum eradi-
cabuntur. Confringentur enim ra-
mi inconsummati: et fructus illorũ
inutiles et acerbi ad manducanduz
et ad nichilũ apti. Ex iniquis enim
oẽs filii qui nascũtur: testes sunt ne-
quicie aduersus parentes in interro-
gatione sua. Iustus autem si morte
preoccupatus fuerit: in refrigerio erit.
Et legantur he due predicte epl'e al-
ternis vicibus per oct. videlicet vna
die. Ego quasi vitis. et altera die. O
q̃ pulcra. Ita tamẽ q̃ i die dominica
ĩfra octa. et in octaua die dicit'. Ego
quasi. Gr. Audi filia et vide: et inclina
aurem tuam quia cõcupiuit rex speciẽ tuã.
V. Specie tua et pulcritudine tua: intende
prospere procede et regna. All'a. V. Nati-
uitas glorio se virginis marie ex semine abra-
he orta de tribu iuda: clara ex stirpe dauid.
Sequens. Alleluya. V. Per te dei ge-
nitrix. dicitur quotidie per octa. nisi
in dominica et in octaua die: tunc

enim dr. All'a sicut in prima die. Alleluya. V. Per te dei genitrix nobis est vita perdita data que de celo suscepisti prolē et mūdo genuisti saluatorem. Sequētia.

Alle celeste necnō et perēne luia Dic paraphonista cum mera symphonia. Tuba et canora palinodia canta. Nam omnis vsya hāc cristi genitricem die ista. Congaudet exortam: per quam sibi sublatam capit vitā. Dauitica stirpe sata dauidis ad septra est regem de prole fecūdata. Nec grauidata viscera sunt tamen per vlla patris mēbra: sed ex fide sola. Ab arce sūma angelus astat maria inquit alma aue plena. Gratia sacra et benedicta feminas inter omnes paritura. Regem q̄ dira mortis vincula. Dānauit mira cum potentia. Suū plasma soluens spōte sua atqꝫ beatam donās vitam. Fit mox puella verbis credula. Et puerpera stupet et casta. Natū gestans speciosum forma regentē cuncta orbis regna. Hec est virga non irrigata: sed dei gratia florigera. Hec sola cunctorum hera: materna obscurās piacula. Velut rosa decorās spineta sic qđ ledat nil habet maria. Virgo eua qđ contulit prima cristi sponsa effugat maria. O virgo sola mater casta: nostra crimina. Soluens da regna q̄s beata regnant agmina. Potens eni cuncta vt mūdi regina et iura. Cuꝫ nato oīa decernis in secla et vltra/sub nixa es in gloria. Cherubim electa seraphinqꝫ clara agmina. Nam iuxta filium posita: sedes in dextera virtus lāpas et sophia. Natiuitas vnde gaudia nobis hodie affert annua Et resonat camenis aulam laude tua virgo maria. Gaudet per climata orbis ecclesia dicens alleluya. Quod et palacia celi clamāt didima vsqꝫ dantia preconia. ¶ Inicium sancti euangelii scdm matheum. i.

Liber generationis iesu cristi: filii dauid: filii abraham. Abrahā aūt/genuit ysaac. Isaac autē/ genuit iacob. Jacob aūt/genuit iudā et fratres ei⁹. Judas aūt genuit phares et zarā de thamar. Phares āt/genuit esrom. Esrom aūt/genuit arā. Arā aūt/ genuit aminadab. Aminadab aūt genuit naason. Naason aūt/genuit salmon. Salmon aūt: genuit booz de raab. Booz aūt/genuit obeth ex ruth. Obeth aūt/genuit iesse. Jesse aūt/genuit dauid regē. Dauid auteꝫ rex: genuit salomonē: ex ea q̄ fuit vrie. Salomon autē: genuit roboā. Roboā aūt/genuit abiā. Abia autē/ genuit asā. Asa aūt/genuit iosaphat Josaphat autē/genuit iorā. Jorā aūt genuit oziā. Ozias autē/genuit ioathā. Joathan autem/genuit achaz. Achaz aūt/genuit ezechiā. Ezechias autē/genuit manassen. Manasses aūt genuit amon. Amon aūt: genuit iosian. Josias autem/ genuit iechonian et fratres eius in transmigratiōe babylonis. Et post transmigrationem babylonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autem: genuit zorobabel. zorobabel autem/ genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim: Eliachim auteꝫ/genuit azor. Azor auteꝫ genuit sadoch. Sadoch

aũt/genuit achim. Achim autẽ/genuit eliud. Eliud autē/genuit eleazar. Eleazar aũt/genuit mathan. Mathã aũt/genuit iacob. Jacob ãt genuit ioseph virum marie. De qua natꝰ est iesus q̃ vocatur xp̃s. Credo Quotidie per oct. et in oct. legatur euangeliũ. Secundum lucam. xi.

In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocem q̃dam mulier de turba dixit illi. Beatus venter q̃ te portauit: et vbera q̃ suxisti. At ille dixit. Quinimo. Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Offer. Diffusa est gratia in labiis tuis: ꝓpterea benedixit te deus in eternum: et in seculum seculi. Secreta.

Unigeniti tui nobis domine succurrat humanitas: vt qui natus de virgine integritatem matris nõ minuit: sed sacrauit in natiuitatis eius solenniis a nostris nos piaculis exuens oblationem nostram sibimet faciat ecce acceptam: iesus cristus dñs noster. Qui tecũ vi. Prefatio. Et te in natiuitate. Hec p̃fatio dicit̃ quotidie ꝑ oct. et in oct. qñ de sãcta maria dicit̃ missa Coio. Uera fides geniti purgauit crimina mundi: et tibi virginitas inuiolata manet. Postcõio.

Sumpsimus dñe celebritatis ãnue votiua sacramẽta p̃sta q̃sumus vt intercedente beata maria semper virgine: ⁊ tẽporalis nobis vite remedia ꝓbeant ⁊ eterne. Per dñꝫ ¶ Quotidie per octa. dr̃ eadẽ missa cũ eisdẽ sequẽtiis que infra oct. assũptiõis ꝓtitulate sunt: sed sine Credo nisi in exaltatiõe scẽ crucis: tñ i dñica infra oct. ⁊ in octa. si dñica fuerit dr̃. Credo. Secunda die fiat mẽoria de sancto gorgonio martyre. Oratio.

Sanctus gorgonius martyr tuus dñe sua nos q̃sumꝰ intercessione letificet: ⁊ pia faciat solennitate gaudere. Per dñm nr̃ꝫ. Secreta.

Grata tibi sit dñe q̃s nr̃e seruitutis oblatio: quam familie tue pia defert deuotio: ꝑ qua sanctꝰ martyr tuꝰ gorgoniꝰ iteruen iat. Per d. Postcõio.

Familiã tuã q̃s dñe deus suauitas illa cõtingat ⁊ vegetet: qua i martyre tuo gorgonio cristi tui bono iugiter odore pascatur Per eundeꝫ. Quarta die memo. de marty. protho et iacincto. Oratio.

Beatorum martyrũ tuoꝝ ꝓthi et iacicti nos q̃s domie foueat preciosa cõfessio: et pia iugiter intercessio tueatur. Per dñm. Secreta.

Pro sanctorum martyruꝫ tuoꝝ ꝓthi et iacinthi veneratione tibi dñe munera q̃ debemꝰ exsoluimus presta q̃s: vt remediuꝫ nobis ꝑpetue salutis operentur. Per. Postcõio.

Ut percepta nos dñe tua sancta purificẽt: btõꝝ martyrũ tuorum ꝓthi ⁊ iacicti q̃s imploret oratio Per d. ¶ Dñica infra oct. natiuit. btẽ marie cũ extra festũ exaltatõis sãcte crucis euenerit ad missã oia fiat sicut i pria die more siplicis festi. ix. lc. ita tñ ꝙ kyrie. Glia in excel. Sãctus et Agnus. ꝑ ordinẽ dnr̃: ⁊ legat̃ euãgeliũ. Loquẽte iesu. ¶ In exaltatiõe sãcte crucis. Ad missã. Officiũ.

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu cristi:

in quo est salus vita et resurrectio no stra: p quē saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereat nostri et bndicat nobis: illuminet vultū suū sup nos et misereat nri. kyrie lux et origo. cū suis V. Oratio.

Deus qui vnigeniti filii tui dñi nostri iesu cristi pcioso sangui ne humanū genus redimere digna tus es ccede propicius: vt qui ad ado randam viuificam cruce adueniūt a pctōr suorū nexibus liberentur. Per eundē. Memoria de martyri bus cornelio et cypriano. Oratio.

Presta qs omps deus vt sicut po pulus cristianus ad sanctorū sacerdotū tuor cornelii et cypriani tē poralē concurrit solennitatem: ita p fruat eterna: et quod votis celebrat cōprehēdat effectu. Memoria de na tiuitate beate marie. Oratio. Sup plicationē. Epla. Cōfido de vobis In cōi fo. iiii. Gr. Cristus factus est p nobis obediēs vsqz ad mortē: mortē autem crucis. V. Propter quod et deus exaltauit il lū et dedit illi nomē qd est sup omne nomen. All'a. V. Dulce lignū dulces clauos dul cia ferens pondera que sola fuisti digna su stinere regē celorū et dñm. Sequentia.

Laudes crucis attollamus/nos qui crucis exultamus speciali gloria. Dulce melos pulset celos/dul ce lignū dulci dignum credimus me lodia. Voce vita non discordet: cum vox vitam non remordet: dulcis est symphonia. Serui crucis crucē lau dent qui per crucem sibi gaudent vi te dari munera. Dicant omnes et di cant singuli aue salus totius populi arbor salutifera. O q felix q precla ra fuit hec salutis ara: rubens agni sanguīe. Agni sine macula qui mū dauit secula ab antiquo crimīe. Hec est scala peccatorum: per quam cri stus rex celorū: ad se traxit oīa. For ma cuius hoc ostendit que terrarū cōprehendit quattuor confinia. Nō sunt noua sacramenta: nec recenter est inuēta crucis hec religio. Ipsa dul ces aquas fecit: per hanc silex aquas fecit moysi officio. Nulla salus est in domo: nisi cruce munit homo super liminaria. Neqz sensit gladium nec amisit filium quisquis egit talia. Li gna legens in sarepta: spem salutis est adepta pauper muliercula. Si ne lignis fidei nec lechitus olei: valet nec farinula. In scripturis sub figu ris ista latent sed iam patent crucis beneficia. Reges credunt/hostes ce dunt: sola cruce cristo duce hostis fu gant milia. Ista suos fortiores semp facit et victores morbos sanat et lan guores deprimit demonia. Dat ca ptiuis libertatem: vite confert noui tatem: ad antiquam dignitatē crux reduxit omnia. O crux signum triū phale: mundi vera salus vale inter li gna nullum tale fronde flore germi ne. Medicina cristiana salua sanos egros sana quod nō valet vis huma na fit in tuo nomine. Insistētes cru cis laudi: consecrator crucis audi at qz seruos tue crucis post hanc vitam vere lucis trāsfer ad palacia. Quos tormento vis seruire: fac tormēta nō sentire: sed cū dies erit ire nobis cōfer et largire sempiterna gaudia. Amē. Secundum iohannem. xii.

In illo tēpore. Dixit iesus turbis iudeorū. Nunc iudiciū est mūdi. Nūc princeps huius mūdi eiicietur foras. Et ego si exaltat⁹ fuero a terra: oīa trahā ad meipm̄. Hoc aūt dicebat significās qua morte esset moriturus. Rūdit ei turba. Nos audiuimus ex lege qꝫ crist⁹ manet in eternū. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filiū hoīs. Et q̄s ē iste filius hominis. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumē in vobis est. Ambulate dum lucē habetis: vt nō tenebre vos comprehēdant. Et qui ambulat ī tenebris nescit quo vadat Dum lucē habetis credite in lucē: vt filii lucis sitis. Credo. Offr. Protege dn̄e plebem tuā per signū sancte crucis ab oībus insidiis inimicorum oīum: vt tibi gratā exhibeam⁹ seruitutē ꝛ acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum. Secreta.

Deuotas in hoc festo dn̄e humilitatis nr̄e preces ꝛ hostias misericordie tue p̄cedat auxiliū: et salutē quā p adā in paradiso ligni clauserat temerata presūptio ligni rursū fides apiat. Per. Alia secr. de marty.

Presta nobis oīps de⁹: vt nostre humilitatis oblatio: et p tuorum tibi placeat honore sanctoruz: ꝛ nos corpore pariter ꝛ mēte purificet. Prefatio. Qui salutē. Cōio. Per lignum serui facti sumus et per sanctā crucē liberati sumus fructus arboris seduxit nos filius dei redemit nos alleluya. Postcōio.

Iesu cristi dn̄i nostri corpore saginati et sanguine: per quem crucis est sanctificatum vexillum: q̄sumus domine deus noster: vt sicut hanc adorare meruimus: ita perennitatis ei⁹ gloria salutari potiamur effectu. Per eundem cristum.

¶ Alia postcōio de martyribus.

Pasce nos q̄sumus dn̄e tuorum gaudiis vbiqꝫ sanctorū/ qꝛ nostre salutis augmēta sunt/ quotiens illis honor impendit: in quibus tu mirabilis predicaris. In octa. nati. beate marie ad missā: oīa fiant sicut in prima die more simplicis festi. ix. lc. et dicit sup kyrie cant⁹ de kyrie oīps. dicit etiā. Spūs ꝛ alme. a tribus clericis de superiori gradu ī supplliciis ad gradū chori. Seqn̄. Aue preclara Euāgeliū. Loquēte iesu. et dr̄ Sāctus. cū hac additiōe. Bn̄dict⁹ marie fili⁹. Cetera oīa sicut ī pria die. Eodē die fiat mēo. de scō nichomede mar.

Adesto dn̄e pplo tuo vt (Orō. bti nichomedis martyris tui merita preclara suscipiēs: ad ipetrādam miam tuā semper eius patrocinio subleuemur. Per. Secreta.

Suscipe dn̄e munera propicius oblata: que maiestati tue beati nichomedis martyris tui commēdet oratio. Per dn̄m. Postcōio.

Purificent nos q̄sumus dn̄e sacramenta que sumpsim⁹: ꝛ intercedēte beato nichomede martyre tuo: a cunctis nos efficiant viciis absolutos. Per. ¶ Sancte edithe virginis non martyris. Officium.

Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera

mea regi. Oratio.

Deus qui fidelibus tuis castitatis exemplum ꝓbuisti dum de virgine filiū tuū dn̄z nostrū nasci voluisti: sctē edithe virgis tue precibus nobis mentis et corporis tribue puritatē: per quā a te nobis ꝓmissā percipiam⁹ felicitatē. Per eūdē. Memoria de mar. eufemia lucina ⁊ geminiāo.

Presta q̄s dn̄e p̄cib⁹ nr̄is (Oro) cū exultatiōe ꝓuectū: vt quorū diem passionis annua deuotione recolimus: etiā fidei constantiā subsequamur. Per dn̄m. Ep̄la. Qui gloriat. In cōi folio. xv. Gr. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tuus oleo leticie. All'a. ℣. Emulor eniz vos dei emulatione: despōdi vos vni viro virginē castā exhibere cristo. Sequētia. Virginis venerande In cōi fo. xv. Euāgeliū. Simile est regnum celorꝫ decē. In cōi fol'. xvi. Offr. Offerētur regi virgines post eā proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Super hanc oblationē nostrā q̄s dn̄e benedictio tua descendat: et vt ipsi tibi hostia placabilis efficiamur: sancta editha apud te obtineat Per dominum nostrū iesum cristū.

¶ Alia secreta de martyribus.

Munera populi tui dn̄e ꝓpiciatus intēde: et sanctorū martyrū tuorū eufemie/lucine/⁊ geminiāi quorū nobis tribuis solennitatē celebrare: fac gaudere suffragiis. Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis: ꝓpterea benedixit te deus ineternum. Postcōio.

Spiritualis mense domie participatio nobis mentis ⁊ corporis fiat saluatio: et sctē edithe virgis tue tibi nos cōmēdet supplicatio Per. ¶ Alia postcōio de martyrib⁹.

Sumptis domine diuinis misteriis exaudi q̄s preces nostras ⁊ sāctorꝫ martyrū tuorꝫ eufemie/lucine/et geminiani: quorū solenniter celebramus victoriam: cōtinuis foueamur auxiliis. Per. ¶ Sancti lamberti episcopi et martyris. Officiuz.

Sacerdotes dei bn̄dicite dominū: sācti et humiles corde laudate deū. Ps. Benedicite oīa opera dn̄i domino: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Sācti lāberti martyris tui atq3 pontificis dn̄e nos tibi q̄s commendet oratio: et sicut hūc diē ei⁹ gloriosa decorat passio: ita nos ipi⁹ sēp muniamur suffragio. Per. Ep̄la. Ois pōtifex. In cōi fo. v. Gr. Inueni dauid seruū meū: oleo sctō vnxi eū: man⁹ eni mea auxiliabitur ei: et brachiū meū cōfortabit eū. ℣. Nichil ꝓficiet inimic⁹ in eo et fili⁹ iniquitatis nō nocebit eū. All'a. ℣. Elegit te dn̄s sibi in sacerdotē magnū ī populo suo. Euangeliū. Circuibat iesus. In cōi fol'. vi. Offr. In veritate tua domine letabitur iustus et super salutare tuū exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Hostias tibi domie pro cōmemoratiōe sancti lāberti martyris tui atq3 pōtificis offerim⁹ obsecrantes: vt tua nobis sua itercessiōe multiplicet beneficia: quē a tui corporis vnitate nulla tēptatio sepauit. Qui viuis et regnas cū deo patre. Cōio. Posuisti dn̄e sup caput ei⁹ coronā de lapide

precioso. Postcõio.
Percepto dñe tui corporis et sanguinis sacramẽto concede nobis q̃s supplicãte btõ lamberto martyre tuo atq; põtifice ita muniri: vt et temporalibus reuelemur commodis & abũdem9 eternis. Qui vi. & re. cũ deo patre. ¶ In vigilia sancti mathei apostoli et euãgeliste. Officium.
Ego aũt sicut oliua fructificaui in domo dñi: speraui in mia dei mei: & expectabo nomẽ tuum quoniam bonũ est ante conspectum sanctor tuorum. ps. Qui gloriaris in malicia qui poteus es in iniquitate. Oratio.
Da q̃s omps deus: vt beati mathei apl'i tui et euãgeliste quã preuenimus veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per dñm. Epl'a. Beatus homo qui inuenit. In cõi folio. i. Gr. Iustus vt palma florebit et sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. V. Ad annunciandũ mane miam tuã: & veritatem tuam per noctẽ. Si dñica fuerit dicet. All'a. V. Per manus aũt apostolorũ fiebant signa et prodigia multa in plebe.
Secundum lucam. v.
In illo tpe. Vidit iesus publicanũ noĩe leui sedẽtem ad theoloneũ. et ait illi. Sequere me. Et relictis oĩbus/ surgens secut9 est eum. Et fecit ei conuiuiũ magnũ leui in domo sua: & erat turba multa publicanorũ et aliorum qui cum illis erãt discumbentes. Et murmurabant pharisei et scribe eorum dicentes ad discipulos eius. Quare cũ publicanis et peccatoribus mãducatis et bibitis? Et respõdens ies9 dixit ad illos Nõ egent qui sani sunt medico: sed q̃ male habẽt. Nõ veni vocare iustos: sed pctõres ad penitẽtiã. Off. Gloria et honore coronasti eũ: & cõstituisti eũ sup opera manuũ tuarum domine. Secreta.
Respice q̃sum9 oṗs & misericors deus munera que p veneratione beati mathei apl'i tui et euãgeliste tue offerim9 maiestati: & presta: vt cuius solẽnia hiis sacrificiis preuenimus: eius suffragantib9 meritis que tibi sunt placita digno effectu ac deuotis mentibus exequamur. Per dominũ. Coĩo. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorẽ impones super eum domine. Postcõio.
Presta q̃s oṗs de9 vt diuino munere satiati: intercedẽte beato matheo apl'o tuo et euangelista: cuius solennia preuenim9: sacris semp et mysteriis renouemur & moribus: Per dñm. Si vero hec vigilia in aliqua feria quattuor tẽpor cõtigerit: tũc de vigilia nichil fiat nisi tantum memoria ad missã de ieiunio. ¶ In die sancti mathei apl'i. Officium.
Michi autẽ nimis honorati sunt amici tui de9: nimis confortatus est principatus eorum. ps. Dñe probasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.
Beati mathei apl'i tui et euãgeliste dñe pcib9 adiuuemur: vt qđ possibilitas nr̃a nõ obtinet: ei9 nobis intercessiõe donet. Per. Meõria de sancto lando epo et pfessore. Orõ

Presta q̄sumus ops deus vt qui beati laudi cōfessoris tui atq; pōtificis solēnia colimus eius itercessione eternā beatitudinē cōsequamur. Epl'a. Similitudo vultus. In cōi fol'. iiii. Gr. Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudiciū. V. Lex dei eius in corde ipsius: et nō supplātabuntur gressus eius. All'a. V. Primus ad syō dicet ecce assum: et hierusalē euāgelistā dabo. Sequētia. Laus deuota. In cōi fo. iiii. Secundum matheum. ix.

In illo tp̄e. Cū transiret iesus vidit hominē sedentē in theloneo matheū nomine: et ait illi. Sequere me. Et surgēs: secutus est eū Et factū est discūbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discūbebant cum iesu et discipulis eius. Et videntes pharisei dicebant discipl'is eius. Quare cū publicanis et pctōribus mādūcat magister vester? At iesus audiēs: ait. Nō est opus valētibus medicus: sed male habētibus. Eūtes aūt: dicite quid est miam volo: et nō sacrificiū. Nō eni veni vocare iustos: sz pctōres. Credo. Off'r. Posuisti dn̄e i capite eius coronā de lapide p̄cioso: vitā petiit a te et tribuisti ei alleluya.

Secreta

Supplicatōibus apostolicis beati mathei apl'i tui et euangeliste q̄sumus dn̄e ecclesie tue cōmendetur oblatio: cuius magnificis p̄dicationibus eruditur. Per dominū. Alia secreta de sancto laudo.

Sicut beatū laudum confessorem tuuz atq; pōtificē dn̄e ad eternā gloriā trāstulisti: sic ipsius meritis q̄s ad salutē nostram hanc presentem sanctifica hostiaz. Prefatio. Et te domine. Non dr̄ in hac prefatiōe Per beatos euāgelistas sed Per btōs apostolos. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnū decorē impones super eū dn̄e. Postcōio.

Sumpsimus dn̄e venerabile sacramētum bti mathei apostoli tui et euangeliste festiuitate letantes: q̄sumus vt suis precibus gloriosis: et credendū nobis iugiter postulet et sequendū beatus euāgelista qd̄ predicauit et docuit. Per dn̄m nr̄m. Alia postcōio de sancto laudo.

Refecti mense celestis collatione q̄s dn̄e deus noster: vt intercessione beati laudi cōfessoris tui atq; pontificis cuius veneramur solēnia: ab omni nos semper aduersitate defendas. Sancti mauricii sociorumq; eius martyrum. Officium.

Intret in cōspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinē sanctorum tuorum q̄ effusus est. ps. Deus venerūt gentes in hereditatē tuā: polluerūt templum sanctum tuū: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

Annue q̄s ops deus: vt nos sanctorum martyrū tuorum mauricii exuperii: candidi: victoris innocētii et vitalis sociorūq; eorūdē letificet festiua solēnitas: vt quorum suffragiis nitimur: natalicii gloriemur. Per. Epl'a. Scti per fidem. In cōi fo. vi. Gr. Gloriosus deus in sctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua dn̄e glorificata est i virtute: dextera

manus tua confregit inimicum. Alla. ℣. Te martyrū candidatus laudat exercitus dn̄e. Sequētia. Ecce pulcra. In cōi fol. vii. Euāgeliū. Descendens iesus de monte. In cōi fo. viii. Offer. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Presentes hostias dn̄e q̄sumus merita gloriosa martyrū thebeorum tibi reddant acceptas: pro quorū tibi precioso sanguine sunt dicate. Per dn̄m. Coio. Iustorū anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormētū malicie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcōio.

Sumptis dn̄e celestibus sacramentis q̄s vt intercessione sanctorum martyrum thebeorum cōsequi mereamur veniā delictorū. Per dn̄m.

¶ Scte tecle ℣gis non mar. Offīm

Loquebar de testimoñiis tuis in cōspectu regū et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati i via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis q̄s sancte tecle virginis tue placitis tibi meritis cōmēdari: cuius vita merito castitatis tibi complacuit. Per dn̄m. Epl'a. Qui gloriatur. In cōmuni fol. xv. Gr. Dilexisti iusticiā et odisti iniqtatē. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluya. ℣. Emulor eni vos dei emulatione: despōdi vos vni viro virginē castā exhibere cristo. Euāge. Simile est regnū celorum decem. In cōi fol. xvi. Offer.

Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e preces et munera in honore sancte tecle virginis tue gaudentes: presta q̄sumus vt et cōuenienter hec agere: et remedium sempiternū valeamus acquirere. Per d. Cōio. Simile est regnū celorū hoi negociatori: querenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita: dedit oia sua et comparauit eam. Postcōio.

Prosint nobis dn̄e q̄s sūpta mysteria: pariterq̄ nos intercedēte beata virgine tua tecla: et a peccatis exuant: et presidiis tue propiciationis attollant. Per dn̄m nostrum.

¶ Sācti firmini episcopi et marty.

Sacerdotes dei bn̄dicite dominū: sancti et hūiles corde laudate deū. ps. Benedicite oīa opera domini dn̄o: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Deus qui sanctā nobis huius diei leticiam pro cōmemoratione beati firmini martyris tui atq̄ pontificis fecisti: adesto familie tue precibus: et da vt cuius hodie festa celebramus: eius meritis et intercessiōibus adiuuemur. Per. Epl'a. Ois pontifex. In cōi fol. v. Gr. Iurauit dn̄s et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternum: secūdū ordinē mechisedech. ℣. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Alleluya. ℣. Inueni dauid seruum meū: oleo sancto meo vnxi eum. Euangeliū. Circuibat iesus. In cōmuni fol. vi. Offer. Inueni dauid seruum meum: in oleo sancto vnxi eum. manus enim mea auxiliabit ei: et brachium meū confortabit eū

Intende propicius. Secreta. Qs domine oblata tibi hec munera: et deprecatiõe bti firmini martyris tui atqz pontificis: in cuius ea commemoratione deferimus / nosipsos eademqz sanctifica. Per dñm. Cõio. Domine quinqz talenta tradidisti michi: ecce alia quinqz superlucratus sum: euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Postcõio.

Sumpsimus domine in sancti martyris tui atqz põtificis firmini solennitate celestia sacramenta: cui9 suffragiis quesumus largiaris: vt quod temporaliter gerimus eternis gaudiis consequamur. Per.

¶ Sancti cypriani episcopi et iustine virginis martyrum. Officium.

Salus autẽ iustorũ a dño: et protector eoꝝ est i tempore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignãtib9: neqz zelaueris facientes iniquitatẽ. Oratio. de cõi fol. vi. Uel dicat̃ sequens oratio. Oratio.

Beatorum martyrum tuorũ cypriani et iustine nos dñe foueant ꝯtinuata ꝑsidia: quia nõ desinis ꝓpicius intueri: quos talib9 auxiliis cõcesseris adiuuari. Per dñz. Epla Iusti aũt In cõi fol. vii. Gr. Uindica dñe sanguinẽ sanctorũ tuorũ: qui effusus est. V. Posuerunt mortalia seruorũ tuorum escas volatilib9 celi. carnes sanctorũ tuoruz bestiis terre. All'a. V. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. Euãgeliũ. Cum persequẽtur. In cõi fol. viii. Offꝛ. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultatiões dei in faucibus eorũ. Secreta

Sanctorum martyrum tuoruz cypriani et iustine tibi grata confessio: et munera nostra commẽdet: et tuam nobis indulgentiã semper imploret. Per dñm nostrum ie. Cõio. Multitudo languentium et qui vexabantur a spiritibus immundis veniebãt ad eum: quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Postcõio.

Presta quesumus omnipotens deus vt sanctorum martyruz tuorum cypriani et iustine deprecationibus sacramenta que sumpsim9 ad tue nobis proficiant placationis augmentum. Per dñz. ¶ Sanctorum cosme et damiani. Officium.

Sapiẽtiam sanctoꝝ narrãt populi: et laudẽ eorũ nunciat eccl'ia: noĩa autẽ eorũ viuent in seculum seculi. Ps. Exultate iusti i dño rectos decet collaudatio. Oro

Magnificet te dñe sanctoꝝ martyrum tuoꝝ cosme et damiani beata solẽnitas: qua et illis gloriã sempiternam: et opem nobis ineffabili prouidentia contulisti. Per dñz. Epla. Benedict9 deus. In cõi fol. iiii. Gr. Clamauerunt iusti et dñs exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos. V. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde et humiles spiritu saluabit. Alleluya. V. Vox exultatiõis et salutis in tabernaculis iustoruz: et deducet illos in via mirabili. Euangeliũ. Eleuatis iesus oculis. In cõi folio. viii. Offꝛ. Gloriabũtur in te omnes qui diligunt nomẽ tuũ: qm̃ tu domine benedices iusto: dñe vt scuto bone volũtatis tue corona:

sti nos. Secreta.

In tuorū dn̄e p̄ciosa morte iu-storū sacrificium illud offeri-mus: de quo martyriū sumpsit om̄e principium: qđ q̄s p̄piciatōis tue no bis munus obtineat. Per. Coio. Po suerūt mortalia seruorū tuorū dn̄e escas vo latilibus celi: carnes sctōrū tuorū bestiis ter re: secundū magnitudinē brachii tui posside filios morte punitorum. Postcōio.

Sit nobis dn̄e libatio sacramēti tui certa saluatio: que cū bea-torum martyrum tuorū cosme et da miani meritis implorat̄. Per. ¶ In festo sci michaelis archāgeli. Offm̄.

Benedicite dn̄m omnes an-geli eius potentes virtute qui facitis verbū eius ad audiendam vocem sermonū ei⁹. ps. Benedic anima mea dn̄o: et omnia q̄ intra me sūt nomini sancto ei⁹. kyrie rex splen-dens. cum suis versibus. Oratio.

Deus qui miro ordine angelorū ministeria hominūq3 dispen-sas concede p̄picius: vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assisti tur: ab his in terra vita nostra muni atur. Per dominū. Lectio libri apo-calipsis beati iohannis apostoli. i.

In diebus illis: Significauit ie-sus q̄ oportet fieri cito: loquēs per angelū suū seruo suo iohanni qui testimoniū perhibuit verbo dei: et te stimonium iesu xp̄i in his q̄cunq3 vi-dit. Beatus qui audit & qui legit ver ba p̄phetie huius et seruat ea q̄ in ea scripta sunt. Temp⁹ eni p̄pe est. Jo hānes septem ecclesiis q̄ sunt in asya Gratia vobis & pax ab eo qui est: & qui erat: & q̄ venturus est. Et a septē spi ritib⁹ q̄ in cōspectu throni ei⁹ sunt: et a iesu xp̄o/ qui est testis fidelis: primo genitus mortuorū: & princeps regū terre. Qui dilexit nos: et lauit nos a peccatis nr̄is: in sanguine suo. Gr. Benedicite dn̄m oēs angeli ei⁹ potētes vir tute qui facitis verbū eius. ℣. Benedic aīa mea dn̄o: et oīa interiora mea nomē sanctū eius. All'a. ℣. In conspectu angelorū psal lam tibi domine deus meus. Sequētia.

Ad celebres rex celice laudes cun cta. Pangat nūc canora cater ua symphonia. Odas atq3 soluat cō cio tibi nr̄a. Cū iā renouant michae lis inclyta laude festa. Per quē leta-bunda perornat̄ machina mūdi tota Nouies distincta: neumatum sunt agmina p̄ te facta. Sed cum vis fa cis hec flāmea p̄ angelicas officinas Inter primeua sūt hec nā creata tua: cū sim⁹ nos vltia factura s3 ymago tua. Theologa cathegorisent symbo la nobis hec tertripartita: per priua ta officia. Plebs angelica phalanx & archāgelica principās turma virtus vranica ac potestas almiphona. Do minātia numina diuinaq3 subsellia cherubin etherea ac seraphim ignico ma. Uos o michael celi satrapa ga brielq3 vera dās verbi nūcia. Atq3 ra phael vite vernula cōferte nos inter paradisicolas. Per vos patris cūcta complent̄ mādata que dat. Eiusdē sophia: cōpar quoq3 neuma vna per manens in vsya. Cui estis admini strātia deo milia milium sacra. Ui ces per bis quinas bis atq3 quingen ta dena. Centena millena assistunt

in aula ad quā rex ouem centesimā Verbigenam dragmāq decimā ve stra duxit super algamatha. Vos p ethera nos per rura dena. Pars electa armonie vota dem⁹ iperlirica cythara. Ut post bella michaelis inclita. Nostra deo sint accepta aureā circa aram thimiamata. Quo in celesti iam gloria. Condecantemus all'a.

Secundum matheum. xviii.

In illo tēpore. Accesserūt discipuli ad iesum: dicentes. Quis putas maior est in regno celorū? Et aduocans iesus paruulū: statuit eū i medio eorū/et dixit. Amē dico vobis nisi cōuersi fueritis: et efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnū celorū. Quicunq ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior i regno celorū. Et qui susceperit vnū paruulum talez noīe meo/me suscepit. Qui aūt scandalizauerit vnū de pusillis istis qui i me credūt: expedit ei: vt suspendat mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. Ve mūdo ab scandalis. Necesse est enim vt veniāt scādala. Verūtamen: ve homini illi per quez scādalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scādalizat te: abscide eū/ & proiice abs te. Bonum est tibi ad vitā ingredi debilē aut claudum: q̄ duas manus vel pedes habētem mitti in ignem eternū. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eū et proiice abs te. Bonū tibi est cum vno oculo in vitam intrare: q̄ duos oculos habentē mitti in gehennaz ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico eñi vobis: quia angeli eorum in celis semp vidēt faciē patris mei q̄ in celis est. Credo. Offer. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribuluz aureū in manu sua et data sunt ei incensa multa: et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alleluya.

Secreta.

Munus populi tui qs dn̄e dignāter assume: qđ tibi nō nostris meritis: sed sancti archangeli tui michaelis omniūq beatorum spirituū deprecatione sit gratum. Per dn̄m. Prefatio. quotid. Coio. Benedicite oēs angeli dn̄i dn̄o: hymnum dicite et superexaltate eum in secula.

Postcōio.

Beati archangeli tui michaelis interuentione suffulti supplices te domine deprecamur vt quos honore psequimur: cōtingamus et mēte. Per dominū. Sancti hieronymi presbyteri et doctoris. Officium.

Sacerdotes dei bn̄dicite dominum: sancti & humiles corde laudate deū. Ps. Benedicite omnia opera dn̄i domino laudate & superexaltate eum in secula.

Oratio.

Deus qui nobis per beatuz hieronymū confessorē sacerdotemq tuū scripture sancte veritatem: et mystica sacramenta reuelare dignatus es: concede quesumus: vt cuius natalicia colimus/eius semp et erudiamur doctrinis et meritis adiuuemur. Per dn̄z. Ep'la. Dedit dn̄s. In cōi co. xii. Gr. Iurauit dn̄s et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternum: secundū ordinez melchisedech. V. Alleluya. Posui adiutorium super potentem: et exaltaui electum de plebe mea. Sequētia. Ad

est nobis dt. Incōi fol. xi. Euangelium. Vos estis sal terre. In cōi folio. xii. Credo dicitur Offr. Inueni dauid seruū meum: et in oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Clementia tua domine quesumus munera nostra dignanter respiciat: et beati hieronymi confessoris et sacerdotis tui deprecatione per hec eadem nos placatus purifica Per dnm nostrum iesū. Coio. Dne quinq; talēta tradidisti michi: ecce alia quinq; superlucratus sum: euge serue fidelis quia in pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituam: intra in gaudium dñi tui. Postcō.

Presta domine quesumus vt ecclesiam tuaz beatus sacerdos hieronymus et fidei doctrinis erudiat et eruditam diuinis mysteriis dignā pia intercessione efficiat. Per dnm.

¶ Sanctorum remigii/germani/vedasti et bauonis episcoporū. Offīm.

Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabūt. ps. Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Exaudi quesumus dne populū tuum cum sanctorum confessorum tuorum/remigii/germani vedasti/et bauonis episcoporuz tibi patrocinio supplicantem: vt et temporalis vite nos tribuas pace gaudere: et eternum reperire subsidium. Per

Memoria de scō melore martyre. Orō

Adesto dne supplicatiōibus nostris: et intercessiōe beati melori martyris tui perpetuā nobis misericordiam benignus ipende. Per. Epla. Plures facti sunt. In cōi fo. xiii. Gr. Sacerdotes eius induāt salutare: et sancti eius exultatione exultabūt. V. Illuc producā cornu dauid: paraui lucernā cristo meo. Alla. V. Fulgebūt iusti: et tanquam scintille in arundineto discurrent ineternum. Nulla dicit sequētia. licet ix. lc. habeant. Euāgeliū. Sint lūbi. In cōi fo. xiii. Offr. Exultabūt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Preces nostras quesumus dne: et tuorum respice oblatiōes fidelium vt tibi grate sint in mortuorum festiuitate sanctorum/et nobis conferant tue propiciationis auxiliū. Per dnz

Alia secreta de sancto meloro.

Presentia munera dne quesumus serena pietate intuere: vt sancti spiritus perfundātur benedictione/quatenus illā validius in nostris cordibus dilectionez infundant: per quā sanctus melorus martyr tuus oia corporis tormenta diuicit. Per dnm nostrū. In vnitate eiusd. Coio Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructuz afferatis: et fructus vester maneat. Postcōio.

Repleti sacramento reparationis humane in festiuitate sanctorum confessorum tuorum remigii/germani vedasti et bauonis: quesumus dne deus noster: vt sicut munera nobis dignaris prebere celestia: sic per eadē tribuas nos dignis inherere celestibus. p.

Alia postcōio de sancto meloro. Orō

Quos refecisti domine celesti mysterio ab oibus quesumus propiciatus absolue delictis: vt interce-

dente beato meloro martyre tuo diuino munere purificatis mentibus perfruamur. Per. ¶ Sancti leodegarii episcopi et martyris. Offm.

Sacerdotes dei bñdicite dominum: sancti et humiles corde laudate deũ. ps. Benedicite omnia opera dñi domino laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Deus qui hodierna die beatum leodegariũ martyrem tuum atqꝫ pontificem gloria et honore coronasti: tribue nobis propicius: vt q̃ gloriam nõ meremur: indulgẽtiam ipso ineteruueniente consequamur. Per dñm. Ad timotheũ. ii. ii. et iii.

Carissime. Memor esto iesum cristuꝫ resurrexisse a mortuis ex semine dauid scdm euãgeliũ meũ: in quo laboro vsqꝫ ad vincula quasi male operans: sed verbũ dei nõ est alligatũ. Ideo oĩa sustineo propter electos: vt et ipsi salutẽ cõsequãtur: q̃ ẽ in cristo iesu cum gl'ia celesti. Tu autem assecutus es meã doctrinã: institutionem: ppositũ/fidẽ: longanimitatem/dilectionem/patientiã/psecutiones/passiões: qualia facta sũt michi anthiochie: yconio: lystris: quales persecutiões sustinui: et ex omnibus me eripuit dñs. Et omnes qui volunt pie viuere in cristo iesu persecutionem patientur. Gr. Inueni dauid seruum meũ: oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meũ confortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eum. All'a. ℣. Elegit te dominus sibi in sacerdotem magnum in populo suo. Euã

gelium. Qui vos audit. In cõi fo. v. Offer. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta

Presta q̃sumus domine vt beati leodegarii martyris tui atqꝫ põtificis suffragio tua in nobis munera tuearis: pro cuius honorãda cõfessione hostias tibi laudis offerimꝰ Per dominũ. Coio. Beatꝰ seruus quẽ cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcõio.

Refecti participatiõe muneris sacri q̃sumus domine deus noster: vt intercedẽte beato leodegario martyre tuo atqꝫ põtifice: cuius exequimur cultum sentiamus effectũ. Per dominũ nostrum. ¶ Sãcte fidis virginis et martyris. Officium

Loquebar de testimoniis tuis in cõspectu regũ et nõ cõfundebar et meditabar in mãdatis tuis q̃ dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Deus qui presentem diem beate fidis virginis tue martyrio facis esse solenneꝫ: presta ecclesie tue vt cuius meritis gloriatur: eiꝰ p̃cibꝰ adiuuetur. Per. Epl'a. Dñe deꝰ. In cõi fol. xiiii. Gr. Specie tua et pulcritudine tua: intẽde prospere pcede et regna ℣. Propter veritatẽ et mãsuetudinẽ et iusticiã: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. ℣. Hec ẽ virgo sapiẽs quã dñs vigilantẽ inuenit. Euãge. Silẽ ẽ regnũ celoꝝ thesau. In cõi fol. xv. Offer. Offerentur regi virgines post eã: proxime

eius offerentur tibi. Secreta.

Suscipe dn̄e preces et hostias meritis beate fidis v̄ginis ac martyris tibi dicatas: et concede: vt nobis ei⁹ sint supplicatiōe salutares cuius sunt veneratione solennes. Per dn̄m. Cōio. Simile est regnū celorū hoī negociatori querenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita dedit omnia sua et comparauit eam. Postcōio.

Sacri altaris participatione refecti tuā dn̄e misericordiā suppliciter exoramus vt q̄ hec in btē fidis virginis et martyris tue veneratione percepim⁹: ei⁹ nos cōfoueri suffragiis sentiam⁹. Per. Sctorum marci/marcelli/et apulei mar. Officiū.

Salus autem iustorū a dn̄o et protector eorū est in tp̄e tribulationis. p̄s. Noli emulari in malignantibus: neq3 zelaueris faciētes iniquitatem. Oratio.

Sanctorū martyrū tuorum marci/marcelli/et apulei nos dn̄e q̄sumus beata merita prosequātur et tuo semper faciāt amore feruentes. Epl̄a. Sancti p fidē. In cōi fo. vi. Gr. Iustorū aīe in manu dei sunt et nō tāget illos tormētū malicie. V. Visi sunt oculis insipientium mori: illi aūt sunt in pace. All'a. V. Mirabilis dn̄s noster in sanctis suis. Euangelium. Cum audieritis In cōi fo. viii. Offer. Exultabūt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Maiestatem tuam nobis domine quesum⁹ hec hostia placatam reddit immolāda: tuorū digna postulatione sanctorum in quorum commemoratione defertur. Per dn̄m. Cōio. Iustorū anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentū malicie: visi sunt oculis insipiētiū mori: illi autē sunt in pace. Postcōio.

Sacramentis q̄su- mus domie muniamur acceptis: et sanctorum martyrū tuorum marci/marcelli/et apulei meritis: contra irruētes nequicias armis celestibus protegamur. Per. Sancti dionysii sociorūq3 eius martyrū. Officiū.

Intret in conspectu tuo domine gemit⁹ compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinē sanctorū tuorum qui effusus est. ps. Deus venerūt gentes in hereditatem tuā polluerūt tēplū sanctū tuū: posuerūt hierusalem in pomorū custodiam. Oratio.

Deus qui hodierna die beatū dionysium virtute cōstantie i passione roborasti quiq3 illi ad predicandum gentibus gloriam tuam rusticum et eleutherium sociare dignat⁹ es: tribue nobis quesumus: ex eorum imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere: et nulla eius aduersa formidare. Per dn̄m nostrum ie. Lectio actuum apostolorum. xvii.

Paulus cum athenis sylam et tymotheum expectaret incitabatur spiritus eius in ipso: videns ydolatrie deditam ciuitatem. Disputabat ergo in synagoga cum iudeis et ydola colentibus: et in foro per omnes dies ad eos qui audierunt. Quidam autem epicurei et stoici philozophi et dionysius disserebant cum eo: et quidam dicebant. Quid vult semi-

nator verborū hic disserere. Alii vero dicebāt nouorum demoniorū videtur annūciator esse: qr iesum et resurrectionē annūciabat eis. Et apprehensum eū ad ariopagū duxerūt dicentes. Possumus scire que est hec noua (que a te dicit) doctrina? Noua enī qddā infers auribus nr̄is: volumus enī scire quidnā velint hec esse. Athenienses autē oēs et aduene hospites: cū dionysio ad nichil aliud vacabant: nisi aut discere: aut aliqd audire noui. Stans autem paulus in medio ariopagi: ait. Viri athenienses: per omnia quasi supsticiosos vos video. Preteriens enim et videns simulacra vestra: inueni et arā in qua scriptum erat. Ignoto deo. Qd ergo ignorantes colitis: hoc ego annuncio vobis. Deus qui fecit mundū et omnia que in eo sunt: hic celi et terre cū sit dn̄s/non in manufactis templis habitat: nec manibus humanis colitur indigens aliquo: cum ip̄e det omnibus vitam et inspirationem et omnia. Fecitqz ex vno omne genus hominū inhabitare super vniuersam faciem terre: diffiniens statuta tempora/et terminos habitationis eorū querere deū: si forte attrectent eū: aut inueniant qūuis non longe sit ab vnoquoqz nostrū. In ipso enim viuim9 et mouemur et sumus: sicut quidā vestrorum poetarū dixerunt. Ipsi9 enim et creatura et genus sum9. Genus ergo cū simus dei: nō debemus estimare auro aut argento/aut lapidi sculpture artis: et cogitationis hominū diuinū esse simile. Et tempora quidam hui9 ignorantie despiciēs deus nūc annūciat hominib9: vt omnes vbiqz penitentiā agant: eo q statuit diem: in qua iudicaturus est orbē in equitate: in viro in quo statuit fidem prebens oībus suscitans eū a mortuis. Cum audissent autē resurrectionem mortuorū: quidam irridebant: quidam vero dixerunt. Audiemus te de hoc iterū. Sic paulus exiuit de medio eorū. Quidam vero viri adherentes ei/crediderunt: in quibus et dionysius ariopagita credidit in dominū iesum cristum. Gr. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate faciens pdigia. ℣. Dextera tua dn̄e glorificata est in virtute: dextera manus tua cōfregit inimicū. All'a. ℣. Iusti epulētur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. Sequētia. Ecce pulcra. In cōi fol. vii. Euangeliū. Descendēs iesus de monte. In cōi fo. viii. Offr. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Offerendorū tibi munerū deus auctor et dator: presta quesumus vt hoc sacificiū singulare qd̄ sanctis tuis in passione contulit caritatem: nobis tribuat deuotōis presidiū. Coīo. Multitudo lāguētiū et qui vexabātur a spiritib9 imūdis veniebāt ad eū: qr virtus de illo exibat et sanabat oēs. Post cōio

Sumpsimus dn̄e votiua mysteria depcātes clemētiā tuā: vt eorū nobis fiant depcatiōe salutaria: quorū passionis celebramus gloriosa solennia. Per dn̄m nostrum iesum.

¶ Sancti gereonis sociorumqz eius martyrum. Officium.

Iusti epulentur et exultent in conspetu dei et delectentur in leticia. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Presta q̄s dn̄e: vt sicut sanctorum martyrum tuorum gereonis/victoris/cassii/florentii sociorūq3 eorū nos natalicia celebranda non deserūt: ita iugiter suffragiis comitentur. Per dn̄m. Ep̄la. Sancti per fidem. In cōi fo. vi. Gr. Iustorū aie in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malicie ℣. Visi sunt oculis insipientiū mori: illi autē sunt in pace. All'a. ℣. Reddet deus mercedem laborū sanctorum suorum: et deducet illos in via mirabili. Euāgeliū. Cum audieritis. In cōi fo. viii. Offr. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinē plebis sue benedictus deus alleluya. Secreta.

Munera plebis tue dn̄e q̄s beatorum martyrū tuorum gereonis sociorumq3 ei⁹ fiāt tibi grata suffragiis vt quorū triūphi tuo noie proferūtur ipsorum digna perficiātur et meritis. Per. Coio. Iustorum aie in manu dei sunt: et nō tanget illos tormentū malicie visi sūt ocl'is isipiētiū mori: illi aūt sūt i pace

Adesto dn̄e populo Postcōio. tuo cum sanctorū tuorum gereonis/victoris/cassii/florētii/sociorūq3 eorū patrocinio supplicanti: vt qd̄ ppria fiducia nō presumit: suffragantiū meritis cōsequat. Per. Sācti nicasii sociorūq3 eius mar. Officiū.

Sacerdotes ei⁹ induāt salutare: et sācti ei⁹ exultatiōe exultabūt. ps. Memēto dn̄e dauid: et oīs mā suetudinis eius. Oratio.

Deus qui sanctam nobis huius diei solennitatē in honore sāctorum martyrum tuorum nicasii/quirini/et scuuiculi ꝯsecrasti: adesto familie tue precibus et dona vt quorum festa celebramus eorū merito et auxilio subleuemur. Per dn̄m. Ep̄la. Rememoramini. In cōi fol. vii. Gr. Sacerdotes eius induāt salutare: et sancti eius exultatione exultabūt. ℣. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam cristo meo. All'a. ℣. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arundineto discurrent ineternū. Euāgeliū. Cū persequentur vos. In cōi fol. viii. Offr. Exultabūt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Preces domine tuorum respice oblationesq3 fideliū: vt et tibi grate sint pro tuorum honore sanctorum nicasii/quirini et scuuiculi: et nobis conferant tue propiciationis auxilium. Per dn̄m. Coio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Postcōio.

Sanctorum martyrum tuorum domine nicasii/quirini et scuuiculi intercessione placatus presta quesumus vt que temporali celebramus actione: perpetua saluatiōe capiamus. Per dn̄m. Trāslatio sācti ed v vardi regis et confes. Offm̄.

Gaudeamus oēs in dn̄o diē festū celebrātes sub honore ed v vardi cōfessoris de cuius trāslatiōe gaudēt angeli/et collaudant filiū dei. ps. Exultate iusti in dn̄o rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui beatū regē edvvardū confessorē tuū eternitatis gloria coronasti: fac nos q̄s ita eū venerari in terris: vt cuz eo regnare possimus i celis. Per. Ep'la. Justus cor suum. In cōi fol'. xii. Gr. Dñe preuenisti eū in benedictiōibus dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide precioso. ℣. Vitā petiit et tribuisti ei longitudinē dierū in seculū seculi. All'a. ℣. Justus germinabit sicut liliū et florebit īeternū ante dñm. Sequentia. Adest no. In cōi fol'. xi. Euangeliū. Nemo accedit. In cōi folio. xiiii. Credo. Offr. Posuisti domine in capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso: vitā petiit a te et tribuisti ei all'a. Secreta

Sacris altaribus assistētes nos dñe q̄s spūs sancti luce pfūde: vt qd̄ tibi in honore bti regis edvvardi deuote offerimus: nobis ipso interueniente fiat remediū salutare. Per dñz. in vnitate eiusdē. Cōio. Magna est gl'ia eius in salutari tuo: gloriā ꝛ magnū decorē impones super eum dñe. Postcōio.

Vitalis alimonie conuiuio sagi nati q̄sumus dñe deus noster vt beati regis edvvardi ꝯfessoris tui suffragantibus meritis: celestis quiuii mereamur esse participes. Per dñm. ¶ Vel dicuntur ad missaz de sancto edvvardo in translatiōe eiusdem he tres orationes. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui beatū regē edvvardū sanctorū collegio sociasti: concede ppici⁹ vt qui gl'iose trāslationis eius recolimus insignia: ipsius apud te sentiamus patrocinia: Per. Secre.

Quos bti regis edvvardi translatio sancta letificat/tua nos dñe gratia reddat letiores: ꝗ tribuat in hoc sacrificio presentie tue dulcedinem toto corde sentire. Qui viuis et regnas cum deo patre. Postcōio.

Vt nobis salutem conferant sacramenta que sumpsim⁹ beatissimus rex edvvardus cōfessor tu⁹ domine pro nobis intercessor existat de cuius veneranda translatione tribuis nos annua deuotiōe letari. Per dominum. ¶ Sancti calixti pape ꝗ martyris. Officium.

Sacerdotes dei bñdicite dominuz: sancti et humiles corde laudate deum. ps. Benedicite oia opera domini domio: laudate et superexaltate eū in secula. Oratio.

Deus qui nos cōspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuū nos misericorditer per sācti calixti martyris tui atq3 pōtificis exempla restaura. Per dñm. Ep'la. Doctrinis va. In cōi folio. v. Gr. Inueni dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eū: manus eni mea auxiliabit' ei et brachiū meū ꝯfortabit eū. ℣. Nichil pficiet inimicus in eo: et fili⁹ iniquitatis nō nocebit eū All'a. ℣. Elegit te dñs sibi in sacerdotem magnū in populo suo. Euangeliū. Vigilate q2 nescitis. In cōi fo. xi. Offr. Veritas mea et mia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. Secreta.

Mistica nobis dñe prosit oblatio q̄ p sancti calixti meritū nos ꝗ a reatib⁹ nr̄is expediat: ꝗ ppetua saluatiōe cōfirmet. Per. Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilātez: amē dico vobis sup oia bona sua consti-

tuet eum. Postcōio.

Presta dn̄e q̄sum⁹ vt cui⁹ passionis memoriaз sacramēti participatione recolimus: fidem proficiendo sectemur. Per d. ℂ Sancti vulfranni epi et cōfessoris. Offm̄.

Statuit ei domin⁹ testamētum pacis: & principem fecit eū vt sit illi sacerdotii dignitas ineternum. ps. Misericordias domini ineternum cantabo. Oratio.

Da q̄sumus om̄ps de⁹: vt beati vulfrāni cōfessoris tui atq̄ pōtificis venerāda solēnitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per. Epl'a. Ecce sacerdos magnus: qui in diebus. In cōi fo. x. Gr. Dn̄e preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronā de lapide p̄cioso. ℣. Vitā petiit: et tribuisti ei lōgitudinē dierū in seculum seculi. All'a. ℣. Iust⁹ germinabit sicut liliū: et florebit ineternū ante dn̄m. Sequētia de cōi. Adest. vel Alma. In cōi fol. xi. Euāgeliū. Hō q̄daз peregre. In cōi fo. xi. Offr. Veritas mea et mia mea cum ipso: in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Respice q̄s munera populi tui in sancti vulfrani confessoris tui atq̄ pontificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutē. Per dn̄m. Coio. Beatus seruus quem cū venerit dominus inuenerit vigilanteз: amē dico vobis sup oīa bona sua constituet eum. Postcōio.

Quos tuis dn̄e reficis sacramētis scti vulfrani cōfessoris tui atq̄ pōtificis attolle benign⁹ suffragiis: vt n̄re redēptiōis effectuз & mysteriis capiamus & moribus. Per d.

ℂ Sci michaelis i mōte tūba. offm̄.

Benedicite dn̄m omnes angeli eius potentes virtute qui facitis verbuз eius ad audiendam vocem sermonū ei⁹. ps. Benedic anima mea dn̄o: et omnia q̄ intra me sūt nomini sancto ei⁹. kyrie rex splendēs. Et d̄r absq̄ versibus. Oratio.

Deus qui miro ordine angeloꝝ ministeria hominūq̄ dispensas: concede ꝓpicius vt a quibus tibi ministrātibus in celo semper assistitur ab his in terra vita nostra muniatur. Per dn̄m. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. xii.

Factū est preliū magnū in celo. Michael et angeli eius preliabant cuз dracone. Et draco pugnabat/et angeli ei⁹: et nō preualuerūt: neq̄ locus inuētus est eoꝝ amplius in celo. Et ꝓiectus est draco ille magnus serpens antiquus qui vocatur dyabol⁹ & sathanas: qui seducit vniuersum orbē: & ꝓiectus est in terrā & angeli eius cū illo missi sunt. Et audiui vocē magnā in celo dicētē. Nūc facta est salus & virtus et regnuз dei nostri: & potestas cristi eius: quia ꝓiectus est accusator fratrum nostrorū qui accusabat illos ante cōspectuз dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt illum ꝓpter sanguinē agni: et propter verbum testimonii sui: et nō dilexerunt aīas suas vsq̄ ad mortē. Propterea letamini celi: et qui habitatis in eis. Gr. Bn̄dicite dn̄m oēs angeli ei⁹ potētes virtute qui facitis verbum eius. ℣. Benedic aīa mea dn̄o: et oīa intra

riora mea nomẽ sanctũ eius. All'a. ℣. Cõcussum est mare et contremuit terra vbi archangelus michael descẽdebat de celo. Nõ dicitur sequẽtia. Euangeliũ. Accesserunt discipuli. vt s̃ i alio festo. Credo. Offr. Stetit angelus iuxta arã templi habens thuribulũ aureũ in manu sua et data sunt ei incensa multa ⁊ ascendit fum⁹ aromatum in cõspectu dei all'a. Secreta.

Munus ppl'i tui q̃sumus dñe dignãter assume: qd̃ tibi nõ nostris meritis: sed archãgeli tui michaelis omniumq; beatorum spirituũ deprecatione sit gratum. Per dñm. Prefatio quotidia. Cõio. Benedicite oẽs angeli dñi dño: hymnum dicite et superexaltate eum in secula. Postcõio.

Beati archãgeli tui michaelis interuẽtiõe suffulti supplices te dñe deprecamus: vt quos honore ꝓsequimur/ contingamus et mente. Per dñm. ¶ Sancte etheldrede virginis non martyris. Officium.

Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre cõsortibus tuis. ps̃. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus auctor virtutis ⁊ amator ꝟginitatis: da nobis quesum⁹ sctẽ etheldrede virginis tue placitis tibi meritis commendari / cuius vita merito castitatis tibi complacuit. Per d. Ep'la. Qui gl'iatur. In cõi fol'. xv. Gr. Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. All'a. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea bñdixit te de⁹ ieternũ. Euangeliũ. Simile est regnũ celorum decem. In cõi folio. xvi. Offr. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Offerim⁹ tibi dñe p̃ces ⁊ munera in honore sancte etheldrede virginis tue gaudẽtes: p̃sta q̃s: vt et cõueniẽter hec agere/ et remediũ sempiternũ valeamus acquirere. Per dñ. Cõio. Diffusa est gratia in labiis tuis ꝓpterea benedixit te deus ineternũ. Postcõ.

Prosint nobis dñe q̃sumus sumpta mysteria pariterq; nos intercedente beata virgie tua etheldreda: et a peccatis exuant: ⁊ p̃sidiis tue ꝓpiciationis attollant. Per dñm. ¶ Sancti luce euangeliste. Officiũ.

Os iusti meditabitur sapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. ps̃. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Interueniat pro nobis domine q̃sumus sanctus lucas euãgelista qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dñm. Memoria de sancto iusto. Oratio.

Deus qui beato iusto talem fortitudinẽ tribuisti: vt in puerili corpusculo gloriosum ꝑ tuo amore subiret martyriũ: cõcede ꝓpicius: vt ipsius intercedẽtibus meritis: ab oĩbus nos absoluas pctĩs. Ep'la. Similitudo vultus. In cõi fo. iii. Gr. Os iusti meditabitur sapiẽtiã: et lingua ei⁹ loquet iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipsi-

us et non supplātabunt gressus ei⁹. Alla. ℣. Primus ad syon dicet ecce assum: et hierusalē euangelistam dabo. Sequentia. Laus deuo. In cōi folio. iiii. Euangeliū. Designauit dn̄s. In cōi fo. iiii. Credo. Offr. Posuisti dn̄e in capite ei⁹ coronam de lapide precioso: vitaꝫ petiit a te et tribuisti ei alleluya. Secreta.

Donis celestibus da nobis q̄s domine libera mente seruire: vt munera que deferimus interueniēte beato luca euangelista et medicinam nobis operentur et gloriā. Per Alia secreta de sancto iusto.

Sicut diuine potētie gloriā munera ꝑ bti iusti martyrio oblata testantur: sic nobis effectū dn̄e q̄s tue saluationis impendāt. Prefatio Et te dn̄e. Nō dicit̃ in hac p̄fatione Per beatos euāgelistas. sed per beatos apl'os. Coio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decoreꝫ impones super eū domine. Postcōio.

Presta q̄s oꝑs deus vt id qđ de sācto altari tuo percepimus precibus beati euāgeliste tui luce saluificet aīas nr̄as ꝑ qđ sēp tuti esse possim⁹ p. Alia postcōio de sancto iusto.

Refecti dn̄e benedictione celesti q̄sumus vt ꝑ intercessionē beati iusti martyris tui medicina sacramenti et corporibus nostris prosit et mentibus. ¶ Sancte fredesvvide virginis non martyris. Officiū.

Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre cōsortibus tuis. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: auctor virtutis: et amator virginitatis da nobis q̄s scte̅ fredesvvide virginis tue placitis tibi meritis cōmendari: cuius vita merito castitatis tibi complacuit. Per. Ep'la. Qui gloriatur. In cōi fol. xv. Gr. Dilexisti iusticiā et odisti iniq̄tatē. ℣. Propterea vnxit te de⁹ deus tuus oleo leticie. Alleluya. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum. Euangeliū. Simile est regnū celorum decem. In cōi fol. xvi. Offr. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e preces ⁊ munera in honore sācte fredesvvide virginis tue gaudentes presta q̄s: vt et cōueniēter hec agere ⁊ remediū sempiternum valeamus acquirere. Per dominū. Coio. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum. Postcōio.

Prosint nobis dn̄e q̄s sūpta misteria pariterq̧ nos intercedēte beata virgine tua fredesvvida: et et a peccatis exuant et presidiis tue ꝓpiciationis attollant. Per dn̄m no. ¶ Sanctarum vndecim milia virginum et martyrum. Officium

Vultū tuū deprecabunt̃ oēs diuites plebis adducent̃ regi virgines post eā: proxime eius adducent̃ tibi in leticia ⁊ exultatione. ps. Eructauit cor meum verbū bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui sanctam nobis huius diei solennitatem pro beata

rum virginũ martyrũqꝫ tuarũ glo-
riosa passione fecisti: adesto familie
tue precibus et da vt quaruz hodie fe
sta celebramus: meritis ⁊ intercessio
nibus adiuuemur. Per dñz. Epl'a.
O ꝙ pulcra. In cõi fo. xvi. Gr. Ex
ultabũt sancti in gloria: letabuntur in cubi
libus suis. ℣. Cantate dño cãticũ nouum:
laus ei⁹ in ecclesia sanctorũ. All'a. ℣. Ad-
ducẽtur regi virgines post eã: proxime eius
adducẽtur tibi in leticia. Euãgeliũ. Si
mile est regnũ celorũ decẽ. In cõi fol.
xvi. Offer. Offerent̃ regi virgines post
eã: proxime eius offerentur. Secreta.

Presentia munera q̃s dñe ita se-
rena pietate intuere: vt sci spi
ritus perfundant̃ benedictiõe vt in
nostris cordibus eã dilectionem aui-
dius capiam⁹ per quaz sancte virgi-
nes martyresqꝫ tue oĩa corporis tor-
menta deuicerunt. Per dñz. Coĩo.
Quinqꝫ prudentes virgines accepert̃ oleũ
in vasis suis cũ lãpadibus: media autez no
cte clamor factus est: ecce sponsus venit exi
te obuiã cristo domino. Postcõio.

Sumpsim⁹ dñe sanctarũ virgi
nũ martyrũqꝫ tuarũ solẽnita
te celestia sacramẽta quarum suffra
giis q̃s largiaris / vt qd̃ temporaliter
gerimus: eternis gaudiis consequa-
mur. Per dñm. ¶ Sancti romani
episcopi et confessoris. Officium.

Statuit ei dominus testamẽ
tum pacis: ⁊ principem fe
cit euz: vt sit illi sacerdotii
dignitas ineternũ. ps. Misericordias
domini ineternum cantabo. Oratio.

Deus cui beat⁹ romanus ponti
fex ita sanctitatis gratia deco
ratus cõplacuit: vt tuorũ consortiuz
in celis ꝓmeretur sanctorũ: da eccle-
sie tue q̃sumus ei⁹ iteruẽtu perpetu-
am cõsequi leticiã: cuius depositiõis
diẽ gratulãdo celebrat solẽnem. Per
dominũ. Epl'a. Iustũ deduxit. In
cõi fol. x. Gr. Ecce sacerdos magnus
qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est i
uentus similis illi: qui cõseruaret legẽ excel
si. All'a. ℣. Inueni dauid seruũ meũ: oleo
sancto meo vnxi eum. Euangeliũ. Vi
gilate qꝛ nescitis. In cõi fo. xi. Offer.
Veritas mea et misericordia mea cum ipso
et ĩ noĩe meo exaltabit̃ cornu ei⁹. Secreta.

Sacrificium deuotionis nostre
q̃s oṗs deus clementer respice
et intercessione beati romani confes
soris tui atqꝫ põtificis: per hoc nobis
salutem mentis et corporis benign⁹
ĩpẽde. Per. Coĩo. Fidelis seruus et pru
dẽs quẽ cõstituit dñs sup familiã suã: vt det
illis in tempore tritici mẽsurã. Postcõio.

Concede q̃s domine deus noster
vt mysteria sãcta que sumpsi-
mus intercedente beato romano cõ-
fessore tuo atqꝫ põtifice: et gratiã no
bis deuotionis obtineant et effectuz
beate perennitatis acquirant. Per
dominũ nostrũ. ¶ Sanctorum cri-
spini et crispiniani mar. Officium.

Salus autem iustorũ a dño
et protector eorũ est in tpe
tribulationis. ps. Noli emu
lari in malignantibus: neqꝫ zelaueris faciẽ
tes iniquitatem. Oratio.

Deus qui sanctis martyribus tu
is crispino et crispiniano coro-
nam martyrii prestitisti: cõcede que
sumus et eorum intercessione veniã

cõsequamur delictorũ: et eterna gaudia beatorum. Per dñm. Memoria de translatiõe sancti iohãnnis de beuerlaco epi et confessoris. Oratio.

Deus qui hunc diem sanctissimi iohannis confessoris tui atque pontificis translatione decorasti: fac nos quesumus eius meritis et precibus in sanctorum tuorum societate trãsferri. Per dñm. Epl'a. Spectaculum facti. In cõi fol'. vii. Gr. Ecce quam bonũ et quam iocundum habitare fratres in vnũ. V. Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam: barbã aaron. All'a. V. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectẽtur in leticia. Sequẽtia. Ecce pulcra. In cõi folio. vii. Euangelium. Ecce ego mitto. In cõi folio. ii. Offr. Gloriabuntur in te oẽs qui diligũt nomẽ tuũ quoniam tu dñe benedices iusto: dñe vt scuto bone volũtatis tue coronasti nos. Secreta.

Concede quesumus ops deus: vt huius muneribus que pro sanctorum martyrũ tuorum crispini et crispiniani honore deferimus: et te placemus exhibitis et nos viuificemur acceptis. Per d.

Alia secreta de sancto iohanne.

Respice quesumus dñe propicius ad humilitatis nostre simplicem seruitutẽ et intercedente btõ iohanne confessore tuo atque põtifice cuius trãslationem celebramus: hostias quas in honore eius sacris altaribus imolamus benignus assume. Per. Coĩo. Et si corã hoĩbus tormẽta passi sunt: deus tẽtauit eos tamquam aurũ in fornace probauit eos: et quasi olocausta accepit illos. Postcõio.

Sanctorum martyrum tuorum crispini et crispiniani quesumus dñe precibus adiuuemur: et eorum solennia sacris mysteriis celebrantes fac nos tuo noĩ semper esse deuotos. Per.

Alia postcõio de sancto iohanne.

Presta nobis dñe quesumus beati iohannis cõfessoris tui atque pontificis meritis et precibus adiuuari vt quod presẽtibus celebramus officiis: eius suffragio perpetue saluationis gaudiis assequamur. Per. In vigilia apostolorum symonis et iude offm.

Intret in cõspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinẽ sanctorũ tuorum qui effusus est. Ps. Deus venerũt gentes in hereditatem tuã polluerũt tẽplũ sanctũ tuũ: posuerũt hierusalem in pomorũ custodiam. Oratio.

Concede quesumus ops deus vt sicut apostolorum tuorum symonis et iude gloriosa natalicia preuenimus: sic ad tua beneficia promerẽda/ maiestatem tuã pro nobis ipsi preueniãt. Per Epl'a. Iustorum aĩe. In cõi fo. vi. Gr. Vindica dñe sanguinẽ sanctorũ tuorũ qui effusus est. V. Posuerũt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorũ bestiis terre. Si hec vigilia in dñica euenerit All'a. V. Sancti tui domine florebunt sicut odor balsami erũt ante te. Euangelium. Ego sum vitis vos palmites. In cõi folio. i. Offr. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultatiões dei in faucibus eorũ.

Accepta tibi sit que Secreta. sumus domine nostre deuotionis oblatio: et ad apostolicam puriores nos faciat peruenire festiuitatem

Per dnm. Prefatio quotid. Coio. Iustorum anime in manu dei sunt: et nõ tã get illos tormentuꝫ malicie: visi sunt oculis insipiẽtiũ mori: illi autẽ sũt i pace. Postcõ:

Quesumus domine salutaribus repleti mysteriis: vt quoruꝫ ie iunando solennia preuenimus eorũ orationibus adiuuemur. Per dñm nostrum iesũ. ¶ In die apostoloruꝫ symonis et iude. Officium.

Michi autem nimis honora ti sunt amici tui deus: ni mis confortatus est prin cipatus eoꝝ. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionem meam. Oratio.

Deus qui nos per beatos aposto los tuos symonem et iudam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorũ gloriam sem piternam et proficiendo celebrare: et celebrando proficere. Per dominuꝫ. ¶ Ad romanos. viii.

Fratres. Scimus quoniã dili gentibus deũ oia cooperãtur in bonũ: his qui scd͂m propositum vo cati sunt sancti. Nã quos p̄sciuit et quos predestinauit conformes fieri ymaginis filii sui: vt sit ip̄e primoge nitus in multis fratrib9. Quos au tem predestinauit hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iustificauit Quos autẽ iustificauit/illos et ma gnificauit. Quid ergo dicemus ad hec: Si de9 pro nobis: q̄s cõtra nos: Qui etiã ꝓprio filio suo pepercit: sed pro nobis oĩbus tradidit illuꝫ. Quo modo nõ etiaꝫ cum illo oia nobis do nauit. Quis accusabit aduersus ele ctos dei: Deus qui iustificat. Quis est qui condennet: Cristus iesus qui mortuus est immo qui et resurrexit qui est ad dexterã dei: qui etiã inter pellat ꝑ nobis. Quis ergo nos sepa rabit a caritate xp̄i: Tribulatio: an angustia: an ꝑsecutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius: Sicut scriptum est. Quia ꝓpter te mortificamur tota die: estimati su mus sicut oues occisionis. Sed i his oĩbus superamus: ꝓpter eũ qui dile xit nos. Certus sum eni: quia neqꝫ mors/neqꝫ vita/neqꝫ angeli/neqꝫ pri cipatus/neqꝫ potestates/neqꝫ virtu tes neqꝫ instantia: neqꝫ futura: neqꝫ fortitudo: neqꝫ altitudo: neqꝫ ꝓfun dum: neqꝫ creatura alia poterit nos separare a charitate dei. Que est in cristo iesu: dño nostro. Gr. Nimis ho norati sunt amici tui deus: nimis cõfortat9 est principatus eorũ. ℣. Dinumerabo eos: et super arenã multiplicabũtur. All'a. ℣. Nõ vos me elegistis: sed ego vos elegi: et po sui vos vt eatis et fructum afferatis et fru ctus vester maneat. Sequẽtia. de cõi fo lio. ii. Euangeliũ. Hec mando vo bis. In cõi fol. ii. Credo. Offꝝ. In oẽm terram exiuit sonus eorũ: et in fines or bis terre verba eorum. Secreta.

Gloriam dñe sanctorum tuoruꝫ apostolorũ symonis et iude ꝑ petuam venerãtes: q̄s/vt eandem sa cris mysteriis expiati: digni9 celebre mus. Per dominũ. Prefatio. Et te dñe. Coio. Vos qui secuti estis me sede bitis super sedes: iudicantes duodecim trib9 israel dicit dominus. Postcõio.

Sanctificato diuino mysterio

q̄sumus oīps deus vt pro nobis eorū nō desit orō: quorꝝ nos donasti patrocinio gubernari. Per dn̄m. ¶ In vigilia oium sanctorum. Officium.

Timete dn̄m oēs sācti eius: q̄m nichil deest timētib⁹ eum: diuites eguerunt et esurierunt inquirentes autem dominum nō deficient omni bono. ps. Benedicaꝫ dn̄m in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Domine deus noster multiplica super nos gratiam tuā et sanctorum tuorum quorꝝ preuenimus gloriosa solennia: tribue subsequi in sancta professione leticiam. Per dominū. Nulla fiat memoria. Lectio libri apocalipsis bt̄i iohānis apl̄i. v.

In diebus illis. Ecce ego iohannes vidi i medio throni et quattuor animalium: ⁊ in medio seniorum agnū stantem tanq̄ occisum: habentem cornua septem ⁊ oculos septem: qui sunt septē spiritus dei missi in oēm terraꝫ. Et venit ⁊ accepit de dextera sedētis in throno librum. Et cum aperuisset librū: quattuor animalia: ⁊ viginti quattuor seniores ceciderunt coraꝫ agno: habentes singuli cytharas et phialas aureas: plenas odoramentorum: que sūt orationes sanctorum. Et cātabāt canticum nouū dicentes. Dignus es domine deus noster accipere librum: et aperire signacula eius quoniā occisus es: et redemisti nos deo in sanguine tuo ex oī tribu/⁊ lingua ⁊ populo et natione. Et fecisti nos deo nostro regnū et sacerdotes: et regnabūt super terram. Et vidi: et audiui vocē angelorum multorꝝ in circuitu throni et animalium et seniorum: ⁊ erat numerus eorum milia milium voce magna dicentiū ⁊ clamātiū. Dign⁹ est agnus qui occisus est accipere virtutem: et diuinitatem: et sapientiā et fortitudinē et honorem et gloriaꝫ et benedictionem in secula seculorꝫ. Gr. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cātate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Si hec vigilia in dominica euenerit dicitur missa de vigilia in capitulo cuꝫ hoc. Alleluya. ℣. Mirabilis dominus noster in sanctis suis. Et tunc ad magnam missam que erit de dominica fiat memoria de sācto quintino cum hāc oratione. Deus qui ecclesiam. Quere post istud officium. Secundum iohannem. xvii.

In illo tempore. Respiciens iesus in discipulos suos: dixit. Pater scte: serua eos in nomine tuo quos dedisti michi: vt sint vnum sicut et nos. Cum essem cum eis: ego seruabaꝫ eos in nomine tuo. Quos dedisti michi ego custodiui: et nemo ex his periit nisi filius perditiōis: vt scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: et hec loquor in mundo: vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuū: et mundus eos odio habuit: quia non sunt de mundo sicut et ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo nō sunt sicut et ego non sum de mundo. San

ctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum: et ego misi eos in mundū Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint et ipsi sanctificati in veritate Non pro his autem rogo tantum: sꝫ et pro his qui credituri sunt per verbum illorum in me: vt omnes vnuꝫ sint sicut tu pater in me: et ego in te: vt ⁊ ipsi in nobis vnuꝫ sint: vt credat mundus quia tu me misisti Et ego claritatem quam dedisti michi dedi eis: vt sint vnum sicut et nos vnum sum9. Ego in eis et tu in me/ vt sint consummati in vnum. Et cognoscat mundus quia tu me misisti: ⁊ dilexisti eos sicut et me dilexisti. Pater quos dedisti michi volo vt vbi sum ego et illi sint mecum: vt videant claritatem meam quā dedisti michi: qꝛ dilexisti me ante mundi constitutionem. Pater iuste mundus te non cognouit: ego autem te cognoui. Et hi cognouerunt quia tu me misisti: et notum feci eis nomen tuum: ⁊ notum faciam: vt dilectio qua dilexisti me in ipis sit: et ego in eis. Offr. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Altare tuuꝫ domine munerib9 cumulamus oblatis: da quesumus vt ad salutem nostram omnium sanctorum tuorum precatione proficiant: quorum solennia ventura precurrimus. Per dominū nostrum iesum cristum filium. Coīo. Iustorum anime in manu dei sunt et non tāget eos tormentum malicie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

Sacramentis domine et gaudiis optate celebritatis expleti quesumus vt eorum precibus adiuuemur: quorum recordationibus exhibentur Per dominum nostrum iesum cristum filiū. Postcōio. ℂ De sancto quintino martyre. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuaꝫ annua beati quintini martyris tui solennitate clarificas: concede propicius: vt qui memoriaꝫ illius digna seruitute veneramur: intercessoreꝫ euꝫ semper apud te habere mereamur. Per dominū nostrū iesuꝫ. Secreta.

In veneratione beati quintini martyris tui omnipotens deus: tibi laudis hostiam imolamus: orantes vt ipse pro nobis intercessor existat qui pro tuo nomine gloriosa morte occubuit. Per dominum nostrum iesum cristū. Postcōio.

Percipiat domine quesumus plebs tua: intercedente beato quintino martyre tuo misericordiaꝫ quaꝫ deposcit: vt semper tuis digna inueniatur sacramentis. Per dominum nostrum iesum cristum. ℂ In die omnium sctōrum. Officium.

Gaudeamus omnes in domino diem festū celebrantes sub honore sanctorum omniū de quorum solennitate gaudent angeli/ ⁊ collaudant filium dei. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Oratio.

Omnipotens sēpiterne de9: qui nos oīum sanctoꝝ merita sub vna tribuisti celebritate venerari q̄sumus vt desideratam nobis tue p

piciationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per dominum nostrū iesum. Lectio libri apocalipsis bti iohis apostoli. vii.

Ecce ego iohannes vidi alteruz angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei viui. Et clamauit voce magna quattuor angelis: quibus datuz est nocere terre et mari: dicens. Nolite nocere terre et mari: neqz arboribus: quoadusqz signemus seruos dei nostri in frōtibus eorum. Et audiui numerum signator. centum quadragita quattuor milia signati ex omni tribu filiorū israel. Ex tribu iuda duodeci milia signati. Ex tribu rubē duodeciz milia signati. Ex tribu gad: duodeci milia signati. Ex tribu asser: duodeciz milia signati. Ex tribu neptalim: duodecim milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu symeon. duodecim milia signati. Ex tribu leui: duodecim milia signati. Ex tribu ysachar duodecim milia signati. Ex tribu zabulon: duodecim milia signati. Ex tribu ioseph: duodecim milia signati. Ex tribu beniamin: duodeciz milia signati. Post hec vidi turbaz magnā quā dinumerare nemo poterat ex oibus gentibus et tribubus et populis et linguis stantes ante thronum: et in conspectu agni amicti stolis albis et palme in manibus eoruz. Et clamabant voce magna dicentes. Salus deo nostro: qui sedet sup thronum et agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum: et quattuor animalium. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas: et adorauerunt deum: dicentes amen. Benedictio/et claritas/et sapientia: et gratiaruz actio: honor et virtus et fortitudo deo nostro: in secula seculorum amen. Gr. Timete dominum omnes sancti eius: quoniā nichil deest timentibus eum. V. Inquirentes autem dominum: non deficient omni bono. All'a. V. Iudicabunt sancti nationes et dominabuntur populis: et regnabit illoruz rex ineternum. Sequētia.

Christo inclyto cādida nostra canant melodiaz agmina. Laudes omnibus dantia sanctis per hec sacrata festalia. Mariam primum vox sonet nostra per quaz nobis vite sunt data pmia. Regina que es mater et casta: solue nostra per filiū peccamina. Angelorum concio sacra: et archangelorum turma inclyta. Nostra diluant iam peccata: prestādo supera celi gaudia. Tu propheta preco lucerna atqz plusq̄ propheta. In lucida nos pone via mūdans nostra corpora. Apostoloruz princeps: atqz cuncta iuncta caterua. Jam corrobora vera quesumus in doctrina plebis pectora. Stephani gloriose rutilans in corona: sanctorumqz martyrū turma inclyta. Fortia date corda corpora eque firma sacra: vt hostē vincant rite spicula. Martine inclyte presulūqz omnis caterua. Suscipe nunc pia modo nostra clemens p̄cata. Regina virginuz premaxima tu mater incorrupta virgo et grauida. Sacrata domino et castitas no-

ra. Monachorū veneranda suffragia. Omniumqʒ sanctorum contubernia. Per precata assidua nostra gubernent tempora. Nosqʒ ducant ad superna polorum vera gaudia. Subiungunt piū agmina amen redempta. Euangeliū. Uidens turbas iesus. In cōi fol. viii. Offr. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue: benedictus deus alleluya. Secreta.

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus: que et p cūctorum tibi grata sint honore sanctorum: et nobis salutaria te miserante reddantur. Per dñm. Prefatio quotidiana. Cōio. Gaudete iusti i dño all'a rectos decet collaudatio all'a. Postcōio.

Da quesumus domine fidelib9 populis: pro huius sacramēti participatione omnium sanctorum tuorum semper veneratione letari: et eorum perpetua supplicatiōe muniri. Per dñm nostrū iesum. ¶ In cōmemoratione animarū. Officiuʒ.

Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem: exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet. Oratio.

Fidelium deus omniū conditor et redemptor animabus omnium fideliū defunctorū remissionē cunctoruʒ tribue peccator: vt indulgentiam quaʒ semper optauerunt/ piis supplicationibus cōsequantur. Qui cum deo patre et spiritu sancto vi. ¶ Nulla fiat memoria ad hanc missaʒ: licet corpus presens affuerit. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad thessaloniceñ. i. iiii.

Fratres. Nolum9 vos ignorare de dormientib9: vt nō cōtristemini: sicut et ceteri qui spem non habent. Si eñi credimus φ iesus mortuus est et resurrexit: ita ⁊ de9 eos q̄ dormierūt per iesum adducet cū eo. Hoc eñi vobis dicimus in verbo dñi qz nos qui viuim9: qui residui sum9 in aduentu dñi nō preueniem9 eos q̄ dormierūt. Quoniā ipse dñs i iussu et in voce archāgeli ⁊ in tuba dei descendet de celo: ⁊ mortui qui in cristo sunt resurgent primi. Deinde nos q̄ viuimus qui relinquimur simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam xp̄o in aera: et sic semper cuʒ dño erimus. Itaqʒ cōsolamini inuicē in verbis istis. ¶ Et legatur in pulpito. Qua lecta tres clerici de scōa forma habitu nō mutato ibidē dicāt. Gr.

Requiem eternam dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. V. Anime eorū in bonis demorētur: et semē eorū hereditet terrā. Tractus.

De profundis clamaui ad te dñe domine exaudi vocem meaʒ. Fiant aures tue intēdentes in oratione serui tui. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe qs sustinebit. Quia apud te propiciatio est: et propter legē tuā sustinui te dñe. Et dicit cū eodē cantu: quo in dñica septuagesime: ⁊ dicit a quattuor clericis de superiori gradu ad gradū chori: habitu nō mutato: et interim procedat dyaconus cū subdiacono ⁊ cerofer. ⁊ thur. sine cruce ad pronūciandū euāgeliū. ¶ Secundum iohannem xi.

In illo tempore. Dixit martha ad iesum. Dn̄e/ si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia quecunqȝ poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit & credit in me: nō morietur ieternum. Credis hoc? Ait illi. Utiqȝ domine. Ego credidi quia tu es crist⁹ filius dei qui in hunc mundum venisti. Et legatur in pulpito more dominicali. Nō dicit̄. Credo. Offer. O pie deus qui primū hominē ad eternam gloriam reuocasti: pastor bone qui ouem perditam pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dum veneris iudicare libera de morte animas eoruȝ quas redemisti: ne tradas bestiis animas cōfitentes tibi: ne derelinquas eas in finem. Non dicitur. Hostias. et preces. neqȝ versus. Requiem eternam dona.

Secreta.

Hostias quesumus domīe quas tibi pro animabus omniuȝ fidelium defunctorum offerimus propiciatus intende: vt quibus fidei cristiane meritum contulisti: dones et premium. Per dominū. Coīo. Pro quorum memoria corpus cristi sumitur dona eis domine requiē sempiternam. ℣. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorum memoria sanguis cristi sumitur: dona eis domine requiem sempiternam.

Postcōio.

Animabus quesumus dn̄e omnium fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantiū: vt eas et a peccatis omnibus exuas: et tue redemptionis facias esse participes. Qui cū deo patre in vnitate spiritus sancti. ¶ Si hec commemoratio in dn̄ica ɔtigerit differatur in crastinū: et fiat totū seruiciū de dn̄ica: et tunc fiat memoria de martyribus eustachio sociisqȝ eius.

Oratio.

Da nobis quesumus domine sc̄torum martyrū tuorꝝ eustachii sociorūqȝ eius intercessione leticiam et pacem: vt quoruȝ gaudemus triumphis: protegamur subsidiis. Per dn̄m nostrum.

Secreta.

Assume q̄s op̄s deus in honore sanctorū martyrꝝ tuorū eustachii sociorūqȝ eius hec tibi oblata libamina: quorꝝ pia supplicatione placatus: et preteritorum veniā et futurorum nobis cautelā prebeas delictorꝝ.

Postcōio.

Sumpsimus dn̄e diuina mysteria beatorum martyrum tuorū eustachii sociorūqȝ eius merita venerantes: presta quesum⁹ vt eorū semp et fideli muniamur auxilio: et magnifico proficiamus exēplo. Per dn̄ȝ. ¶ Sc̄te wenefrede virginis et martyris.

Officium.

Loquebar de testimoniis tuis in cōspectu reguȝ et nō cōfundebar et meditabar in mādatis tuis q̄ dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.

Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate wenefrede virginis et martyris tue festiuitate gaudem⁹: ita pie deuotiōis eru-

diamur affectu. Per dnm nostrum. Epla. Sapientia laudabit. In coi folio. xiiii. Gr. Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua Alla. V. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus ineternum. Sequentia. Exultemus in hac. In coi folio. xv. Euangeliu. Simile e regnum celorum thesauro. In coi folio. xv. Offr. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatioe adducentur in templum regi domino. Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus propicius respice: et intercedente beata wenefreda virgine tua et martyre: vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dominum. Coio. Feci iudicium et iusticiam domine non calumnientur michi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar: omne viam iniquitatis odio habui. Postcoio.

Placeant tibi quesumus misericors deus nostre seruitutis obsequia: vt misteria sacrosancta que sumpsimus: intercedente beata wenefreda virgine tua et martyre: et tuam gratiam nobis concilient: et eterne felicitatis gaudium subministrent Per dominu nostrum iesu. ¶ Sancti leonardi abbatis. Officium.

Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus: neqz zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Preces nostras quesumus domine celesti dono prosequere: vt qui de beati leonardi confessoris tui atqz abbatis patrociniis gloriamur: eius meritis atqz suffragiis apud te semper adiuuari mereamur. Per dominum nostrum. Epla. Iustus cor suum. In coi folio. xii. Gr. Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius et non supplantabuntur gressus eius. Alleluya. V. Posui adiutorium super potentem: et exaltaui electum de plebe mea. Sequetia. Adest nobis. In coi folio. xi. Euangeliu. Nemo accendit. In comuni folio. xiii. Offr. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Suscipe domine munera tue pietati humiliter immolanda: et pcede: vt nobis sancti leonardi confessoris tui atqz abbatis intercessione fiant salutaria: cuius natalicis ea tibi speramus accepta. Per dominu nostrum. Coio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcoio.

Purificet nos domine quesumus tui perceptio sacramenti: et qui pro beati leonardi confessoris tui atqz abbatis veneranda solennitate gerimus eius nobis patrocinantibus meritis: ad indulgentia prosint eternam. Per dnm nrm. ¶ Sanctorum quattuor coronatoru mar. Officiu.

Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris

septuplum in sinu eorum: vindica sanguinē sanctorū tuorum qui effusus est ps. Deus venerūt gentes in hereditatem tuā polluerūt tēplū sanctū tuū: posuerūt hierusalem in pomorū custodiam. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus vt qui gloriosos martyres tuos claudium nichostratū/simphorianū: castorium atqz simpliciuz fortes in sua ꝯfessione cognouimus pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominum nostruz. Epistola. Iustorū anime. In cōi folio. vi. Gr. Vindica domine sanguinē sanctorum tuorum qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorū escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terre. All'a. ℣. Mirabilis dn̄s noster in sanctis suis. Euāgeliū. Cum audieritis. In cōi folio. viii. Offer. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis exultationes dei in faucib⁹ eorū.

Benedictio tua que sumus domie larga descēdat: que et munera nostra deprecantibus sanctis martyribus tuis claudio nichostrato: simphoriano/castorio: atqz simplicio tibi reddat accepta et nobis sacramentum redemptionis efficiat. Per dn̄m nostrū iesum. Secreta. Coio. Posuerunt mortalia seruorū tuorū domine escas volatilib⁹ celi: carnes sanctorū tuorū bestiis terre: scd̄m magnitudinē brachii tui posside filios morte punitorū. Postcōio.

Celestibus refecti sacramētis et gaudiis supplices te domie deprecamur: vt quorum gaudem⁹ triūphis protegamur auxiliis. Per dn̄m nostrum iesum. ¶ Sancti theodori martyris. Officium.

In virtute tua domine letabitur iustus: et super salutare tuū exultabit vehementer: desideriū anime eius tribuisti ei. ps. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Oratio.

Deus qui nos bti theodori martyris tui cōfessiōe gloriosa circundas et ꝓtegis: presta nobis eius imitatione proficere: et oratione fulciri. Per dn̄m nostrum iesum. Epistola. Beatus vir qui in sapientia. In cōi fol. iiii. Gr. Beatus vir qui timet dominū: in mandatis eius cupit nimis ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. All'a. ℣. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. Euangeliū. Si quis vult post me. In cōmuni folio. v. Offer. Gloria et honore coronasti eū: et constituisti eū super opera manuum tuarum domine.

Muneribus oblatis domine beati theodori martyris tui festa venerantes: quesum⁹ vt qui conscientie nostre prepedimur obstaculis: illius meritis reddamur accepti. Per dn̄m nostrū iesū. Secreta. Coio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriā et magnum decorem impones super eū domine. Postcōio.

Sancta tua nos domie sumpta purificent: et intercedente beato theodoro martyre tuo ad ꝑpetue beatitudinis cōsortium introducāt. Per dominū nostruz iesum cristum filium tuum. ¶ Sancti martini episcopi et confessoris. Officium.

Statuit ei domin⁹ testamē
tum pacis: ⁊ principem fe
cit eum: vt sit illi sacerdo
tii dignitas ineternuȝ. ps̄. Misericor
dias domini ineternum cantabo. Oratio.
Deus qui conspicis quia ex nul
la nostra virtute subsistimus:
concede ꝓpicius vt intercessione bea
ti martini confessoris tui atqȝ ponti
ficis: contra omnia aduersa munia
mur. Per dn̄m nostrū. ¶ Memoria
de sancto menna martyre. Oratio.
Presta q̄s omnipotens de⁹ vt q̄
beati menne martyris tui na
talicia colimus/ intercessiōe ei⁹ in tui
nois amore roboremur. Ep̄la. Ec
ce sacerdos. In cōi folio. x. Gr. Dn̄e
preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis
posuisti in capite eius coronā de lapide pre
cioso. Alla. V. Hic martinus paup̄ et mo
dicus celum diues ingreditur: hymnis cele
stibus honorat. Sequētia. Sacerdotē
xp̄i. Require in trāslatiōe eiusdem.
Euangeliū. Homo quidā peregre.
In cōi fo. xi. Offr. Veritas mea et mi
sericordia mea cū ipso: et in nomine meo ex
altabit cornu eius. Secreta.
Deus qui omne bonuȝ in tui sa
cri corporis mysterio contine
ri voluisti cōcede ꝓpicius vt hoc mu
nus quod in beati martini confesso
ris tui atqȝ pontificis veneratione ti
bi offerimus: ipso intercedente nobis
proficere sentiamus. Per dominuȝ
nostrum iesum. ¶ Alia secreta.
Sacrificia ista tibi vero eterno
qȝ pontifici oblata domine tu
sanctifica: ⁊ interueniente beato mē
na martyre tuo: ita nos fac q̄sumus
hec tractare mysteria: vt ipsi tibi ⁊ tē
plum et hostia placabilis esse merea
mur. Qui viuis et regnas. Cōio.
Beatus seruus quē cum venerit dominus
inuenerit vigilantem: amē dico vobis: super
oīa bona sua constituet eum. Postcōio.
Auxiliare q̄sumus dn̄e populo
tuo: vt sacramentoꝝ tuoꝝ vir
tute ꝑficiens: intercedēte beato mar
tino confessore tuo atqȝ pontifice: et
tuo semper munere gubernetur/ et
ad redemptionis eterne pertineat te
ducente consortiuȝ. Per dn̄m nostrū
iesum. ¶ Alia postcōio.
Hec in nobis q̄sum⁹ dn̄e gratia
tua semper exerceat: vt diui
nis instauret corda nostra mysteriis
et beati menne martyris tui festiui
tate letificet. ¶ Quotidie per oct. dr̄
eadē missa: sed sine sequētia: nisi fe
stum intercurrat: ⁊ nisi in dn̄ica: vel
qn̄ dicit de sancta maria: vel missa.
Salus ppl̄i. restat cantanda. ¶ Sā
cti bricii episcopi et ꝯfessoris. Offm̄.
Sacerdotes dei bn̄dicite do
minuȝ: sancti et humiles
corde laudate deum. ps̄.
Benedicite oīa opera domini dn̄o: lauda
te et superexaltate eū in secula. Oratio.
Conserua q̄sum⁹ dn̄e ppl̄m tuū
intercessione beati bricii cōfes
soris tui atqȝ pōtificis ī tuo amore cō
fisum: vt mereamur ipso intercedē
te consortes fieri celestium gaudioꝝ.
Per dn̄m. Memoria de sancto mar
tino. vts. Ep̄la. Iustū deduxit. In
cōi fol. x. Gr. Ecce sacerdos magnus:
qui ī diebus suis placuit deo. V. Nō est in
uent⁹ similis illi: qui cōseruaret legē excelsi.

Alla. V. Amauit eũ dñs et ornauit eũ stola glorie induit eũ. Si dñica fuerit dr sequẽtia de cõi fol. xi. Euãgeliũ. Homo quidã nobil. In cõi fo. vi. Offer. Inueni dauid seruũ meũ: et i oleo sancto vnxi eũ: manus eni; mea auxiliabitur ei: et brachiũ meum confortabit eum. Secreta.

Sancti bricii cõfessoris tui atq; pontificis dñe q̃s annua solẽnitas pietati tue nos reddat acceptos vt per hec pie oblationis officia: seculi presentis miserias euadam⁹: et gratie tue beneficia consequamur. Per dñm. Cõio. Fidelis seru⁹ et prudens quẽ constituit dñs super familiã suã: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõio.

Misteriis refecti diuinis dñe de⁹ noster: q̃s vt beati bricii confessoris tui atq; põtificis: vbiq; intercessione nos protegas: in cuius annua veneratione hec tibi obtulim⁹ sacramenta. Per dñ;. ¶ Sancti machuti epi et confessoris. Officium.

Statuit ei domin⁹ testamẽtum pacis: et principem fecit eũ vt sit illi sacerdotii dignitas ineternum. ps. Misericordias domini ineternum cantabo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus populi tui p̃ces exaudi qui beatum machutum cõfessorem tuum atq; pontificem virtutis gratia decorasti: et eum hodie in celesti gloria suscepisti. Per dñm. Mẽoria de sancto martino. Epla. Ecce sacerdos In cõi fol. x. Gr. Inueni dauid seruu; meũ: oleo sctõ vnxi eũ manus eni mea auxiliabitur ei: et brachiu; meũ cõfortabit eũ. V. Nichil pficiet inimicus in eo: et fili⁹ iniquitatis nõ nocebit eũ. Alla. V. Iustus germinabit sicut lilium et florebit ineternu; ante dominum. Sequẽtia de cõi folio. xi. Euãgeliũ. Homo quidã nobilis. In cõi folio. vi. Offer. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: i in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Oblationes nostras quesumus domine propiciatus intende: quas tibi in honore beati machuti cõfessoris tui atq; pontificis consecrãdas deferimus precantes vt ipsius meritis et intercessione peccatorum omnium que negligenter gessimus te propiciante veniã cõsequi mereamur. Per dñm. Cõio. Beatus seruus quem cũ venerit dominus inuenerit vigilãtem: amẽ dico vobis: super oĩa bona sua constituet eum. Postcõio

Vos donis celestibus domine satiasti: sancti machuti confessoris tui atq; pontificis benignus attolle presidiis: vt a noxiis omnibus expediti post salutaria tua toto corde curramus. Per dominum nr̃m. ¶ Sancti edmundi archiepi offm̃.

Gaudeamus omnes in domino diem festũ celebrantes sub honore edmundi p̃sulis: de cuius solẽnitate gaudent angeli: et collaudãt filiũ dei. ps. Exultate iusti i dño rectos decet collaudatio. Oro

Deus qui largiflue bonitatis cõsilio ecclesiã tuã beati edmũdi cõfessoris tui atq; põtificis p̃clare vite meritis decorasti: et gl'iosis letificasti miraculis: cõcede ppici⁹ nobis famulis tuis: vt et ipsius in melius reformemur exemplis: et ab oĩbus ei⁹

patrocinio ptegamur aduersis. Per dñm. Memoria de sancto martino Epl'a. Ecce sacerdos magnus qui in vita sua. In cõi folio. x. Gr. Dñe preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite ei' coronã de lapide pcioso ℣. Vitã petiit: et tribuisti ei lõgitudinẽ die rũ i sclm sclĩ. All'a. ℣. Hic edmũd' paup ꝛ modicus celum diues ingredit: hymnis cele stibus honoratur. Sequẽtia de cõi scilz. Alma cohors. In cõi folio. xi. Euãgeliũ. Homo qdã peregre. In cõi fo lio. xi. Offr. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Beati edmũdi cõfessoris tui atq põtificis quesumus dñe precibus munera tibi offerenda cõplaceant: et oblata nobis pficiant ad salutem. Per dñm. Cõio. Beat' seruus quem cum venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis super omnia bona sua cõstituet eum. Postcõio.

Mentes nostras qsumus domine susceptis robora sacramentis: vt sicut eas beati edmundi cõfessoris tui atq pontificis nouis dignatus es cõfortare miraculis: sic etiam iuuare suffragiis: et illustrare digneris exemplis. ¶ Sãcti hugonis episcopi et confessoris. Officium

Statuit ei domin' testamẽtum pacis: ꝛ principem fecit eũ vt sit illi sacerdotũ dignitas ineternum. ps. Misericordias domini ineternum cantabo. Oratio.

Deus qui beatum hugonẽ confessorem tuum atq pontificem: eminentia meritorum et claritate signorum excellenter ornasti: cõcede ppicius vt eius exempla nos puocent et virtutes illustrent. Per. Mẽoria de sctõ aniano pfes. Oratio

Deus qui sanctam nobis huius diei celebritatem pro beati aniani confessoris tui atq pontificis solẽnitate tribuisti: adesto familie tue precibus ꝛ da: vt cuius hodie festa celebramus: eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Per dñm nostrũ ¶ Memoria de sancto martino: vt supra. Epl'a. Dilect' deo. In cõi folio. x. Gr. Dñe preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ei' coronam de lapide precioso. ℣. Vitaz petiit et tribuisti ei longitudinẽ dierum in seculũ seculi. All'a. ℣. Iustus germinabit sicut lilium et florebit ineternum ante dominum. Sequentia de cõi fol'. xi. Euãgeliũ Videte vigilate. In cõi fo. xi. Offr. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et i noie meo exaltabit cornu ei'. Secreta.

Oblata tibi munera qsumus domine beatus hugo cõfessor tuus et pontifex prosequatur: et meritis eius adiuti per ea gratiam: et gloriã consequamur. Per dñm nostrũ. ¶ Alia secreta de sancto aniano.

Preces nostras qsumus domine ppiciatus admitte: et dicatũ tibi sacrificium beati aniani confessoris tui atq pontificis commendet oratio. ¶ Alia secreta de sancto martino vts. Cõio. Beatus seruus quez cũ venerit dominus inuenerit vigilantez: amẽ dico vobis: super oĩa bona sua constituet eũ

Nostre seruitutis ob Postcõio. sequia qsumus dñe de' beat'

hugo confessor tuus et pontifex tibi reddat accepta: ne sacramēti celestis effectuz reatus noster a nobis excludat. Per dominū nostrum iesum.
¶ Alia postcōio de sancto aniano.
Omnipotens et misericors deus qui nos sacramentorum tuorum participes efficis ac ministros presta q̄sumus: vt intercedente beato aniano cōfessore tuo atq3 pontifice: et fidei proficiamus augmēto: et beatitudinis eius iungamur consortio. Alia postcōio de sancto martino vts. ¶ In octaua sancti martini.
Statuit ei domin9 testamētum pacis: & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotii dignitas ineternuz. ps. Misericordias domini ineternum cantabo. Oratio.
Concede q̄sumus om̄s deus: vt beati martini confessoris tui atq3 pontificis frequentata solennitas: ad perpetuam populo tuo pficiat salutem: et quez sepius veneramur in terris: semper habeamus patronū in celis. Per dn̄z. Epl'a. Ecce sacerdos magnus. In cōi folio. x. Gr. Dn̄e preuenisti euz in benedictionib9 dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. V. Vitā petiit: et tribuisti ei longitudinem dierum in seculū seculi. All'a. V. Hic martinus pauper et modicus celum diues ingreditur: hymnis celestibus honorat. Euāgeliū. Homo quidā peregre. In cōi folio. xi. Offr. Veritas mea et misericordia mea cū ipo: et in nomine meo exaltabit cornu eius. Secreta.
Hec oblatio domie q̄sumus quā iterata sancti martini cōfessoris tui atq3 pontificis festiuitate offerimus tue maiestati: pfit nobis ad indulgentiā/ vt per eā a nostris liberemur pctis & sacris altaribus astare digni efficiamur. Per dn̄m. Coīo. Beatus seruus quē cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amē dico vobis: super oīa bona sua constituet eum. Postcōio.
Sacramēta dn̄e q̄s que sumpsimus beato martino confessore tuo atq3 pontifice: intercedēte: ab omni nos aduersitate defendant et perpetua psperitate tibi soli seruire concedant. Per dn̄m. ¶ Si iste oct. in dn̄ica vel in sabbato contigerit: fiat de eis memoria ad missam absq3 missa in capitulo. ¶ Sancti edmūdi regis et martyris. Officium.
Gloria et honore coronasti eū: et cōstituisti euz super opera manuuz tuarum. ps. Dn̄e dominus noster: q̄ admirabile ē nomē tuum in vniuersa terra. Oratio.
Deus ineffabilis misericordie qui beatissimū regem edmūdum tribuisti p tuo noīe inimicū moriendo vincere: concede ppicius familie tue: vt eo interueniēte mereatur in se antiqui hostis incitamēta superādo extinguere. Per. Epl'a. Beatus vir qui inuent9. In cōi fo. iiii. Gr. Posuisti domine super caput ei9 coronā de lapide precioso. V. Desideriū aīe ei9 tribuisti ei: et volūtate labiorū eius non fraudasti eū. All'a. V. Letabitur iust9 in dn̄o et sperabit i eo: et laudabūtur oēs recti corde. Sequentia. Organicis. In cōi fol. iiii. Euāg. Si q̄s venit ad m̄. In cōi fo. v. Offr. Gloria et honore coronasti eū et

constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Hoc sacrificium redēptionis nostre q̄s oƥs deus clemēter respice: et intercedente btō edmūdo rege et martyre tuo pro hac familia tua placatus assume. Per dominū. Coīo. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriā et magnum decorem impones super eū domine. Postcōio.

Sint tibi oƥs deus grata nostre servitutis obsequia: et hec sancta que sumpsimꝰ ītercedēte btō edmūdo rege et martyre tuo: p̄sint nobis ad capescēda premia vite p̄petue p. Sctē cecilie virginis et marty.

Loquebar de testimoniis tuis ī cōspectu regum et nō cōfundebar: et meditabar in mādatis tuis que dilexi nimis ps. Beati immaculati in via: q̄ ambulāt in lege domini.

Deus qui nos annua Oratio. beate cecilie v̄ginis tue et martyris solēnitate letificas: da vt quaz veneramur officio: etiā pie cōversatiōis sequamur exēplo. Per. Ep̄la. Dn̄e deus meꝰ In cōi fo. xiiii. Gr. Audi filia et vide et inclina aurē tuā q̄i concupivit rex speciē tuā. V. Specie tua et pulcritudine tua: intēde prospere p̄cede et regna Alla V. Veni electa mea et ponā ī te thronum meū quia concupivit rex speciē tuam. Sequētia. Exultemus. In cōi fol. xv. Euāgelium. Simile est regnū celorum thesauro. In cōi fo. xv. Offer. Offerentur regi virgines post eā: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Presta q̄s oƥs et misericors deus vt sicut divina offerimus in sācte cecilie virginis tue et martyris solēnitate sacramenta: sic indulgentie tue largitatem piis eius precibus assequamur. Per d. Cōio. Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me. ego autē in mādatis tuis exercebar in tuis iustificationibus vt non confundebar. Postcōio.

Sacramentorū tuorum dn̄e participes effecti imploramus clementiā tuam: vt beate cecilie virginis tue et martyris interventu peccatorum nostrorum veniam consequi mereamur. Per dn̄m. Sancti clementis pape et martyris. Officiū.

Dicit dominꝰ sermones mei quos dedi in os tuū nō deficiēt de ore tuo / adest eū nomen tuū et munera tua accepta erunt super altare meū. ps. Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Deus qui nos ānua beati clemētis martyris tui atq̄ pontificis solennitate letificas: concede propicius vt cuius natalicia colimus: virtutē quoq̄ passionis imitemur Per dominū nostrum iesū. Memoria de sancta felicitate virgine.

Presta q̄s oƥs deus: vt btē felicitatis martyris tue solennia recensentes: meritis ipsius protegamur et precibus. Epistola. Ad philippenses. iiii.

Fratres. Rogo vos carissimi et desideratissimi: gaudiū meū et corona mea: sic state ī dn̄o carissimi Rogo euchodiā et synthicē dep̄cor idip̄z sapere ī dn̄o. Etiā rogo te germane

cōpar adiuua eas que mecū labora-uerunt in euangelio cuz clemente et ceteris adiutoribus meis. Quorum nomina sūt in libro vite. Gr. Iurauit dn̄s et non penitebit eum: tu es sacerdos ineternū: secundū ordinē melchisedech ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis. All'a. ℣. Iste sanctus digne in memoriā vertitur hoīm: qui ad gaudia transiit angelorū. Sequentia. Organicis canam⁹. In cōi fol'. iiii. Euāgeliū. Homo quidā nobilis. In cōi fol'. vi. Offer. Inueni dauid seruum meum: et in oleo sancto vnxi eū manus eniz mea auxiliabitur ei: et brachiū meum confortabit eum. Secreta.

Pro passiōe beati clemētis martyris tui atq; pontificis gratāter tibi dn̄e munus offerimus: quia sicut eū sentim⁹ in te viuere gloriosū sic p nobis interuenire confidimus. Per dominum nostrum iesuz xp̄m.

Alia secreta de sancta felicitate.

Munera tibi dn̄e p sancte felicitatis gloriosa solennitate deferimus obsecrātes: vt que nobis hui⁹ celebritatis effectum: & cōfessiōe dedicauit et sanguine: miseratiōis tue cōtinuū imploret auxilium. Cōio. Beatus seruus quē cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amē dico vobis: super oīa bona sua constituet eum. Postcōio.

Purificent nos dn̄e q̄sumus & diuini perceptio sacramenti: et gl'iosa deprecatio beati clemētis martyris tui atq; pontificis. Per dn̄m.

Alia postcōio de sancta felicitate.

Hec dn̄e sacramenta sumentes q̄sumus: vt intercedente beata felicitate martyre tua: vite eterne in nobis nutriant alimenta. Per d̄.

Sancti grisogoni mar. Officiū.

Gloria et honore coronasti eū: et cōstituisti euz super opera manuuz tuarum. ps. Dn̄e dominus noster: q̄ admirabile ē nomē tuum in vniuersa terra. Oratio.

Adesto dn̄e supplicatiōibus nostris: vt qui ex iniquitate nr̄a reos nos esse cognoscimus/beati grisogoni martyris tui intercessiōe liberemur. Per dn̄m. Ep'la. Beat⁹ homo qui inuenit. In cōi folio. i. Gr. Posuisti dn̄e super caput eius coronā de lapide precioso. ℣. Desideriū aīe eius tribuisti ei: et volūtate labiorū ei⁹ nō fraudasti eū. All'a. ℣. Beatus vir qui suffert tētationem: quoniā cū probatus fuerit accipiet coronam vite. Euangeliū. Qui vos audit me. In cōi fol'. v. Offer. Gloria et honore coronasti eū et constituisti euz super opera manuū tuarū domine. Secreta.

Munera nostra quesumus domine sereno vultu suscipe vt intercedente beato grisogono martyre tuo criminum nostrorum contagia cuncta expurgent. Per dn̄m nostrū iesum cristum filiū. Cōio. Posuisti domine in capite ei⁹ coronā de lapide precioso.

Annue quesumus Postcōio. domine: vt mysteriis tuis recreati: sancti quoq; grisogoni martyris tui semper muniamur auxiliis.

Sācte katherine virginis & martyris. Officium.

Me expectauerūt peccatores vt perderent me: testimonia tua dn̄e intellexi: omīs cōsummatiōis vidi finē latuz māda

tum tuū nimis. ps. Beati imaculati in via qui ambulāt in lege dñi. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus q̄ corpus glīose virginis tue katherine in mōteꝫ synai ab angelis deferri iussisti: cōcede q̄s: eius obtentu nos ad arcē virtutū prouehi: vbi visionis tue claritatem mereamur ītueri. Per d. Epl'a. Cōfitebor tibi. In cōi fo. xiiii. Gr. Specie tua ⁊ pulcritudine tua: intēde prospere pcede et regna. V. Propter veritatē ⁊ māsuetudinē et iusticiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. All'a. V. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regū et nō cōfūdebar dñe. Sequētia.

Odas hac i die letas: cristo canit omnis etas corde voce fidibus Omnē spectat ad etatē katherine dignitatē cumulare laudibus. Hec est illa costi nata: cui⁹ ortu decorata gloriaꝛ grecia. Hec est que mnā sibi datam: cristo reddit duplicatā oris eloquentia. Scolis vacans artes discēs altiora concupiscens: studet euangelio. Duo legens testamenta: vite vide alimenta: cristū in presepio. Cibo dulci refouetur quo plus gustat pl⁹ augetur: sanctuꝫ desiderium. Cibo conformatur isti: se configens cruci cristi currit ad martyriuꝫ. Rex hinc terret hinc blanditur: hec non timet nec lenitur: pre mentis constantia. Hinc terrores vt fauille/hinc res serui vel ācille: spernūtur vt vilia. Sapientes superantur credūt cristo flāmis dantur: sed nec perit fimbria. Carceratur virgo cesa: vilitatur fit illesa superum presentia. Quā regina dum solatur: ad certamen inuitatur fauet ouans coronatur certat die tertia. O colūba dum cibatur virgo rota fabricatur orat nexus dissipaꝛ: sternitur plebs impia. Tot triūphās in tormentis ad superna cum ducētis premittit porphiriū. Impetrato q̄cquid orat: ferit lictor lac irrorat ferientis gladiuꝫ. Corpus celitus sublatum est in syna tumulatum tumba manat oleum. Syna signis illustratur celum sibi gloriatur addi sydus aureum. Virgo sydus honestatis dux et decus ꝓbitatis: cristi reos maiestatis: cristo recōcilia. Vas virtutum via morum flos odoris odor florum nos tuere nos celorum transfer ad palacia. Euāgelium. Simile est regnū celorū thesauro. In cōi folio. xv. Off. Filie regū in honore astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta

Suscipe q̄sumus dñe propicius oblationes tuorum fidelium quas tibi in honore sancte katherine virginis tue ⁊ martyris hodierna solennitate letanter offerimus/sitqꝫ nobis ipsa intercedente per hoc sacrificium placatus adesto: vt nos et a periculis huius vite clementer eripias: et a peccatis omnibus miseratus absoluas. Per dominum. Coio. Simile est regnū celorum homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita: dedit omnia sua et comparauit eam. Postcōio.

Da quesumus domine per hec sancta que sumpsimus populo tuo salutem mentis et corporis: et intercedente beata katherina virgi-

ne tua et martyre in cuius honore le tamur: perpetuis cõsolatiõibus tuorum reple corda fidelium: vt diuina ꝓtectiõe releuati: et pia tibi deuotiõe complaceant: et tua semper beneficia cõsequantur. Per dñm. ¶ Sancti lini pape et martyris. Officiũ.

Sacerdotes tui domine induant iusticiam: et sancti tui exultent: ꝓpter dauid seruum tuum nõ auertas faciem cristi tui. Ps. Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Deus qui sanctam nobis huius diei leticiam pro commemoratione beati lini martyris tui atqꝫ põtificis fecisti: adesto familie tue ꝑcibus: et da/vt cuius hodie festa celebramus: eius meritis et intercessiõibus adiuuemur. Per. Epl'a. Omnis põtifex. In cõi fol. v. Gr. Inueni dauid seruũ meũ: oleo sancto vnxi euꝫ: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eum. All'a. ℣. Elegit te dominus sibi in sacerdotem magnum in populo suo. Euãgeliũ. Homo quidam nobilis. In cõi fol. vi. Offr. Inueni dauid seruum meum: et in oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Intende ꝓpici⁹ q̃s dñe oblata tibi hec munera ⁊ deprecatione beati lini martyris tui atqꝫ põtificis in cui⁹ ea cõmemoratiõe deferimus nosipsos eadẽqꝫ sanctifica. Per dñꝫ. Cõio. Beatus seruus quẽ cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amẽ dico vobis: sup oĩa bona sua cõstituet eũ. Postcõ.

Sumpsimus dñe in sancti martyris tui atqꝫ põtificis lini solennitate celestia sacramenta: cuius suffragiis q̃s largiaris: vt qđ temporaliter gerimus: eternis gaudiis consequamur. Per dominũ ⁊c.

¶ Explicit sanctorale.

¶ Quisquis in hoc presso diuina volumine tractas.
Pro impressore te rogo fũde preces.

¶ Sequũtur quedã regule secundũ paruum cõpotuꝫ ecclesie romane cũ multis aliis documentis.

Compotus est talis ꝓprie dict⁹ manualis. Pro littera dñicali A b c sũt extra. g. supra. d e f manẽt infra. Pro ãnis dñi habẽ dis. Octobis ex centum: remanẽt ex mille viginti. ℣. Fili⁹ esto dei celũ bonus accipe gratis. Pro bysexto. Bysextũ sexte martis tenuere kalende. Posteriori die celebrant̃ festa mathie Sabbata si teneant ibi nõ alibi celebrant̃ Pro cõcurrẽte. A sex: b quiqꝫ: c quattuor: e duo: d tres. Prim⁹ cõcurrens est f: l'ra septim⁹ est g. Pro numero dierũ cuiuslibet mẽsis. Junius aprilis septẽber ⁊ ipse nouẽber. Dant triginta dies reliquis supadditur vn⁹ De quoꝝ numero februarius excipiatur. Nãqꝫ quatter septẽ fert habere dies. Sed cũ bysext⁹ fuerit superaddit vnus. ¶ De septẽ planetis. Sol ven⁹ mar. luna saturnus iupiter et

mars. Quot nonas ydꝰ et kalē. Sex maius nonas october iulius & mars Quattuor et reliqui tenet ydus quilibet octo. Inde dies reliquos omnes dic esse kalendas.

¶ De duodecim signis.

Est aries thaurus gemini cancer leo virgo. Libraqꝫ scorpius architenens capricornus & vrna. Cui tenet et pisces sita sunt hec ordine signa. Semper quindenis ponūtur signa kalendis. ¶ De numero aureo. Aureus hic numerus hūis versibus est manifestus. Ternus vndin nod octo sex quinqꝫ tred ambo decem doct. ꝟ. Septē quind quater dud: iota nouē dest sextus quat. ¶ Pro situatione. Est sine dui febru sine to prꝫl. iuniꝰ augꝰ. October sineqꝫ bo: vultqꝫ december abesse. ¶ Pro lunatione embolismali. Embolismalis lunatio semp erit par. Impare par ipar pare fit lunatio mense: illiꝰ est mēsis cui dat lunatio finē. ¶ Pro clauibus Primula g iani supremaqꝫ: gqꝫ secūda. Martis et aprilis g tertia: gqꝫ suprema.

¶ Pro aduentu. Andree festo vicinior ordine quo vis. A aduentuꝫ dñi prima colit feria. Si cadat in luceꝫ dñi celebratur ibidem. ¶ Pro indiccionibus. Si per quindenos dñi diuiseris annos. Hūis tres adiunges indicio sit tibi presens. Dant centū gentes tibi mille decē quoqꝫ reddit. Dñi reddit october indicio fit noua semp Quattuor atqꝫ tribus ipsi prelata diebus. ¶ Pro diebus egris. Augurio decies audito lumine clangor. Linqt olens abies colit colꝰ fercula gallꝰ

¶ Pro solsticiis Hec duo solstitia faciunt cancer capricornus. Sed noctes equant aries cum libra diebus. ¶ Pro obseruatiōe ieiunioꝝ. Petrꝰ et andreas paulꝰ cum symone iudas Et ieiunemꝰ nos admonet atqꝫ matheus. Fiat dñi pēthe. qꝫ iohan. lau. sumptio sancta. Sed cū pdictis addes sanctos simul omnes. Hoꝝ vigiliis ieiunes luceqꝫ marci. Pro quattuor tpibus. Post penth. cru. lu ci. scio quattuor tpa āni. Pro festis mobilibus iueniēdis. Post epy. tres pri tres di. pasch. dñi fit. In septuagesi. tres sunt dñice. Cir. Esto. Exurge. In quadragesima sex. In reo. le. iu. do. In tempore paschali sex. Re. qua. mi. iu. can. vo. Lune post rogationes celebrātur Iouis sequēs ascensio dñi. Secunda dñica post celebrat penthe. Et in oct. festū sanctissime trinita. estiualis. Et iouis sequeñ. festum sanctissimi sacramenti. Et dñica primior aduentu festuꝫ trini. hiemalis. Et inter illa festa trinita. celebrantur hystorie. Versus p hystoriis fiendis. India dat bursas auratas ad data clausas. Nota qꝫ sunt septem hystorie post trinitatem estiualem que sunt celebrāde infra trinita. hyemalē. i. est Deus oīum. ii. In principio. iii. Si bona. iiii. Peto dñe v. Adonai. vi. Adaperiat. vii. Vidi dñm. Quelibet hystoria habet tot dñicas quota est in ordine alphabeti cuiuslibet dictionis huius versus. India dat. vt supra.

Finis.

¶ Incipit cõmune sctõꝝ. In vigilia vnius apl'i siue euangeliste. Offm.

Ego aũt sicut oliua fructificaui in domo dñi: sperauí in misericordia dei mei et expectabo nomen tuũ quoniã bonum est ante cõspectuꝫ sanctoꝝ tuorũ. ps. Quid gloriaris in malicia: qui potens es in iniquitate. Oratio.

Quesumus omnipotens deus: vt nostra deuotio que natalicia beati. N. apostoli tui antecedit: patrocinia nobis intercessione eius accumulet. Per dñz. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xlv.

Benedictio dñi super caput iusti: ideo dedit illi hereditatem et diuisit illi partẽ in tribubus duodecim: ⁊ inuenit gratiã in cõspectu oĩs carnis. Et magnificauit eum in timore inimicoꝝ: et in verbis suis mõstra placauit. Glorificauit eũ in cõspectu regum: et ostendit illi gloriaꝫ suam. In fide et lenitate ipsi⁹ sanctũ fecit illũ: et elegit eũ ex omni carne. Et dedit illi cor ad precepta et legeꝫ vite et discipline: et excelsum fecit illum. Statuit ei testamentũ eternũ et circuncinxit eũ zona iusticie. Et induit eũ dñs: corona glorie. Lectio libri sapientie. Prouerbiorum. iii.

Beatus homo qui inuenit sapiẽtiam: et qui affluit prudentia. Melior est acq̃sitio eius negociatione argenti ⁊ auri/ primi ⁊ purissimi fructus ei⁹. Preciosior est cũctis opibus sapiẽtia: ⁊ oĩa que desiderantur/ huic nõ valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius: et in sinistra illius diuitie et gloria. Vie eius vie pulchre: et omnes semite illi⁹ pacifice. Lignuꝫ vite est hiis qui apprehenderint eam: ⁊ qui tenuerit eã beatus. Dñs sapientia fundauit terrã: stabiliuit celos prudentia. Sapientia illius eruperũt abyssi: ⁊ nubes rore cõcrescũt. Gr. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandũ mane misericordiã tuã: et veritatem tuam per noctem. ¶ Si dominica fuerit dicatur vnum. All'a. de cõmuni apostoloꝝ.

Secundum iohannem. xv.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera/ et pater meus agricola est. Omnem palmiteꝫ in me nõ ferentẽ fructum: tollet eũ. Et oẽm qui fert fructũ purgabit eum: vt fructũ plus afferat. Jam vos mũdi estis ꝓpter sermonẽ queꝫ locutus sum vobis. Manete in me et ego ĩ vobis. Sicut palmes non potest ferre fructũ a semetipso/ nisi mãserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis vos palmites. Qui manet in me et ego in eo: hic fert fructum multũ quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes/ et arescet: et colligent eum/ et in ignem mittent et ardet. Si manseritis in me: et verba mea in vobis manserint: quodcũq; volueritis petetis: et fiet vobis.

Secundum iohannem. xv.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Ego suꝫ vitis vos palmites. Qui manet in me et ego

in eo: hic fert fructum multū: q2 si-
ne me nichil potestis facere. Si qs
in me nō māserit: mittet foras sicut
palmes & arescet: et colligent eum et
in ignem mittēt et ardet. Si manse
ritis in me: & verba mea i vobis mā-
serint: quodcunq3 volueritis petetis
et fiet vobis. Offer. Gloria et honore
coronasti eū et constituisti eum super opera
manuū tuarum domine. Secreta.

Accepta tibi sit dn̄e nostre deuo
tiōis oblatio: et ad apostolicā
puriores nos faciat venire festiuita-
tē. p. Prefatio quotidi. Coio. Ma-
gna est gloria eius in salutari tuo: gloriā et
magnū decorē ipones sup eū dn̄e. Post cō.

Presta nobis eterne largitor ei9
vbiq3 pia protegi oratione cu-
ius natalicia p hec sancta q̄ sumpsi-
mus/ votiuo puenim9 obsequio. p.

In die vnius apl'i. Ad missam.

Michi autē nimis honorati
sunt amici tui deus nimis
cōfortatus est principatus
eorū. In tp̄e paschali. All'a. ps. Dn̄e
pbasti me & cognouisti me: tu cognouisti ses
sionē meā et resurrectionē meam. Oratio

Exaudi dn̄e populū tuum cum
sancti apl'i tui N. patrocinio
supplicātē: vt tuo semp auxilio mu-
nitus: secura tibi possit deuotiōe ser-
uire. Per. Ad ephesios. ii.

Fratres. Jam nō estis hospites
et aduene: sed estis ciues san-
ctorū et domestici dei/ superedificati
super fūdamentū apl'oꝝ & pphetaꝝ
ipso sūmo angulari lapide cristo iesu
In quo oīs edificatio constructa: cre
scit in tēplū sanctū in dn̄o. In quo et
vos coedificamini i tabernaculū dei
in spū sctō. Lectio actuū apl'oꝝ. v.

In diebus illis. Per manus apl'o
rū fiebāt signa et pdigia mul
ta i plebe: et erāt vnanimiter oēs in
porticu salomonis. Ceteroꝝ autem
nemo audebat cōiūgere se illis: s3 ma
gnificabat eos populus. Magis au
tem augebat credētiū in dn̄o multi-
tudo viroꝝ ac mulierū: ita vt in pla
teas eiicerēt infirmos: & ponerent in
lectulis ac grabatis/ vt veniēte petro
saltem vmbra illius obūbraret quēq̄
illorū/ & liberarent oēs ab infirmita-
tibus suis. Cōcurrebat aūt multitu
do vicinarū ciuitatū in hierusalē: af
ferentes egros et vexatos a spiritib9
immūdis: qui curabātur oēs. Gr.
Nimis honorati sunt amici tui de9:
nimis cōfortatus est principat9 eo-
rū. V. Dinumerabo eos: et super arenā
multiplicabūtur. Gr. In oēm terrā
exiuit son9 eorū: et in fines orbis ter-
re vba eoꝝ. V. Celi enarrāt gloriā dei et
opa manuū ei9 ānūciat firmamētū. Gr.
Cōstitues eos principes sup oēs ter-
ram: memores erūt nois tui dn̄e. V.
Pro patrib9 tuis nati sūt tibi filii: ppterea
ppl'i cōfitebūtur tibi. All'a. V. Nimis ho-
norati sūt amici tui de9: nimis cōfortat9 ē pri
cipat9 eorū. All'a. V. In oēs terrā exiuit so
nus eorū: & i fines orbis terre vba eorū. All'.
V. Per man9 aūt apl'orū fiebāt signa et p
digia multa i plebe. All'a. V. Nō vos me
elegistis sed ego vos elegi & posui vos vt ea
tis et fructū afferatis & fructus vr̄ maneat.

Infra septuagesimam tractus.

Beatus vir q̄ timet dn̄ꝫ: i mādatis ei9
cupit nimis. V. Potens i terra erit

semen eius generatio rectorũ benedicet. ℣.
Gloria et diuitie in domo eius et iusticia ei⁹
manet in seculũ seculi. Sequentia.

Clare sanctorũ senatus apl'orũ
princeps orbis terrarũ rectorꝫ
qꝫ regnorũ. Ecclesiarũ mores & vitã
moderare. Qui per doctrinã tuã fi
deles sunt vbiqꝫ. Antiochus & rem⁹
cõcedũt tibi petre regni soliũ. Tyrã
nidem tu paule alexãdrinã inuasisti
greciaꝫ. Ethiopes horridos mathee
agnelli vellere Qui maculas nesciat
aliquas vestisti cãdido. Thoma bar
tholomee iohannes philippe symon.
Jacobiqꝫ pariles andrea thadee dei.
Bellatores incliti. En vos oriens et
occidẽs. Jmo tres mũdi circul⁹. Se
patres habere gaudent & expectãt iu
dices. Et icciro mũdus oĩs laudes
vobis et honorem sanctis debitũ sup
plex impendit. Sequentia.

Alleluya nunc decãtet vniuersa
lis ecclesia. Extollendo laude
celsa apl'orũ p̃conia. Quorꝫ pñceps
per crucẽ scãdit petrus alta poli cul
mina. Doctor orbis triũphat sub ne
rone vrbe in romulea. Crux andree
digna cõfert premia Jacobus vterqꝫ
nitet laurea. Egeas illũ: hos iudai
ca gens transmisit ad ethera. Sunt
matheo sũt iohãni collata Duo clara
gratiaruꝫ munera. Hirtacus illum
necat hunc suas iesus vocat ad epu
las. Philippus cristi gratia docẽs p̃
dicat in scithia. Thomas cõlossus lã
cea cursum cõsummat in india. Sy
mon et iudas dũ sacra persis ostẽdũt
monita. Fusus sanguis ãbos stola
plustrauit purpurea. Bartholome⁹
dat indis vite dogmata. Mathie cul
men dedit sors apl'ica. Plaudat ergo
tellus plaudat celorꝫ curia. Et hac
die sacra plaudat p̃sens familia. Ho
norãdo sacroscã apl'orꝫ merita. Hic
sunt cãdelabra ante deũ lucentia. Hi
p̃lati cella sũmi regis in curia. Hi sal
terre hi lux mundi/hi clara celi lumi
na. Jã palma/iã corona: iam pmis
sa olim mẽsa illis est apposita. O q̃
ta q̃ preclara iam iocunda celebrant
illorum solennia. His nostra sint so
lẽnia. Sint vota sint p̃conia. Sint
grata laudunt carmina.

Secundum iohannem. xv.

In illo tp̃e. Dixit iesus discipu
lis suis. Hec mãdo vobis vt di
ligatis inuicẽ. Si mũdus vos odit:
scitote qꝛ me priorẽ vobis odio habu
it. Si de mũdo fuissetis mundus qđ
suũ erat diligeret. Quia vero de mũ
do nõ estis: sed ego elegi vos de mun
do: propterea odit vos mũdus. Me
mẽtote sermõis mei quẽ ego dixi vo
bis: nõ ẽ seru⁹ maior dñõ suo. Si me
psecuti sũt: et vos psequẽtur. Si ser
monẽ meũ seruauerũt: et vestrũ ser
uabũt. Sed hec oĩa facient vobis p
pter nomẽ meũ: qꝛ nesciũt eũ qui mi
sit me. Si nõ venissem & locut⁹ fuis
sez eis: pctm̃ nõ haberẽt. Nũc aũt ex
cusationẽ nõ habẽt de pctõ suo. Qui
me odit/& patrẽ meũ odit. Si opera
nõ fecissem in eis q̃ nemo alius fecit
peccatũ nõ haberent. Nũc autẽ et vi
derũt & oderũt et me & patrẽ meum.
Sed vt adimpleat' sermo qui in lege
eorꝫ script⁹ ẽ: qꝛ odio habuerũt me gra
tis. Secundum matheum. x.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. Cauete autem ab hoībus. Tradent enī vos in cōsiliis: et in sinagogis suis flagellabunt vos: & ad presides & ad reges ducemini propter me in testimoniū illis et gentibus. Cū aūt tradent vos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autē frater fratrem in mortem: et pater filiuz: et insurgent filii in parētes/et morte eos afficiēt. Et eritis odio oībus hoībus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsqz in finem: hic saluus erit.

Secundum matheum. xix.

In illo tēpore. Dixit symō petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus oīa et secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis: Jesus autem dixit illis. Amē dico vobis: q̄ vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hoīs in sede maiestatis sue/sedebitis et vos sup sedes duodecim/iudicātes duodecim tribus israel. Et oīs qui reliquerit domuz/ vel fratres/aut sorores/aut patrem/aut matrem/aut vxorem: aut filios: aut agros propter nomen meū: cētuplū accipiet & vitā eternam possidebit.

Secundum matheum. xvi.

In illo tp̄e. Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quez dicūt hoīes esse filiū hominis: At illi dixerunt. alii iohānem baptistā: alii aūt helyā: alii vero hieremiā/aut vnū ex pphetis. Dicit illis ies⁹ Vos autē quē me esse dicitis: Respōdens autem symō petrus/dixit. Tu es cristus filius dei viui. Respondens aūt iesus/dixit ei. Beatus es symon bariona quia caro et sanguis nō reuelauit tibi: sed pater me⁹ qui in celis est Et ego dico tibi: q: tu es petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meā. Et porte inferi nō preualebūt aduersus eā. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Et qd̄cūqz ligaueris sup terrā erit ligatū et in celis. Et quodcūqz solueris super terrā erit solutuz et in celis. Scd̄m lucam. xxii.

In illo tp̄e. Facta est contentio inter discipulos iesu: q̄s eoruz videret esse maior. Dixit aūt eis. Reges gentium dn̄antur eorū: & qui potestatē habēt supeos/benefici vocant Vos aūt non sic. Sed q̄ maior est in vobis/fiat sicut iunior. Et qui precessor est sicut ministrator. Nā quis maior est qui recumbit an qui ministrat: Nōne qui recūbit: Ego aūt in medio vestrū sum: sicut qui mīstrat. Vos autez estis qui permāsistis mecum in tētationib⁹ meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnū: vt edatis et bibatis super mensam meā in regno meo: et sedeatis super thronos: iudicantes duodecim trib⁹ israel. Offꝛ. In oēm terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Offꝛ. Constitues eos

principes sup oẽm terrã: memores erũt nois tui in omni ꝓgenie et generatione. Offr. Michi aũt nimis honorificati sũt amici tui deus nimis cõfortatus est principatus eorũ In tpe paschali. Alla. Secreta.

Beati apl'i tui N. dñe solẽnia recensentes qs: vt eius auxilio tua beneficia capiamus: ꝑ quo tibi hostias laudis offerim⁹. Per d. Prefatio. Et te dñe. Coio. Uos qui secuti estis me: sedebitis sup sedes iudicãtes duodecĩ trib' isrl: dicit dñs. In tpe pas. alla all'.

Tuere nos misericors (Postcõ. deus per hec sctã q̃ sũpsimus: ⁊ beati apl'i tui N. cui⁹ natalicia celebram⁹ semper guberna ꝑsidiis. Per

¶ In natali vnius euãgeliste. Offi.

Os iusti meditabitur sapiẽtiã et lingua eius loquet iudiciũ/ lex dei eius in corde ipsi⁹. Ps. Noli emulari in malignãtibus neq3 zelaueris faciẽtes iniq̃tatẽ. Orõ.

Interueniat ꝑ nobis dñe q̃s sãctus tuus N. euãgelista: qui crucis mortificationẽ iugiter in suo corpore ꝑ tui nois honore portauit. Per. Lectio ezechielis ꝓphete. i.

Similitudo vult⁹ quattuor aĩalium: facies hois et facies leonis a dextris ipsorum quattuor. Facies aũt bouis a sinistris ipsorũ quattuor Et facies aquile desuper ipsoꝝ quattuor. Et facies eoꝝ ⁊ penne eorũ extente desuper. Due penne singuloꝝ iungebantur: et due tegebãt corpora eorum. Et vnũquoq3 eorũ corã facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spũs illuc gradiebantur/ et non reuertebant cum ambularent.

Et similitudo aĩaliũ et aspectus eorum quasi carbonũ ignis ardẽtium et quasi aspectus lãpadarũ Hec erat visio discurrẽs i medio aĩaliũ. Splẽdor ignis/ ⁊ de igne fulgur egrediẽs. Et aĩalia ibãt et reuertebãtur: in similitudinem fulguris coruscantis. Gr. Os iusti meditabit sapiẽtiã: ⁊ ligua eius loquet iudiciũ. V. Lex dei eius in corde ipsi⁹: ⁊ nõ supplãtabunt gressus ei⁹. Alla. V. Primus ad syõ dicet ecce assũ: et hierl'm euangelistam dabo. Sequentia.

Laus deuota mente choro cõcinnente xp̃o sit cum gloria. Qui euãgelistas veri dogmatistas isignivit gratia. Quiq3 suo more luce3 ex fulgore dat per orbis climata. Tales dñ elegit per quos ia3 subegit hereses et scismata. Hi bis bini fõtes valles atq3 mõtes irrigãtes flumine. Orti paradiso mũdu3 in diuiso illustrãtes famine. Illos per bis bina visio diuina signat aĩalia. A q̃busda3 visa formis tũc diuisa gestu sed equalia. Pẽnis decorata terris eleuata cu3 rotis euntia. Facie serena oculoru3 plena verbi dei annuncia. In his possũt cerni anuli quaterni q̃bus archa vehit. Quorũ dogma sanũ ꝑ samaritanu3 circũquaq3 seritur. Tali quasi plaustro mulier ab austro salomonẽ odiit In hac seu quadriga agnus est auriga qui pro nobis abiit. Istis in bis binis caput est ⁊ finis crist⁹ cõplẽs omnia. Horum documentis horum instrumẽtis floret stat ecclesia. Horu3 nos precatu mortis a reatu: soluat christi gratia. Horu3 vt doctrina virtus nos diuina ducat ad celestia. A.

Secundum lucam. x.

In illo tpe. Designauit dñs et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciē suā i oēm ciuitatē & locū quo erat ipe venturus. Et dicebat illis. Messis qdē multa oparii aūt pauci. Rogate ergo dñm messis: vt mittat oparios in messez suā. Ite. Ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculuz neqz perā neqz calciamēta: et neminē p viā salutaueritis. In quancūqz domū itraueritis primū dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit fili9 pacis: requiescet sup illū pax vr̃a. Sin autē ad vos reuertet. In eadē aūt domo manete: edētes & bibentes: q̄ apō illos sunt. Dign9 est em̄ opari9 mercede sua. Credo. In tpe pas. Euāg. Ego sū vitis vera. vt̃s fo. i. Offr̃. Posuisti domine in capite eius coronā de lapide pcioso: vitā petiit a te: tribuisti ei all'a. Et finiat cū All'a. quādocūqz dicit extra septuagesimam. Secreta

Donis celestibus da nobis q̄sumus dñe libera mente seruire vt munera q̄ deferimus: interueniēte beato N. euāgelista: et medicinaz nobis operent: et veniā Per. Prefatio. Et te dñe. Nō dr in hac prefatione Per btōs euāgelistas. sz Per beatos apl'os. Cōio. Magna est glia eius i salutari tuo: gloriā et magnū decorez impones super eum domine. Postcōio.

Presta q̄s ops deus: vt id qd̄ de sancto altari percepim9: pcibus beati euangeliste tui N. saluificet aīas nostras per qd̄ semp tuti esse possumus. Per dominum nostruz.

In natali vni9 marty. Officiuz.

Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani mltiplicabit: plātat9 i domo dñi in atriis domus dei nostri. Ps. Bonū est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime.

Aliud.

Iust9 nō cōturbabit qz dñs firmat manuz ei9 tota die miseret & cōmodat: & semē ei9 i bñdictiōe erit: i eternū cōseruabitur. Ps. Noli emulari in malignātib9: neqz zelaueris facientes iniquitatē. Aliud.

Gloria & honore coronasti eū et cōstituisti eū super opera manuum tuaruz. Dñe dñs noster: q̄ admirabile ē nomē tuū in vniuersa terra.

Aliud.

In virtute tua domine letabitur iustus & sup salutare tuum exultabit vehementer: desideriū aīe ei9 tribuisti ei. Ps. Dñe preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Aliud.

Letabitur iustus i dño & sperabit in eo: et laudabūtur oēs recti corde. In tpe paschali all'a all'a. Ps. Exaudi de9 orationem meam cū deprecor a timore inimici eripe animam meam.

Aliud.

Protexisti me deus a cōuentu malignātiū all'a a multitudine operātiū iniquitatem: all'a all'a. Ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Adesto dñe supplicatiōibus nostris: et intercessione beati N

martyris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impendet. Per dominum nostrum iesum cri.

Lectio libri sapiē. Eccl. xxiiii. ꝛ xv.

Beatus vir q̄ in sapientia morabitur: ꝛ q̄ in iusticia meditabitur: ꝛ in sensu cogitabit circūspectionē dei. Cibauit illū pane vite ꝛ intellect⁹: ꝛ aqua sapientie salutaris potabit illū. Et firmabit in illo et nō flectetur: ꝛ cōtinebit illū/et nō cōfūdet: ꝛ exaltabit illū apud proximos suos. Et nomine eterno hereditabit illū: dn̄s deus noster. Ad ephesios. i.

Fratres. Bn̄dictus de⁹ ꝛ pater dn̄i nostri iesu xp̄i: q̄ benedixit nos in oī bn̄dictiōe spūali in celestib⁹ in xp̄o: sicut elegit nos in ipso an̄ mūdi cōstitutionē: vt essemus scti et immaculati in cōspectu eius in caritate Qui predestinauit nos in adoptiōez filiorū per iesū xp̄m in ipsum scd̄m ꝓpositū voluntatis sue in laudē gratie sue i qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redēptionē per sanguinē ei⁹ remissionē pctōꝝ secūduz diuitias gr̄e sue q̄ superabūdauit in nobis. Per iesū xp̄m dn̄m nr̄m

Lectio libri sapientie. Eccl'ia. xxxi.

Beatus vir q̄ inuēt⁹ est sine macula: ꝛ qui post auruz nō abiit nec sꝑauit i thesauris pecunie. Quis est hic ꝛ laudabim⁹ eū? Fecit eīm mirabilia in vita sua. Qui ꝓbatus est i illo: ꝛ ꝑfect⁹ inuētus est ꝛ erit illi gl'ia eterna Qui potuit trāsgredi ꝛ nō est trāsgressus: ꝛ facere mala et nō fecit Ideo stabilita sūt bona illi⁹ in dn̄o: et elemosinas illi⁹ enarrabit: oīs eccl'ia sanctoꝝ. Ad thimotheū. ii. iiii.

Carissime. Testificor coraz deo et iesu xp̄o qui iudicaturus est viuos ꝛ mortuos: ꝛ ꝑ aduētū ipsi⁹ et regnū ei⁹. Predica verbū: insta oportune iportune. Argue/obsecra/increpa in oī patiētia ꝛ doctrina Erit eīm tēp⁹ cū sanā doctrinā nō sustinebūt: sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros pruriētes aurib⁹. Et a veritate q̄dem auditū auertēt: ad fabulas aūt ꝯuertent. Tu vero vigila/in oīb⁹ labora: op⁹ fac euāgeliste: ministeriū tuū iple: sobri⁹ esto. Ego eī iā delibor: ꝛ tp̄s mee resolutōis istat. Bonū certamē certaui: cursū cōsummaui: fidē seruaui. De reliquo reposita est michi corona iusticie/quaz reddet michi dn̄s in illa die iust⁹ iudex. Nō solū aūt michi: sz ꝛ his qui diligunt: aduētum eius. Ad timotheū. ii. ii.

Carissime. Nemo militās deo/iplicat se negociis secularibus vt ei placeat cui se ꝓbauit. Nam ꝛ q̄ certat in agone nō coronabitur: nisi q̄ legitime certauerit. Laborātē agricolā: oportet primū de fructib⁹ accipe Intellige que dico dabit eīm tibi dn̄s i oībus intellectū. Memor esto igitur iesū xp̄m resurrexisse a mortuis ex semine dauid scd̄z euāgeliū meū/i quo laboro: vsq₃ ad vicula: quasi male operās: sed v̄bū dei nō est alligatū. Ideo oīa sustineo ꝑpter electos: vt ꝛ ipsi salutē consequanī: q̄ est in xp̄o iesu: cū gl'ia celesti. Ad galathas. v.

Fratres: Cōfido in vobis in dn̄o q̄ nichil aliō sapietis. Qui autē ꝯturbat vos: portabit iudiciū qui-

cunqꝫ est ille. Ego aūt fratres si cir-
cūcisionē adhuc predico: quid adhuc
persecutionē patior? Ergo euacua-
tum est scandalū crucis. Utinā et ab
scindātur q̄ vos cōturbāt. Quicūqꝫ
enī volūt placere in carne: hi cogunt
vos circūcidi tantū: vt crucis xp̄i per
secutionē nō patiātur. Neqꝫ enī qui
circūcidunt legē custodiūt: sed volūt
vos circūcidi: vt in carne vestra glo-
riētur. Michi aūt absit gloriari nisi
in cruce dn̄i nostri iesu xp̄i. Per quē
michi mundus crucifixus est: et ego
mūdo. Gr. Posuisti dn̄e sup caput
eius: coronā de lapide p̄cioso. ℣. De-
siderium aīe ei⁹ tribuisti ei: et volūtate labiorū
eius non fraudasti eū. Gr. Btūs vir q̄
timet dn̄m: in mādatis eius cupit ni
mis. ℣. Potēs in terra erit semē ei⁹ gene-
ratio rectorū benedicet. Gr. Justus nō
conturbabit qꝛ dn̄s firmat manum
eius. ℣. Tota die miseretur et cōmodat: et
semen eius in benedictione erit. Gr. Ju-
stus vt palma florebit: sicut cedrus li
bani multiplicabitur i domo dn̄i. ℣.
Ad annūciandū mane misericordiā tuā: et ve
ritatē tuā p noctē Alla. ℣. Posuisti dn̄e su
per caput ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. Alla.
℣. Letabitur iust⁹ in dn̄o et sperabit in eo: et
laudabūtur oēs recti corde. Alla. ℣. Bea
tus vir qui suffert tētationē: qm̄ cum pro-
batus fuerit accipiet coronā vite. Alla. ℣.
Beatus vir qui timet dominū: in mādatis
eius cupit nimis. Alla. ℣. Gloria et hono
re coronasti eū dn̄e: et cōstituisti eū super ope
ra manuum tuarum. Alla. ℣. Just⁹ nō cō
turbabit qa dn̄s firmat manū ei⁹. Seqn̄.
Organicis canam⁹ modulis nūc
M. solēnia. Omnigenis dn̄o
vocibus reddētes odas debitas. Qui
in suis sāctis mirabilis nimis multi-
plici virtutū flore eosdem decorat ac
mirifice adornat. Nā et in ipsis qua
si in q̄busdā musicis instrumētis di-
gito proprio fides agitat fides virtu
tum sonora. Has numerose pcurrēs
singulas. Permiscet sigulis dyates-
serō mellifluā melodiā. Quā gene-
rat virtutū mater illa. Que aliis de
center cōposita reddit suauē simpho
niā. Qua sine cūcta. Fiūt dissona.
Necnō et friuola. Qua cū oīa. Fiūt
consona. Necnō vtilia. Qua iusti be
ne. Morati rite. Petētes excelsa po-
li sidera Alacres decātāt noua cātica
i cythara treicia Quorū agētes festa
gloria mereamur in celesti patria.
Desideriū aīe ei⁹ tribuisti (Tract⁹
ei: et voluntate labiorū eius nō frau-
dasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in
benedictōe dulcedinis. ℣. Posuisti super ca
put eius coronam de lapide precioso.
Secundum iohānem. xii.
In illo tēpore. Dixit iesus disci
pulis suis. Amen amen di-
co vobis: nisi granū frumenti cadēs
in terra mortuū fuerit: ipsū solū ma
net. Si autē mortuum fuerit: mul
tum fructū affert. Qui amat aīam
suā pdet eā. Et qui odit animā suā
in hoc mūdo: in vitā eternā custodit
eam. Si quis michi ministrat me se
quatur. Et vbi sū ego: illic et mini-
ster me⁹ erit. Si q̄s michi ministra
uerit. honorificabit eū pater me⁹: q̄
est in celis. Scd̄m lucam. x.
In illo tempore. Dixit iesus di
scipulis suis. Qui vos audit

Et qui vos spnit: me spernit. Qui autē me spernit: spernit eū q̄ me misit. Reuersi sūt aūt septuagita duo: cū gaudio dicentes. Dn̄e: etiā demonia subiiciūtur nobis ī noīe tuo. Et ait illis. Videbā sathanaz sicut fulgur de celo cadētem. Ecce dedi vobis potestatē calcandi supra serpentes & scorpiones: et supra oēm virtutem inimici: et nichil vobis nocebit. Verūtamen in hoc nolite gaudere: quia spūs vobis subiiciūtur. Gaudete aūt q2 noīa vestra scripta sūt in celis. ¶ Scdm matheum. xvi.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Si quis vult post me venire: abneget semetipsū / et tollat crucem suā / & sequatur me. Qui eni voluerit animā suā saluā facere: perdet eā. Qui aūt perdiderit aīam suā propter me: īueniet eā. Quid eniz p dest hoī si vniuersum mundū lucretur: anime vero sue detrimentū patiatur? Aut quā dabit homo cōmutationem pro aīa sua? Filius eni hominis vēturus est in glīa patris sui cū angelis suis: et tūc reddet vnicuiq3 scdm opera eius. Amē dico vobis sunt q̄dā de hic stantibus qui nō gustabunt mortem: donec videāt filiū hominis venientem in regno suo.

Secundum lucam: xiiii.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Si quis venit ad me et nō odit patrē suū et matrē et vxorem et filios et fratres et sorores: adhuc autē et aīam suā: non potest meus esse discipulus. Et qui nō baiulat crucem suam & venit post me: nō potest esse meus discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim edificare: nonne prius sedens computat sumptus qui necessarii sūt: si habeat ad perficiēdū: nec postea q̄ꝑ posuerit fundamentū: et nō potuerit pficere oēs qui viderint incipiāt illudere ei / dicētes: quia hic homo cepit edificare: et nō potuit cōsummare? Aut q̄s rex iturus cōmittere bellū aduersus aliū regem: nonne pri9 sedēs cogitat si possit cum decem milib9 occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin: adhuc illo longe agente legationem mittens: rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnib9 que possidet: nō potest meus esse discipulus.

Secundum matheum. x.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Nichil opertū qd̄ nō reueletur: et occultum qd̄ nō sciatur. Qd̄ dico vobis in tenebris: dicite in lumine: & qd̄ in aure auditis predicate super tecta. Et nolite timere eos q̄ occidūt corp9: aīam aūt nō possūt occidere. Sed potius eū timete: q̄ potest et animam et corpus perdere in gehēnā. Nōne duo passeres asse veneunt: et vnus ex illis nō cadet sup terram sine patre vestro. Vestri aūt et capilli capitis: oēs numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui cōfitebit me corā hoībus: cōfitebor et ego eū corā patre meo: q̄ est in celis. In tp̄e paschali. Euangeliū. Ego sū vitis vera. vt supra folio. i. Offer. In virtute tua domīe letabitur iu-

stus et super salutare tuũ exultabit vehemẽter: desideriũ anime eius tribuisti ei. In tpe paschali all'a all'a. Offer. Posuisti domine in capite ei9 coronã de lapide precioso: vitã petiit a te et tribuisti ei all'a. Et finiatur cũ all'a. quãdocũqz dicit': nisi ĩfra septuagesimã. Offer. Iustus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. In tpe paschali All'a. Offertoriũ. Cõfitebũtur celi mirabilia tua dñe et veritatẽ tuã in ecclesia sanctorũ all'a all'a. Offer. Gloria et honore coronasti eũ et constituisti eum super opera manuũ tuarum domine. Secreta

Presẽtia munera dñe quesum9 serena pietate intuere vt sancti spiritus perfundãtur benedictione: quatenus illã validius in nostris cordib9 dilectionẽ infundãt: per quã sanctus N. martyr tuus oĩa corporis tormẽta deuicit. Per do. In vnitate eiusdẽ. Cõio. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucẽ suã et sequat' me. Cõio. Qui michi ministrat me sequatur: et vbĩ ego sum illic et minister meus erit. Cõio. Posuisti domine in capite eius coronã de lapide pcioso. In tpe paschali. All'a all'a. Cõio. Letabitur iustus in dño et sperabit in eo: et laudabuntur oẽs recti corde. In tpe paschali all'a all'a Cõio. Ego sum vitis vera et vos palmites. qui manet in me et ego in eo: hic fert fructũ multũ all'a all'a. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã et magnũ decorẽ impones sup eum domine. Postcõio.

Quos refecisti domine celesti misterio ab omnibus quesum9 ppiciatus absolue delictis: vt ĩtercedẽte beato N. martyre tuo diuino munere purificatis mentibus perfruamur. Per dñm. ¶ In natali vnius martyris et pontifi. Oratio.

Deus qui sanctã nobis hui9 diei leticiã p cõmemoratione beati martyris tui N. atqz põtificis fecisti adesto familie tue precib9: et da vt cuius hodie festa celebramus: ei9 meritis et intercessiõibus adiuuemur. p. Ad hebreos. v.

Fratres: Oĩs põtifex ex hoĩbus assumptus p hoĩbus cõstituitur in his que sunt ad deũ: vt offerat dona et sacrificia p peccatis. Qui cõdolere possit his qui ignorant et errãt qm̃ et ipse circũdatus est infirmitate. Et propterea debet queãdmodũ et pro pplo: ita et pro semetipso offerre p peccatis. Nec quisq̃ sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanq̃ aaron quemadmodũ scriptuz est. Tu es sacerdos ineternum: secundũ ordinem melchisedech.

Ad hebreos. xiii.

Fratres: Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. Optimũ est eñ gratia stabilire cor: nõ in escis que nõ profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere nõ habent potestatem: q̃ tabernaculo deseruiũt. Quor eñ aĩaliũ infert' sanguis p pctõ in sãcta per põtificem: horum corpora cremantur extra castra. Propter quod et iesus vt sanctificaret per suum sanguinẽ populum extra portã passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra: improperiũ eius portantes. Non enim habemus hic manẽtẽ ciuitatem: sed

futurã inquirim⁹. Per iesũ ergo of-
feramus hostiã laudis sẽper deo / id ẽ
fructũ labiorũ cõfitẽtiũ noĩ ei⁹. Bñ-
ficiẽtie aũt ⁊ cõionis nolite obliuisci.
Talibus eñ hostiis ꝓmeretur deus.
Secundum matheum. ix. ⁊ x.

In illo tp̃e Circuibat iesus ciui-
tates oẽs ⁊ castella: docens in
synagogis eorũ: ⁊ p̃dicãs euãgeliũ re
gni: et curãs oẽm languorẽ: ⁊ oẽm ĩ-
firmitatẽ. Uidẽs autẽ turbas miser
tus est eis: qꝛ erãt vexati ⁊ iacentes si
cut oues nõ habentes pastorẽ. Tunc
dixit discip̃lis suis. Messis q̃dẽ mul-
ta operarii autẽ pauci. Rogate ergo
dñm messis: vt mittat operarios in
messem suã. Euntes aũt p̃dicate di
cẽtes qꝛ appropinquabit regnũ celo-
rũ. Infirmos curate mortuos susci-
tate: leprosos mũdate: demones eiici
te. Gratis accepistis: gratis date.
Ecce ego mitto vos sicut oues ĩ me-
dio luporũ. Estote ergo prudẽtes si-
cut serpentes: ⁊ simplices sicut colũ
be. ¶ Hoc sequẽs euãge. dꝛ in fe. cu
iuslibet põ. exulãtis siue martyris si-
ne cõfessoris. Secundum lucã. xix.

In illo tẽpore. Dixit iesus disci
pulis suis parabolã hanc. Hõ
quidã nobilis abiit in regionẽ lõgin-
quã accipere sibi regnum et reuerti.
Uocatis aũt decẽ seruis suis: dedit il
lis decẽ mnas: ⁊ ait ad illos. Negoci
amini dũ venio. Ciues aũt eius ode
rãt illũ: ⁊ miserũt legationẽ post illũ
dicẽtes. Nolumus hũc regnare sup
nos et factũ est vt rediret accepto re-
gno: et iussit vocari seruos q̃b⁹ dede-
rat pecuniã vt sciret quãtũ q̃sq₃ nego
ciatus eẽt. Uenit aũt prim⁹ dicens.
Dñe mna tua decẽ mnas acq̃siuit.
Et ait illi. Euge serue bone ⁊ fidel
qꝛ in modico fuisti fidelis: eris ptãte
habẽs sup decẽ ciuitates Et alter ve
nit dicẽs. Dñe mna tua fecit quinq₃
mnas. Et huic ait Et tu esto super
q̃nq₃ ciuitates. Et alter venit dicẽs.
Dñe: ecce mna tua quã habui reposi
tã ĩ sudario. Timui eñ te qꝛ hõ auste
rus es: tollis qd̃ nõ posuisti et metis
qd̃ nõ seminasti. Et dixit ei. De ore
tuo te iudico: serue nequã. Sciebas
ꝙ ego hõ austerus sũ: tollẽs qd̃ nõ po
sui: ⁊ mẽtes qd̃ nõ seminaui. Et qua
re nõ dedisti pecuniã meã ad mẽsã:
vt ⁊ ego veniẽs cũ vsuris vtiq₃ exegis
sem illã. Et astãtib⁹ dixit. Auferte
ab illo mnã: et date illi q̃ decẽ mnas
habet. Et dixerũt ei. Dñe: habet de
cẽ mnas. Dico aũt vobis qꝛ oĩ habẽti
dabit̃ et abũdabit. Ab eo ãt q̃ nõ h₃ ⁊
qd̃ h₃ auferet̃ ab eo. Uerũtñ ĩimicos
meos illos q̃ noluerũt me regnare su
per se: adducite huc et interficite ãte
me. Et his dictis precedebat ascẽdẽs
hierosolimã. In tp̃e pascha. Euãg.
Ego sum vi. vts̃. fol. i. Secreta.

Intẽde ꝓpicius q̃s dñe oblata ti
bi hec mũera et dep̃catiõe bea
ti N. martyris tui atq₃ põtificis ĩ cu
ius ea cõmemoratiõe deferim⁹: nos
ipsos eadẽq₃ sc̃tifica. Per. Postcõio.

Sumpsim⁹ dñe in sc̃i martyris
tui atq₃ põtificis N. solẽnita
te celestia sacramenta: cuius suffra
giis q̃s largiaris vt qd̃ tẽporaliter ge-
rimus eternis gaudiis ꝯsequamur.
p. ¶ In natali plurimorũ martyrũ.

Intret in cōspectu tuo dñe gemit⁹ cōpeditorū redde vicinis nr̄is septuplū in sinu eorū. vindica sanguinē sctōꝝ tuorū q̄ effusus est. In tp̄e paschali. all'a all'a. Ps. Deus venerūt gētes in hereditatē tuā: polluerūt templū sanctū tuū posuerūt hierusalem in pomoꝝ custodiam. Aliud.

Timete dn̄m oēs sctī ei⁹ q̄m nichil deest timētibus eū diuites eguerūt ⁊ esurierūt inquirētes aūt dn̄m nō deficiēt oī bono. Ps. Benedicā dn̄m in omi tēpore semper laus eius in ore meo. Aliud.

Iusti epulentur ⁊ exultēt in cōspectu dei: ⁊ delectētur i leticia. Ps. Exurgat de⁹ et dissipentur inimici eius: et fugiāt qui oderunt eum a facie eius. Aliud

Sapientiā sctōꝝ narrāt populi ⁊ laudē eoꝝ nunciat ecclesia: noīa autē eorū viuent in seculū seculi. In tp̄e paschali all'a all'a. Ps Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Aliud.

Salus aūt iustorū a dn̄o: ⁊ ptector eorum est in tp̄e tribulationis. Ps. Noli emulari in malignantibus neq; zelaueris facientes iniquitatem. Aliud.

Sancti tui dn̄e benedicēt te gloriā regni tui dicēt all'a Ps. Exaltabo te deus me⁹ rex et bn̄dicā noī tuo in seculū ⁊ in seculū seculi.

Plurimoꝝ marty. nō pon. Oratio.

Omp̄s sempiterne de⁹ da nobis sctōꝝ martyrū tuorū. N. et N. ita digne merita venerari quaten⁹ ab istantib⁹ liberemur periculis: ⁊ digni efficiamur gaudiis sempiternis. Per.

Plurimoꝝ martyrū ⁊ pon. Oratio.

Omp̄s sempiterne de⁹: q̄ in sctōrū martyrū tuoꝝ atq; pontificū N. ⁊ N. cordibus flāmā tue dilectionis accēdisti: da mētibus nostris eandem fidei caritatisq; virtutē: vt quorū gaudemus triūphis: proficiamur exemplis. Per. Ad hebreos. xi.

Fratres. Sācti per fidē vicerūt regna: operati sunt iusticiam adepti sūt repromissiones. Obturauerūt ora leonū: extinxerūt impetū ignis: effugarūt aciē gladii: cōualuerūt de infirmitate/fortes facti sunt ī bello. Castra verterūt exterorū: acceperūt mulieres de resurrectiōe mortuos suos. Alii autē distenti sunt nō suscipiētes redēptionem: vt meliorē inuenirēt resurrectionē. Alii vero ludibria ⁊ verbera experti: insup et vincula et carceres. Lapidati sunt: secti sūt: tētati sunt: in occisiōe gladii mortui sūt. Circuierūt in melotis: in pellibus caprinis egētes: angustiati/afflicti: quib⁹ dignus nō erat mūdus. In solitudinibus errātes: ⁊ in montibus et in speluncis: ⁊ in cauernis terre Et hii oēs: testimonio fidei p̄bati inuēti sunt. In cristo iesu dn̄o nostro.

Lectio libri sapientie. iii.

Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malicie. Visi sunt oculis īsipientium mori: et estimata est afflictio exitus illorum. Et quod a nobis est iter exterminii: illi autē sunt in pace. Et si corā hoībus tormenta passi sunt: spes illorum īmortalita-

Dixit āt maria ad angelū. Quomodo fiet istud: qm̄ virum nō cognosco? Et respōdēs angelus dixit ei. Spūs sāctus superueniet in te: et virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoqꝫ: et quod nascetur ex te sāctū: vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbū. Dixit autē maria. Ecce ancilla domini: fiat michi secūdū verbum tuum. ¶ Et legatur euāgeliū ad missā btē marie in eiusdē capella oīni die per annum cū eadē nota qua et euāgeliū ad missā de die legēdū est. ¶ Nota ꝙ ad missā quotidianā btē marie semper dicitur Credo. quando dicendū est ad missā de die. Offer. Aue maria gratia plena dn̄s tecum: benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. sine ℣. vel quoduis aliud ad placitū Secreta.

In mētibus nostris q̄s dn̄e: vere fidei sacramēta cōfirma: vt qui conceptū de virgine deum veruꝫ et hominēꝫ firmiter confitemur per eiusdē salutifere incarnatiōis potentiam ad eternā mereamur perueni re leticiā. Per eūdē. Prefatio. Et te in veneratione. Et dicit hec pfatio quotid. in capella et etiā in cōmeōrationibus eiusdē p totū ānū: nisi a nati. domini vsqꝫ ad purificationē. Cōio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabitur nomē eius emanuel. Postcōio.

Gratiam tuaꝫ q̄s dn̄e mentibus nostris infunde: vt qui angelo nunciāte cristi filiū tui incarnationē cognouimus: per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriā perducamur. Per eundem. ¶ Hec predicta postcōio: scilꝫ Gratiam tuam. dicit̄ in paschali tp̄e vsqꝫ ad vigiliam ascensionis dn̄i exclusiue quādo post aliquā missam fit memoria de beata maria cū officio Salue sācta parēs. ¶ Notandū est ꝙ in oībus festis btē marie per totū ānū: et quotidie infra octa. et in octa. eiusdem dicit̄ eadem missa in capella q̄ dicēda est in choro: ita tamē ꝙ ep̄la non mutet̄ per octa. ¶ Ad missam de sācta maria in die natiui. dn̄i et quotidie abhinc vsqꝫ ad purificationeꝫ in capella et in choro: quādo fit plenū seruiciū de ea officiū

Vultū tuū deprecabuntur oīnes diuites plebis adducentur regi virgines post eam: proxime eius adducētur tibi in leticia et exultatiōe. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. quādo autē dicit̄ Gloria in excelsis. cū ℣. Spiritus et alme. habet dici oībus sabbatis in capella cū hoc cantu.

Glori a in excelsis deo

In choro aūt quater in anno: videlꝫ i vltima cōmeōratiōe btē ℣gis ante aduē. dn̄i et ante. lxx. et tūc dr̄ Spūs et alme. a toto choro dicet̄ etiā in choro in oct. assūptionis et nat. beate marie a tribus clericis de superiori gradu in superpelliciis ad gradum chori. ¶ Et sciēdū est ꝙ quandocūqꝫ dicit̄ in choro vel extra ℣. Spūs et alme. di-

citur super kyrie. cāt9 de kyrie ops. et iste sequēs cātus sup Sctūs cum hac additiōe. Bñdict9 marie filius. Et dr iste cantus super. Agn9 dei.

Deus qui salutis eter (Oratio. ne beate marie virginitate fecūda humano generi premia prestitisti: tribue qs: vt ipsam p nobis itercedere sentiamus: per quam meruimus auctorē vite suscipere dñm nostrum iesum cristum filium tuum. Qui tecum viuit et reg. Lectio eple beati pauli. Ad tytum. iii.

Carissime. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei. Nō ex operib9 iusticie que fecim9 nos: sed scdm suā miam saluos nos fecit: Per lauacrū regenerationis et renouationis spūs scti: quē effudit in nos abūde: p iesum cristuz saluatorē nostrū. Ut iustificati gratia ipsius: heredes simus scdm spem vite eterne. In cristo iesu dño nostro. Gr. Speciosus forma pre filiis hoim diffusa est gratia i labiis tuis. V. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe: velociter scribentis. All'a. V. Post partuz virgo inuiolata permāsisti: dei genitrix intercede p nobis. Hoc all'a dicitur in cōmemoratione beate marie in choro in tpe nati. dñi: et etiā quotidie in capella. Itē in die purificatōis dicit all'a. V. Adorabo in choro et in capella: vts. in eodē die purifi. Qñcūqz eni fit plenuz seruiciū de sctā maria dr vna ex istis sequētiis per ordinē. Sequentia.

Post partuz virgo maria. Dei genitrix fecunda gratia tonātis plena. Aue terrarū dña alma celorū regia. Tibi ethera omisqz sctorū turma depromat simphonia. Tell9 flumina atqz siluarū nemora resultent voce sua. Salue parens inclita felix puerpera. Per te lux et veritas mūdo est edita. Tu iesum papilla lactasti sacra extans virgo feta mater intacta. Unde nostris eya faue votis dña cristum interpellās pro salute humana. Per te mater aboleri filiorum flagitamus crimina. Nosqz oēs itroduci sēpiterna paradisi gaudia Quo perennis vite perfruamur gloria. Amen. Alia sequentia.

Aue maria gratia plena. Dñs tecum virgo serena. Benedicta tu in mulieribus. Que peperisti pacē hoibus et angelis gloriā. Et benedictus fructus vētris tui. Qui coheredes vt essemus sui nos fecit per gratiā. Per hoc aūt aue mundo tazsuaue cōtra carnis iura. Genuisti plem nouū stella solē noua genitura. Tu parui et magni leonis et agni saluatoris cristi templum extitisti sed virgo intacta. Tu floris et roris panis et pastoris virginū regina rosa sine spina genitrix es facta. Tu ciuitas regis iusticie. Tu mater es mie. Theophilū reformās gratie. De lacu fecis et miserie. Ergo maris stella verbi dei cella et solis aurora. Paradisi porta per quā lux est orta natuz tuum ora. Nos vt soluat a pctis et i regno claritatis quo lux lucet sedula collocet p scl'a. Amē. Alia sequētia.

Letabūdus exultet fidelis chorus alleluya. Regem regū in

tacte profudit thorus res miranda.
Angelus cōsilii natus est de virgine
sol de stella. Sol occasū nesciens stel
la semp rutilās semp clara. Sicut sy
dus radiū pfert virgo filiū pari for-
ma. Neqꝫ sydus radio neqꝫ mater fi
lio fit corrupta. Cedrus alta libani
cōformatur ysopo valle nr̄a. Verbū
ens altissimi corporari passū est car-
ne sumpta. Isaias cecinit synagoga
meminit: nūqꝫ tamē desinit esse ceca
Si nō suis vatibus credat vl' gētili-
bus sibillinis versibus hec pdicta. In
felix propera crede vel vetera cur dā
naberis gens misera. Quē docet lit-
tera natū cōsidera. Ipsū genuit puer
pera alm̄a. Alia sequētia.

Hac clara die turma festiua dat
preconia. Mariam concrepā
do symphonia nectarea. Mundi do
mina que est sola castissima virginū
regina. Salutis causa vite porta at
qꝫ celi referta gr̄a. Nam ad illā sunt
nūcia olim facta angelica. Aue ma
ria gratia dei plena per secula. Mu-
lierū pia agmina intra semp benedi
cta. Virgo et grauida mater itacta
prole gloriosa. Cui cōtra maria hec
reddit famina. In me quomodo tua
iam fiēt nūcia. Viri noui nullā cer-
te copulā. Ex quo atqꝫ nata sum in
corrupta. Diua missus ita reddit af
fata. Flatu sacro plena fies maria.
Noua efferēs gaudia celo terre nati
per exordia. Intra tui vteri claustra
portās qui gubernat eterna. Dia q
dat tp̄a pacifica. Alia sequentia.

Aue mundi spes maria: aue mi
tis aue pia aue plena gratia.
Aue virgo singularis que per rubuꝫ
designaris nō passuꝫ incendia. Aue
rosa speciosa aue iesse virgula. Cu9
fructus nostri luct9 relaxabat vincu
la. Aue carens simili mūdo diu flebi
li reparasti gaudium. Aue cuius vi
scera cōtra mortis federa ediderūt fi
lium. Aue virginū lucerna per quā
fulsit lux superna his quos vmbra te
nuit. Aue virgo de qua nasci et de cu
ius lacte pasci rex celorū voluit. Aue
gēma celi luminariū. Aue sancti spi
ritus sacrariuꝫ. O q̄ mirabilis et q̄
laudabilis hec est virgintas. In qua
per spirituꝫ facta paraclitū fulsit fe-
cūditas. O q̄ sancta q̄ serena q̄ beni
gna q̄ amena esse virgo credit. Per
quā seruit9 finit porta celi aperitur
et libertas redditur. O castitatis lili
um tuū precare filium qui salus est
humiliū. Ne nos pro nostro vicio in
flebili iudicio subiiciat supplicio. Sꝫ
nos tua sancta pce mūdans a pecca-
ti fece. Collocet i lucis domo amen
dicat oīs homo. Alia sequētia

Hodierne lux diei celebris in ma
tris dei agitur memoria. De
cantemus in hac die semper virginis
marie laudes et pconia. Omnis ho-
mo omni hora ipsaꝫ ora et implora ei9
patrocinia. Psalle psalle nisu toto cor
dis oris voce voto aue plena gratia.
Aue dn̄a celoꝝ inexperta viri thorū
parens paris nescia. Fecundata sine
viro genuisti modo miro genitorem
filia. Florens ortus austro flāte por
ta clausa post et ante via viris inuia
Fusa celi rore tellus fusuꝫ gedeonis
vellus deitatis pluuia. Salue splē-

dor firmamēti tu caliginose mēti desuper irradia. Placa mare maris stella ne inuoluat nos procella et tempestas obuia. Amen. ¶ Iste sex sequētie dicūtur quando fit plenum seruicium de sancta maria extra aduētuz per totum annum etiā in septuagesima vsq3 ad caput ieiunii. Nunq̄ enim dicitur tractus ad missam de commemoratiōe beate marie in ecclesia sarū: sed semper sequentia: etiam per totam quadragesimā ad missam quotidianam de ea. Et tunc q̄ plures dicuntur in dominicis. Aue preclara. ¶ Euangelium. Secūdum lucam. ii.

In illo tp̄e. Pastores loquebantur adinuicē. Transeam⁹ vsq3 bethleē: & videam⁹ hoc v̄bū qd̄ factū est: quod fecit dominus et ostendit nobis. Et venerunt festinantes et inuenerunt mariam et ioseph et ī fantem positum in presepio. Videtes autez cognouerūt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati sunt: et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autē conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deum: in omnibus que audierant & viderant sicut dictū est ad illos. Offer. Afferentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi

Oblatis domine mu Secreta. neribus: suppliciter deprecamur: vt qui verā verbi tui incarnationem fideliter veneramur: veram eiusdem substantiam carnis ac sanguinis quam per spiritū sanctuz virgo mater dedit in hoc presenti mysterio salubriter percipiamus. Per eūdem. Prefatio. Quia per incarnati. Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum.

Da quesumus mi- Postcōio. sericors deus eius nos continua intercessione vegetari: cuius integra virginitate suscepimus: auctorem nostre salutis: dominū nostruz iesum cristum filiū tuum. Qui tecum viuit. ¶ Sequentes memorie fiant per totum annum ad missam eiusdem in capella. ¶ Secunda oratio de trinitate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potētia maiestatis adorare vnitatem quesum⁹ vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semp muniamur aduersis Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula. ¶ Tertia oratio pro episcopis viuis et subditis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus: pretēde super famulos tuos pōtifices et super cunctas congregationes illis commissas spiritum gratie salutaris: et vt veritate tibi complaceant: perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. Per dn̄m nostrum iesum. ¶ Quarta oratio pro benefactoribus defunctis. Oratio.

Omnipotens & misericors deus vnica salus mortaliuz: te supplices exoramus pro animabus fa-

mulorum famularūqʒ tuarū: parē-
tum et benefactorū nostrorꝝ. vt inter
ueniēte beata dei genitrice maria cū
omnibus sanctis tuis: peccatorū eis
largiri digneris indulgētiā: et in no-
uissimo die beate resurrectionis leti-
ciam. Per eundē. ¶ Quinta oratio
generalis pro viuis et defunctis.

Omnipotens sempiterne deus qui viuorꝝ
dn̄aris simul et mortuorum:
oīmqʒ misereris quos tuos fideꝝ ope
re futuros esse prenoscis te supplices
exoramus: vt p quibus effundere p̄-
ces decreuimus: quosqʒ vel p̄sens se-
culū adhuc in carne retinet: vel futu
rum iā exutos corpore suscepit pieta
tis tue clementia oīm delictorꝝ suo
rum veniā/et gaudia cōsequi mereā
tur eterna. Per. De trinitate secre.

Sanctifica q̄s dn̄e deus trinitas
scā per tui sancti noīs inuoca
tionē hui⁹ oblationis hostiā: et per eā
nosmetipsos tibi perfice munus eter
nū. Qui viuis et regnas deus. Per
omnia secula seculorum. Pro episco
pis viuis et subditis Secreta.

Hostias q̄sumus domīe famulo
rū tuorꝝ placatus intende et
quas in honore nominis tui deuota
mente pro eis celebramus: proficere
sibi sentiant ad salutem. Per.

Pro benefactorib⁹ defūctis secreta.

Sanctifica quesum⁹ dn̄e hec fi-
deliū oīm vitalia sacramēta
et presta: vt per ea īteruenīēte beata
dei genitrice maria cū omnib⁹ sctis
tuis: hoc ipsum proficiat aīabus fa-
mulorꝝ famularūqʒ tuarū: parentū
ꝝ benefactorū nostrorū ab oībus vi-
ciis expiate pabulo vite reficiantur
eterne. Per eundem cristum.

Pro viuis et defunctis secreta.

Deus cui soli cognit⁹ est nume-
rus electorꝝ in superna felici-
tate locandus/tribue q̄sumus vt vni
uersorum quos in oratione commē-
datos suscepimus: siue omnium fi-
delium nomina beate predestinatio
nis liber ascripta retineat. Per.

De trinitate postcōio.

Proficiat nobis ad salutem cor-
poris et anime domine de⁹ no
ster huius sacramenti susceptio ꝝ sē-
piterne sancte trinitatis eiusdemqʒ
indiuidue vnitatis cōfessio. In qua
viuis et regnas deus.

Pro episcopis et subdictis postcōio.

Quos celesti recreas munere dn̄e
perpetuo comitare presidio: ꝝ
quos fouere nō desinis: dignos fieri
sēpiterna redēptiōe ꝯcede. Per dn̄m

Pro benefactoribus postcōio.

Uiuificet nos q̄s domīe salutare
quo pasti sumus sacramētuꝫ:
ꝝ īteruenīēte beata dei genitrice ma
ria cū omnib⁹ sanctis tuis cōcede vt
hoc ipsum proficiat animab⁹ famu
lorꝝ famularūqʒ tuarū parentuꝫ et
benefactorum nostrorꝝ ad promerē-
dam propiciationis tue gratiam/et
percipiendam future resurrectionis
gloriam sempiternam. Per eundē.

Pro viuis ꝝ defunctis postcōio.

Pro celestis cōuiuii iocunditate
gratia tibi referimus rex ꝝ sa
cerdos noster maiestatem tuam hu
militer rogantes vt hec sacrosancta
corporis et sanguinis tui hostia non

sit nobis reatus ad penā/sed intercessio salutaris ad veniā: sit ablutio scelerū/sit fortitudo fragiliū: sit contra omnia mūdi pericula firmamentū: sit vivorū atqꝫ mortuorꝝ fidelium remissio omniū delictorꝝ. Per te salvator mūdi rex glorie. Qui vivis et regnas cum deo patre in unitate.

¶ Ad missā de sancta maria a purificatione usqꝫ ad aduētum dñi in capella et in choro quādo fit plenū servitiū de ea: nisi in fe. et p oct. eiusdē.

Salve sancta parens enixa puerpera regē/qui celum terrāqꝫ regit i secula seculorū. In tp̄e paschali all'a. ps. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fruct⁹ ventris tui. Oratio.

Concede nos famulos tuos q̄s dñe deus ppetua mentis ꝛ corporis salute gaudere: ꝛ gloriosa beate marie semp virginis intercessione a p̄senti liberari tristicia: ꝛ eterna pfrui leticia. Per dominuꝫ. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiii.

Ab initio et ante scl'a creata sū: et usqꝫ ad futurū seculū nō desinā: et in habitatione sctā corā ipso ministravi. Et sic i syō firmata sū: ꝛ in civitate sctificata silr requievi: ꝛ i hierusalē potestas mea. Et radicavi in pplo honorificato: ꝛ i partes dei mei hereditas illi⁹: et in plenitudine sctōꝝ detētio mea. Gr. Benedicta et venerabilis es virgo maria q̄ sine tactu pudoris inuēta es mater salvatoris. ℣. Virgo dei genitrix quē tot⁹ nō capit orbis: in tua se clausit viscera fact⁹ homo. Sciēdum est ꝙ si in tp̄e paschali fiat de festo annūciationis btē marie in capella erit primū. All'a. ℣. Per te dei genitrix. ꝛ scdm All'a. ℣. Ave maria. Itē in die assumptionis btē marie dñica infra oct. ꝛ in oct. die all'a. ℣. Hodie maria virgo. in choro ꝛ in capella p octa. All'a. ℣. Assūpta est i choro ꝛ in capella. Itē in nati. btē marie: dñica ifra oc. ꝛ i oc. die All'a. ℣. Nativitas gl'iose in choro ꝛ in capella: ꝛ p octa. All'a. ℣. Per te dei genitrix in choro ꝛ in capella. ¶ Sciēdū est ꝙ a purificatiōe usqꝫ ad septuagesimā: et a Deus oim usqꝫ ad adventū dñi quādo fit plenū servitiū de sancta maria quacūqꝫ feria cōtigerit semp dicit̄ sequēs All'a ℣. Salve virgo mater dei templuꝫ sancti spiritus: que sola vocari digne meruisti regina celoꝝ et dña. nisi i tēpore paschali: tunc em̄ semp erit primū. All'a. ℣. Per te dei genitrix nobis ē vita pdita data: q̄ de celo suscepisti prolem: et mūdo genuisti salvatorem. et secundū all'a. quādo fit plenū servitiū de resurrectione sicut in alio festo cum regimine chori dicitur sequentia una de supranotatis. In capella autē primum. All'a. ℣. Per te dei genitrix. Secundū vero all'a diversimode dicit̄ p totam ebdomadā: videlicet die dñica. All'a. ℣. Obtine sacris precibus: pia dei genitrix veniam delictorum tuis supplicibus. ¶ Feria secunda. Alleluya. ℣. Post partū virgo inviolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. ¶ Feri vobis. All'a. ℣. Ora pro nobis pia mittite si q̄d habe celestus natus aliquē: ut et pater vester q̄ ¶ Ferē dimittat vobis pctā vestra. literod si vos nō dimiseritis: nec pa-

ter vester qui in celis est: dimittet vobis pctā vestra. Offer. Exaudi de⁹ orationē meā ꝛ ne despexeris deprecationē meā intende in me et exaudi me. In tēpore paschali. all'a all'a. Secreta.

Munera q̄s dn̄e oblata sāctifica: et vt nobis vnigeniti tui corp⁹ ꝛ sanguis fiant ꝛ famulo tuo N. regi nostro ad obtinendā aīe corporisq̄ salutē: et ad peragendum iniunctum sibi officiū te largiēte vsq̄quaq̄ pficiant. Per dn̄m. Cōio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. In tempore paschali. all'a all'a. Postcōio.

Hec dn̄e salutaris sacramēti perceptio famulū tuū regem nostruz N. ab oībus q̄s tueat̄ aduersis quatinus ꝛ eccl'iastice pacis obtineat tranq̄llitatē: ꝛ post isti⁹ tp̄is decursū ad eternā pueniat hereditatē. Per.

¶ Ad implorandam gratiā spūs sc̄i

Spiritus dn̄i repleuit orbez terrarū all'a: et hoc quod cōtinet oīa scientiā h̄z vocis all'a all'a all'a. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus cui oē cor patet ꝛ oīs volūtas loq̄tur: et nullū latet secretū: purifica per infusionē sancti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te pfecte diligere et digne laudare mereamur. Per dn̄m. in vni. eiusdem.

Ad corinthios. i. xii.

Fratres. Unicuiq̄ dat̄ manifestatio spūs ad vtilitatē. Alii q̄dē p spiritū datur sermo sapiētie: alii sermo sciētie scd̄m eūdē spiritū. Alteri fides in eodē spū. Alii gr̄a sanitatū in eodē spū. Alii opatio virtutū. Alii pphetia. Alii discretio spirituū. Alii genera linguaꝝ. Alii iterpretatio sermonū. Hec aūt oīa operat̄ vn⁹ atq̄ idē spūs: diuidēs singulis put vult. Gr. Beata gēs cuius est dn̄s de⁹ eorū populus quē elegit dn̄s in hereditatē sibi. V. Verbo dn̄i celi firmati sūt et spū oris ei⁹ oīs virtus eorū. All'a. V. Veni sc̄te spūs reple tuorū corda fideliū et tui amoris in eis ignē accende. Secūdum iohannem. iiii.

In illo tp̄e. Dixit iesus mulieri samaritane. Mulier venit hora ꝛ nunc est: q̄n veri adoratores adorabūt patrē in spū ꝛ veritate. Nam ꝛ pater tales q̄rit qui adorēt eū. Spiritus est de⁹: ꝛ oēs q̄ adorāt eū: in spū et veritate oportet adorare. Offer. Emitte spiritū tuū et creabūtur et renouabis faciem terre: sit gloria domini in secula. In tp̄e paschali. all'a. Secreta.

Hec oblatio dn̄e de⁹ q̄s cordis nostri maculas emūdet vt sc̄i spirit⁹ digna habitatio efficiat̄. Per dn̄z. Cōio. Spūs sc̄us docebit vos oīa all'a: q̄cūq̄ dixero vobis all'a all'a.

Sacrificiū salutis nr̄e Postcō. tibi offerētes cōcede nobis q̄s dn̄e de⁹ purificatis mētib⁹ sepi⁹ tue pietatis celebrare mysteriū. p do. In vni. eiusd. ¶ Ad missam pro seipso.

Deus in nomine tuo saluū me fac: ꝛ in virtute tua iudica me de⁹ exaudi orationē meā. In tp̄e pasch. all'a all'a. ps. Deus alieni insurrexerunt aduersum me et fortes q̄sierūt aīam meā. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus

qui me peccatorē sacris altarib⁹ astare voluisti et sancti nōis tui laudare potētiā: cōcede q̄so p hui⁹ sacramēti mysteriū meoꝝ michi veniā pctōꝝ vt tue maiestati digne mīstrare merear. Per. Ad romanos. vii.

Fratres. Condelector legi dei secundū interiorē hoiē. Video aūt aliā legē i mēbris meis repugnātem legi mentis mee: et captiuū me ducētē in legē peccati q̄ est in mēbris meis. Infelix ego homo Quis me liberabit de morte corporis hui⁹. Gratia dei per iesum cristū dn̄m nostrū Gr. Esto michi in deū ptectorē et in locū refugii vt saluū me facias. V. Deus in te speraui dn̄e nō confundar ineternū. All'a V. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me

Secundum iohannem. xv.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Si mā̄seritis in me et verba meā in vobis manserint: qđcūq̄ volueritis petetis et fiet vobis. In hoc clarificat⁹ est pater meus vt fructū plurimū afferatis: et efficiamini mei discipl'i. Sicut dilexit me pater et ego dilexi vos. manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis: manebitis in dilectione mea Sicut et ego patris mei p̄cepta seruaui et maneo in eius dilectiōe. Hec locutus sum vobis vt gaudiū meū in vobis sit: et gaudiū vestrum impleat. Off. Intende voci oratiōis mee rex me⁹ et deus meus quoniam ad te orabo domine In tp̄e paschali. All'a. V. Verba mea auribus percipe domine intende clamorem meum et exaudi me. Secreta.

Deus qui te precipis a peccatoribus exorari tibiq̄ sacrificium contriti cordis offerri hoc sacrificiū qđ īdignis manib⁹ meis offero acceptare dignare et vt ip̄e tibi hostia et sacrificiū esse merear miserat⁹ cōcede: quo p mysterii hui⁹ exhibitionē peccatorū oīm pcipiā remissionē. Per Coīo. Ab occultis meis munda me dn̄e: et ab alienis parce seruo tuo. In tēpore pas. all'a Postcōio

Aures tue pietatis mitissime deus iclina p̄cibus meis. et per hui⁹ diuini sacramēti carnis et sanguis filii tui dn̄i nostri iesu christi qđ idign⁹ sūpsit mysteriū: grā scti spūs illuminat cor meū: vt tuis misteriis digne mīstrare teq̄ eterna caritate diligere: et sēpiterna gaudia pcipere merear. Per dn̄m. In vnitate. ¶ Missa ad poscēdū donū spūs scti. Offm.

Caritas dei diffusa est i cordibus vestris all'a p inhabitātē spiritū eius in vobis all'a all'a. Ps. Dn̄e deus salutis mee in die clamaui et nocte corā te. Oratio.

Oīps sempiterne deus q̄ iusticiā tue legis in cordib⁹ credētiū digito tuo scribis: da nobis fidei spei et caritatis augmētū et vt mereamur assequi qđ pmittis: fac nos amare qđ p̄cipis. Per. Ad corinthios. i. xiii.

Fratres. Caritas patiens est benigna est. Caritas nō emulatur: nō agit pperā: nō iflatur: nō est ambiciosa nō q̄rit q̄ sua sūt: nō irritat. Nō cogitat malū: nō gaudet sup iniq̄tate: cōgaudet autē veritati. Oia suffert: oia credit: oia sperat: oia susti

net. Caritas nūq̄ excidit: siue pphe
tie euacuabūtur: siue ligue cessabūt:
siue sciētia destruet. Ex parte enī co
gnoscimus/ et ex parte pphetamus.
Cū aūt venerit qd̄ perfectū est eua
cuabit qd̄ ex parte est. Cū essem par
uulus loq̄bar vt paruulus: sapiebā
vt paruulus: cogitabā vt paruulus.
Qn̄ aūt fact⁹ sū vir: euacuaui q̄ erāt
paruuli. Videm⁹ nūc per speculū
in enigmate: tunc aūt facie ad faciē
Nūc cognosco ex parte: tunc autē co
gnoscā sicut et cognit⁹ sum. Nūc au
tē manēt: fides/spes/caritas tria hec
maior aūt hor̄ est caritas. Gr. Dñe
dñs noster: q̄ admirabile est nomē tuū i vni
uersa terra. V. Qm̄ eleuata est magnificē
tia tua super celos. All'a. V. Dñe deus sa
lutis mee in die clamaui et nocte corā te.

Secūdum iohannem. xiii.

In illo tpe. Dixit iesus discipu
lis suis. Filioli adhuc modicū
tēpus vobiscū sum. Queretis me/et
sicut dixi iudeis quo ego vado vos nō
potestis venire. Et vobis dico modo
Mandatū nouū do vobis vt diliga
tis inuicē sicut dilexi vos: vt et vos in
uicē diligatis. In hoc cognoscēt oēs:
qz discipuli mei estis: si dilectionē ha
bueritis adinuicē. Dicit ei symō pe
trus. Dñe quo vadis? Rn̄dit iesus.
Quo ego vado: nō potes me modo se
qui: sequeris aūt postea. Offr̄. Lau
da aīa mea dūm laudabo dūm in vita mea
psallā deo meo q̄diu ero. In tpe pas. all'.

Emitte q̄s dñe spm̄ ... Secreta
... caritatis quia hec p̄sentia mu
nera nostra tuū nobis efficiat sacra
mentū: et ad hoc percipiendū corda
nostra purificet. Per dūm. In vni
tate eiusdē. Cōio. Primū querite regnū
dei: et oīa adiicietur vobis dicit domin⁹. In
tpe paschali. all'a all'a. Postcōio.

Spiritū in nobis dñe tue carita
tis infūde: vt quos vino et pa
ne celesti satiasti: tua facias pietate
concordes. Per dūm. In vni. eiusdē

¶ Missa pro peccatorib⁹. Officiū.

Si iniquitates obseruaueris
dñe: dñe q̄s sustinebit: qz
apud te ppiciatio est de⁹
israel. ps. De profūdis clamaui ad te do
mine: dñe exaudi vocem meam. Oratio.

Exaudi q̄s dñe supplicū preces
et confitentiū tibi parce pctis:
vt pariter nobis idulgentiā tribuas
benignus et pacem. Per dominum

Ad romanos. v.

Fratres. Cū adhuc peccatores
essemus: cristus p nobis mor
tuus est. Multo igitur magis iusti
ficati nūc in sanguīe ipsius salui eri
mus ab ira p ipsū. Si enī cū inimi
ci essem⁹ recōciliati sum⁹ deo p mor
tem filii eius: multomagis recōcilia
ti salui erim⁹ in vita ipsi⁹. Nū solū
autē: sed et gloriamur in deo. Per ie
sum xpm dūm nostrū. Gr. Propiti⁹
esto dñe paccatis nostris: neq̄ādo dicāt gē
tes vbi est deus eor̄. V. Adiuua nos de⁹ sa
lutaris noster: et pp̄ter honorē nois tui dñe
libera nos. All'a. V. Ostende nobis domi
ne miam tuā: et salutare tuū da nobis.

Secundum lucam. v.

In illo tpe. Vidit iesus publi
canū noīe leui sedentē ad the
loneū: et ait illi. Seq̄re me. Et re
lictis oībus/surgens secutus est eum

Et fecit ei cōuiuiuz magnuz leui in domo sua: et erat turba multa publicanoꝝ et alioꝝ q̄ cuz illis erant discūbentes. Et murmurabāt pharisei et scribe eoꝝ: dicētes ad discipulos eius Quare cū publicanis et pctōrib9 mādu catis et bibitis? Et respondens iesus: dixit ad illos. Nō egent qui sani sunt medico: sed qui male habēt Nō enī veni vocare iustos/sed peccatores ad penitentiam. Offr. Deus tu conuertens viuificabis nos et plebs tua letabitur in te. ostende nobis dn̄e miam tuam et et salutare tuum da nobis. In tēpore paschali. alleluya. Secreta.

Hostias tibi dn̄e placatiōis offerimus obsecrātes: vt et delicta nostra miseratus absoluas: et nutātia corda tu dirigas. Per dn̄z. Cōio. Inclina aurē tuam accelera vt eruas nos. In tp̄e paschali. all'a all'a. Postcōio.

Presta nobis eterne saluator: vt percipiētes hoc munere veniā pctōꝝ: deinceps pctā vitem9. Per.

Missa p penitentibus. Officium.

Iustus es dn̄e et rectū iudicium tuū fac cū seruo tuo scdm̄ miam tuaz. In tp̄e paschali. all'a all'a: ps. Beati imaculati in via qui ambulāt in lege dn̄i. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: cōfitēti tibi famulo tuo N. pro tua pietate peccata relaxa: vt nō pl9 valeat conscientie reatus ad penam quam indulgētia tue pietatis ad veniam. Per dn̄m nostrum iesum.

Ep'la. Ad galathas. vi.

Fratres. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: considerās teipsum ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legē cristi. Gr. Saluum fac seruū tuum deus meus sperantem in te. V. Auribus percipe dn̄e orationē meam. All'a. V. Qui timent dominū sperent in eum: adiutor eorum et protector eorum est.

Secundum matheum. ix.

In illo tēpore: Discumbēte iesu in domo: ecce multi publicani et peccatores veniētes discūbebāt cū eo et discipulis eius. Et vidētes pharisei: dicebāt discipulis suis. Quare cū publicanis et peccatoribus māducat magister vester? At iesus audiēs ait. Nō est opus valentib9 medicus sed male habentibus. Eūtes aūt discite q̄d est miam volo et non sacrificiuz. Nō enī veni vocare iustos: sed peccatores. Offr. Sperent in te oēs q̄ nouerūt nomē tuū dn̄e q̄m nō derelinquis q̄rētes te: psallite dn̄o qui habitat in syō quoniam nō est oblitus orationem pauperum. In tp̄e paschali. all'a. Secreta.

Presta q̄s ops̄ et misericors deus vt hec salutaris oblatio famulū tuū N. et a pprijs reatibus idesinēter expediat: et ab oibus tueat̄ aduersis. Per. Cōio. Amen dico vobis q̄cquid orātes petitis: credite q2 accipietis et fiet vobis. In tp̄e pascha. all'a all'a. Postcō.

Omnipotens et misericors deus qui omnem aīam penitentez et confitentem magis vis emendare q̄ pdere: respice ppitius sup hūc famulū tuū N. et per hec sacramenta que sumpsimus auerte ab eo iraz in

dignationis tue: et oīa peccata sua ei dimitte. Per dominū. ¶ Missa pro inspiratione diuine sapientie. Offm.

Lex dn̄i irreprehēsibilis conuertēs aīas testimōiū dei fidele sapientiā prestans paruulis. In tp̄e paschali. all'a all'a. ps. Celi enarrant gloriā dei: et opera manuū eius annūciat firmamentū. Oratio.

Deus qui per coeternā tibi sapientiā hominē cū nō esset condidisti: pditūq; misericorditer reformasti: presta q̄sumus vt eadē pectora nostra īspirātē: te tota mēte amemus: et ad te toto corde curram⁹. P.

Lectio ep'le beati iacobi apostoli. i.

Carissimi. Si quis vestrū indiget sapientia: postulet a deo q̄ dat oībus affluenter et nō impropera͞t et dabitur ei. Postulet aūt in fide nichil hesitans. Qui enim hesitat similis est fluctui maris: qui a vēto mouetur et circūfert. Non ergo estimet homo ille: q̄ accipiat aliq̄d a domino. Gr. Venite filii audite me timorem dn̄i docebo vos. ℣. Accedite ad eū et illuminamini et facies vestre non confundētur. All'a. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuū da nobis.

Secundum iohannem. xvii.

In illo tēpore. Subleuatis iesus oc'lis in celū dixit. Pater venit hora: clarifica filiū tuum: vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatē oīs carnis vt omne qd̄ dedisti ei det eis vitā eternam. Hec est aūt vita eterna: vt cognoscāt te solū verū deum: et quē misisti iesum cristum. Offr. Benedict⁹ es dn̄e: doce me iustificationes tuas. benedictus es domine doce me iustificationes tuas: in labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. In tēpore paschali. all'a. Secreta.

Sanctificetur q̄s dn̄e huius nostre oblatiōis munus: tua operāte sapientia: vt tibi placere possit ad laudē: et nobis proficere ad salutē. Per d. Coīo. Tu mādasti mādata tua custodiri nimis vtinā dirigātur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. In tp̄e paschali. all'a all'a. Postcōio.

Infunde q̄sumus dn̄e de⁹ p hec sancta q̄ sumpsimus tue cordibus nostris lumen sapientie: vt te veraciter agnoscamus: et fideliter diligamus. Per dn̄m nostrum iesum.

¶ Missa pro tribulatione cordis.

Iustus es dn̄e et rectū iudiciū tuū fac cū seruo tuo secundū miam tuā. In tp̄e paschali all'a all'a. ps. Beati imaculati in via q̄ ambulant in lege dn̄i. Oratio.

Deus qui contritorū nō despicis gemitū et merētiū nō spernis affectū: adesto precibus nostris quas pietati tue p tribulatione nostra offerimus implorantes vt nos clemēter respicias: et solito pietatis tue ītuitu tribuas: vt quicq̄d cōtra nos diabolice fraudes atq; humane moliuntur aduersitates: ad nichilū redigas: et cōsilio mie tue allidas: quatin⁹ nullis aduersitatibus lesi: sed ab oī tribulatiōe et angustia liberati gratias tibi in ecclesia referam⁹ cōsolati. Per.

Ad corinthios. scde. i.

Fratres. Benedictus deus et pater domini nostri iesu cristi:

pater misericordiarum et deus totius cõsolationis: q̃ cõsolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus et ipsi cõsolari eos q̃ in omni pressura sunt per exhortationem qua exhortamur et ipsi a deo Quoniam sicut abũdãt passiones xpi i nobis: ita et per xpm abũdat cõsolatio nostra. Gr. Ad dominum dum tribularer clamaui et exaudiuit me. V. Domine libera aiam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Alla. V. Qui timẽt dominũ sperent in eũ: adiutor eorum et protector eorũ est

Secundum iohannem. xvi.

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis. Amẽ amẽ dico vobis: qr plorabitis et flebitis vos: mũdus autẽ gaudebit. Vos autem cõtristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium: Mulier cũ parit tristiciã habet: qr venit hora eius. Cũ aũt peperit puerũ: iam nõ meminit pressure propter gaudium: quia natus est homo in mundũ. Et vos igitur: nunc quidem tristiciã habetis. Iterum aũt videbo vos: et gaudebit cor vestrum. Et gaudiũ vestrũ: nemo tollet a vobis. Offr. Immittit angelus dñi in circuitu timentiũ eũ: et eripiet eos gustate et videte quoniã suauis est dñs In tpe paschali. alla. Secreta.

Deus qui tribulatos corde sanas et mestificatos actu letificas: ad hanc ppitius hostiã dignãter attende: et qr totius mundi voluisti relaxare delicta pro tribulatiõe nostra eã clementer assume: cũctaq3 crimina nostra solue: tribulationẽ nostrã adime: miserias pelle: angustias et pressuras ammoue: vt exuti ab oĩbus q̃ patimur malis/in tuis semper delectemur exultare beneficiis. Per do. Cõio. Redime me deus israel ex omnibus tribulationibus meis. In tpe paschali. alleluya alleluya. Postcõio.

Dimitte q̃sumus domine peccata nostra: et tribue nobis misericordiã tuã: oratiõq3 nostri alloquio exoratus: humilitatẽ nostram attende/vincula solue/delicta dele/tribulationem inspice/aduersitatem repelle: effectumq3 petitioni nostre largiẽs iugiter et clementer exaudi. Per dñm

Missa pro infirmo. Officium.

Iustus es dñe et rectũ iudicium tuũ fac cũ seruo tuo scdm miam tuam. In tpe paschali. alla alla. Ps. Beati imaculati in via qui ambulãt in lege dñi. Oratio.

Omipotẽs sempiterne deus: salus eterna credẽtium: exaudi nos pro famulo tuo N. p quo misericordie tue imploramus auxiliũ: vt reddita sibi sanitate gratiarũ tibi in ecclesia tua referat actiones. Per d.

Lectio epl'e beati iacobi apostoli. v.

Carissimi. Tristatur aliq̃s vestrũ oret equo animo et psallat. Infirmatur q̃s ex vobis: iducat p̃sbiteros ecclesie et orẽt super eũ vngentes eum oleo in noĩe dñi: et oratio fidei saluabit infirmũ. Et alleuiabit eũ dñs: et si in pctis sit dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrũ pctã vr̃a: et orate pro inuicẽ: vt saluemini. Gr. Miserere michi dñe q̃m infirmus sum: sana me dñe. V. Quoniã cõturbata sũt oĩa ossa mea: et anima mea turbata est valde. Alla. V. Qui sanat cõtritos corde et alligat contri-

tiones eorum. Scdm lucam. iiii.

In illo tpe. Surgens iesus de synagoga: introiuit in domu symonis. Socrus aut symois: tene batur magnis febribus. Et rogaue runt illu pro ea. Et stans super illa imperauit febri: et dimisit illaz. Et continuo surgens ministrabat illis. Cu sol autez occidisset: oes qui habe bant infirmos variis languoribus du cebat illos ad eum. At ille singulis manus ipones: curabat eos. Offr. Dne conuertere et eripe anima meam: sal uum me fac propter misericordia tuaz. In tpe paschali allla. Secreta.

Deus cuius nutibus vite nostre momēta decurrunt suscipe p ces et hostias famuli tui N. pro quo miam tua egrotante imploramus: vt de cui9 periculo metuim9: de ei9 salute letemur. Per dnm. Cōio. Re dime me de9 israel ab oibus angustiis meis In tpe paschali. allla alla. Postcōio.

Deus infirmitatis humane sin gulare psidiuz auxilii tui sup ifirmu nostru ostēde virtutē: vt ope mie tue adiutus: ecclesie tue sctē icō lumis representari mereat. Per do.

¶ Missa pro salute amici. Officiu.

Iustus es dne et rectu iudi ciu tuu fac cu seruo tuo se cundu miam tua. In tpe pasch. allla alla. ps. Beati imaculati i via q ambulat in lege dni. Glia. Oratio

Omnipotēs sempiterne de9 mi serere famulo tuo N. et dirige eum scdm tua clemētiam in viaz sa lutis eterne: vt te donāte tibi placita cupiat: et tota virtute perficiat. Per

Epla. Orationem faciebat. vts in missa pro pace. Gr. Saluu fac seruu tuu de9 meus sperantem in te. V. Auribus percipe orationē mea. Alla. V. Qui timēt dnm sperent in eu adiutor eoru et ptector eo rum est. Euange. Amen dico vobis quicuqz dixerit. vt supra in missa p rege. Offr. Sperent in te oēs qui noue runt nomē tuum dne: quoniam no dereli quis querentes te: psallite dno qui habitat in syon: qm no est oblitus orationē pauper. In tpe paschali. Alla. Secreta.

Proficiat qsumus dne hec obla tio quam tue supplices offeri mus maiestati: ad salutem famuli tui N. vt tua prouidentia eius vita inter prospera et aduersa vbiqz diriga tur. Per dnm. Cōio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite quia acci pietis et fiet vobis. In tpe paschali. al leluya alla. Postcōio.

Sumentes dne perpetue sacra menta salutis: tuam depreca mur clemētia: vt per ea famulu tuu N. ab oi aduersitate protegas. Per.

¶ Missa p serenitate aeris. Offm.

Salus ppli ego sum dicit do minus: de quacuqz tribu latiōe clamauerint ad me exaudia eos: et ero illoru dns in perpe tuu. In tpe paschali. allla alla. ps. At tendite popule meus legem mea: inclinate aurē vestra in verba oris mei. Oratio.

Ad te nos dne clamātes exaudi: et aeris serenitatē nobis tribue supplicantib9: vt q iuste p pctis nris affligimur: mia tua pueniēte clemē tia sentiamus. Per dominu. Lectio hieremie pphete. Trenor. ii.

In diebus illis. Locutus est hieremias ppheta dicēs. Cōsurge lauda in nocte in principio vigiliarū: effūde sicut aquā cor tuū ante cōspectū dñi dei tui. Leua ad eū man⁹ tuas p aīabus paruulorū tuorū: q̄ defecerūt fame in capite oīum compitorū. Uide dñe et cōsidera quē vindemiaueris ita. Ergo ne comedēt mulieres fructū suū paruulos ad mēsuram palme: si occiderit in sāctuario domini sacerdos et ppheta. Formido et laqueus facta est nobis: vaticinatio et contritio. Diuisiones aquarum deduxit oculus meus: in cōtritione filie populi mei. Oculus me⁹ afflictus est: nec tacuit/eo q nō esset requies: donec respiceret et videret domin⁹ de celis. Inundauerūt aque super caput meū: dixi perii. Inuocaui nomē tuum dñe de lacu nouissimo. Uocē meā audisti: ne auertas aurē tuaz a singultu meo/et clamore. Appropinquasti in die qua inuocaui te: dixisti ne timeas. Judicasti causam aīe mee redemptor vite mee: dñe de⁹ meus. Gr. Propicius esto dñe peccatis nostris: nequādo dicāt gētes vbi est de⁹ eorū. V. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et ppter honorez noīs tui dñe libera nos. Alla. V. Dñe refugiū fact⁹ es nobis a generatiōe et pgenie. Secundum lucam. viii.

In illo tpe. Factum est in vna dierum: et iesus ascēdit in nauiculā et discipuli eius. Et ait ad illos. Transfretemus trās stagnum. Et ascēderunt. Nauigātib⁹ aūt illis: obdormiuit. Et descēdit pcella vēti in stagnū: et cōpellebātur fluctibus et periclitabātur. Accedētes autem suscitauerūt eum dicētes. Preceptor: perimus. At ille surgēs increpauit ventū et tēpestatē aque: et cessauit. Et facta est tranquillitas. Dixit aūt illis. Ubi est fides vrā: Qui timentes mirati sunt adinuicē dicētes. Quis putas hic est: Quia et vētis iperat et mari: et obediūt ei. Offer. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me dñe: et sup irā inimicorū meorū extendes manū tuā: et saluū me fecit dextera tua. In tpe pasc. alla. Secreta.

Exaudi dñe preces et suscipe vota ppli tui: et iube imbres inūdantiū cessare pluuiarū: flagellūqz huius elemēti ad effectū tui conuerte mysterii: vt qui se regenerantibus aquis gaudent renatos gaudeāt his castigatiōibus esse correctos. Per dominū. Cōio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. In tpe pasc. alla alla. Postcō.

Preces populi tui q̄sumus dñe benignus exaudi: et per hui⁹ virtutem sacramēti pacem tuā nobis nūciet purgati aeris serena tranquillitas: vt qui delinquētes verberas pctā cōfitentib⁹ parcas. Per d.

Missa p pluuia petenda. Officiu.

Letetur cor q̄rentiū dñm q̄rite dñm et confirmamini: querite faciē eius semper. In tpe paschali alla. Ps. Confitemini domino et inuocate nomē eius annūciate inter gētes opera eius. Oratio.

Deus in quo viuimus mouemur et sumus: pluuiaz nobis tribue cōgruentem: vt psentibus sub

sidiis sufficiēter adiuti/ sempiterna fiducialius appetamus. Per dnm.

Lectio hieremie pphete xiiii.

In dieb9 illis. Orauit hieremias propheta dicens. Nūquid pīciēs abiecisti iudam: aut syon abhominata est aīa tua? Quare ergo pcussisti nos: ita vt nulla sit sanitas? Expectauimus pacē: et nō est bonū et tēpus curationis & ecce turbatio. Cognouim9 dñe impietates nras: et iniquitates patrū nostrorū qz peccauimus tibi. Ne des nos in opprobrium ppter nomē tuū: neqz facias nobis cōtumeliam. Solii glorie tue recordare: ne irritū facias fedus tuū nobiscū. Nunquid sunt in sculptilibus gentiū: qui pluant aut celi possūt dare imbres nisi tu volueris? Nōne tu es dñe deus noster quē expectauimus? Tu eñ fecisti omnia hec domine deus noster. Gr. Oculi oīm in te sperant dñe: et tu das illis escam in tēpore oportuno. V. Aperis tu manū tuaz et imples omne aīal benedictiōe. All'a. V. De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meā. Secundū matheū. vi.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite solliciti esse dicētes. Quid mādu cabim9/aut quid bibemus: aut quo operiemur? Hec eñ oīa gētes inquirūt. Scit eñ pater vester: qz his oībus indigetis. Querite ergo primū regnū dei: et iusticiā ei9. Et hec oīa adiicient vobis Offr. Portas celi aperuit dñs: et pluit illis māna vt ederent panē celi dedit illis: panē angelorū māducauit homo. In tpe paschali. allelu ya. Secreta.

Oblatis dñe placare munerib9 et oportunū nobis tribue pluuie sufficientis auxiliū. Per. Coio. De fructu operum tuorū domine satiabitur terra vt educas panē de terra et vinū letificet cor hoīs: vt exhilaret faciez in oleo et panis cor hominis cōfirmet. In tempore paschali all'a all'a. Postcōio.

Deus qui pluis super iustos & iniustos: nostris etiam offensionibus per hec sacramenta relaxatis expectata qs imbriū munera largiaris: quibus et salus nobis et alimenta prestentur. Per dominū. ¶ Missa pro tempore belli. Officium.

Reminiscere miserationuz tuarū dñe et misericordie tue que a seculo sūt ne vnqz dominetur nobis inimici nostri: libera nos de9 israel ex omnib9 angustiis nostris. In tpe pascha. all'a all'a ps. Ad te dñe leuaui aīam meaz deus me9 in te confido non erubescam. Oratio.

Deus regnorum oīuz regumqz dñator: qui nos et percutiēdo sanas: & ignoscendo cōseruas: pretēde nobis misericordiā tuam: vt tranquillitate pacis tua potestate firmata: ad remedia correctionis vtamur Per. Lectio libri hester. xiii.

In dieb9 illis. Orauit hester ad dñm dicēs. Dñe rex oīps: in dictiōe tua cūcta sūt posita: & nō ē q possit resistere volūtati tue. Si decreueris saluare nos: ɔtinuo liberabimur. Tu eī dñe fecisti celū et trā: & vniuersa q celi ābitu ɔtinent Tu es dñs oīm: & nō ē q resistat volūtati tue. Et nūc dñe rex regū de9 abrahā miserere po-

pulo tuo: qz voluñt iimici nostri nos p dere: & hereditatẽ tuã delere. Ne despicias partẽ quaz redemisti tibi: sed exaudi dep̃catiõnẽ nostram: et p̃picius esto sorti & funiculo hereditatis tue. Et cõuerte luctũ nostrũ in gaudium: vt viuẽtes laudemus nomen tuũ. Et ne claudas ora canentiũ te dñe deus noster. Gr. Propici9 esto dñe peccatis nostris: neq̃ñ dicãt gẽtes vbi est de9 eorum. V. Adiuua nos de9 salutaris noster et propter honorem noĩs tui dñe libera nos. All'a. V. Ostende nobis dñe miam tuã et salutare tuũ da nobis. Euange. Amen dico vobis qz quicũqz dixerit. vt s. in missa p rege. Offer. Deus tu cõuertẽs viuificabis nos: et plebs tua letabit̃ i te ostẽde nobis dñe miam tuã: et salutare tuuz da nobis. In tp̃e pasc. Secreta

Adesto q̃s dñe propici9 populo tuo: & quem mysteriis celestibus & sacramentis imbuis: p hec munera que tibi offert deuotus a furore cunctorum hostiũ tua miseratiõe defende. Per dominuz. Cõio. Inclina aurem tuam: accelera vt eruas nos. In tẽpore paschali all'a all'a. Postcõio.

Corporis & sanguinis dñi nostri iesu cristi sacrosancta refectione vegetati supplices te rogamus oĩpotens deus: vt hoc remedio singulari: ab oĩ pctõrũ nos contagione purifices: et a periculoruz munias incursione cunctorum. Per. ¶ Missa p eo qui in vinculis tenetur.

Nunc scio vere qz misit dñs angelũ suuz & eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeoruz. In tp̃e paschali. all'a all'a. ps. Et petrus ad se reuersus dixit. Oratio.

Deus indulgentie deus toti9 cõsolatiõis te supplices deprecamur vt famulum tuuz N. a cũctis peccator̃ suorũ nexibus: & ab his quibus captus tenet̃ inimicorũ suorum vinculis intercedẽte beata dei genitrice maria & beatis apl'is tuis petro et paulo atqz iohanne benign9 absoluas: emendatumqz paterna pietate suscipias et ad gaudia eterna perducas. Per eundem.

Lectio actuum apostolor̃. xii.

In dieb9 illis. Egressus petr9 de carcere: venit ad domũ marie matris iohis qui cognominatus est marcus: vbi erãt multi cõgregati et orãtes. Pulsante aũt eo ostiũ ianue: processit puella ad videdũ eum noĩe rode. Et vt cognouit vocez petri pre gaudio non aperuit ianuã: s; introcurrẽs nũciauit petrũ stare ante ianuã. At illi dixerũt ad eã. Insanis? Illa autem affirmabat sic se habere. Gr. Constitues eos principes super oẽm terrã memores erũt nominis tui domine. V. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: propterea populi cõfitebunt̃ tibi. All'a. V. Solue iubẽte deo terrar̃ petre cathenas qui facis vt pateant celestia regna beatis.

Secundum matheum. xvi.

In illo tp̃e. Uenit iesus in partes cesaree philippi: & interrogabat discipulos suos dicens. Quez dicunt hoĩes esse filiũ hoĩs? At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam: alii autem helyã: alii vero hieremiã aut vnum ex p̃phetis. Dicit illis ie-

sus. Vos aūt quē me esse dicitis? Re
spōdēs symō petrus dixit. Tu es cri
stus filius dei viui. Respōdēs aūt ie-
sus dixit ei. Beatus es symon bario-
na: quia caro & sanguis nō reuelauit
tibi: sed pater meus qui i celis est. Et
ego dico tibi: qz tu es petrus et super
hanc petrā edificabo ecclesiā meam.
Et porte inferi nō preualebunt ad-
uersus eā. Et tibi dabo claues regni
celorum. Et quodcūqz ligaueris super
terrā: erit ligatū & in celis. Et quod
cūqz solueris super terrā: erit solutū
et in celis. Offertorium. Constitues eos princi
pes super oēm terrā: memores erūt nois tui
dñe in omni progenie et gñatione. In tpe
paschali All'a. Secreta.

Hec dñe placationis & laudis ho
stia famulū tuū N. in te con-
fidentem ab oībus purget peccatorū
sordibus: et ab inimicorū suorum quibus
premit insidiis & vinculis sancte ma
rie et beatorum apostolorū tuorum pe-
tri et pauli atqz iohānis precibus: li-
berum/innocuū/atqz absolutuz esse
constitue. Per eūdem. Coio. Tu es
petrus et super hāc petrā edificabo ecclesiā
meam. In tpe paschali all'a. Postcōio

Presta qs dñe vt hoc munus re-
dēptionis nostre qd idigni sū-
psimus famulū tuū N. intercedēte
btā dei genitrice maria et btis apl'is
tuis petro et paulo atqz iohāne ab oi
bus muniat periculis & ab angustiis
quas patit & vinculis illesuz abire fa
ciat. Per eundem. ¶ Contra mor-
talitatē hoim. Officium.

Salus populi ego sum dicit
dñs de quacūqz tribulatio
ne clamauerit ad me exaudiā eos: et
ero illorum dñs in ppetuū. In tpe pasc.
all'a all'a. Ps. Attēdite pp'le meus legē meā
inclinate aurē vestrā in v'ba oris mei. Oro

Deus qui imminentē niniuitis
interituz sola mia remouisti:
quibus vt misericors existeres conuer
sionis penitētiam prestitisti: respice
qs populū tuum ante cōspectū mise
ricordie tue pstratum: vt quos vni-
geniti tui sanguine redemisti: nō pa
tiaris propter miam tuā mortalita-
